

- Digitalisierte Fassung im Format PDF -

**Descriptio et adumbrato  
microscopio-analytica Muscorum  
Frondosorum nec non aliorum  
vegetantium e classe cryptogamica  
Linnaei novorum dubiisque vexatorum**

---

Johannes Hedwig

Die Digitalisierung dieses Werkes erfolgte im Rahmen des Projektes BioLib ([www.BioLib.de](http://www.BioLib.de)).

Die Bilddateien wurden im Rahmen des Projektes Virtuelle Fachbibliothek Biologie (ViFaBio) durch die [Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg \(Frankfurt am Main\)](#) in das Format PDF überführt, archiviert und zugänglich gemacht.



Hedwig, Descriptio et adumbratio Microscopico-  
Analytica, Tome I  
Lipsiae, 1787 343 A 7-R )

nieuw half leer aangebracht, oude fragmenten hierop  
weer gemonteerd  
leren hoekjes vernieuwd, marmer vastgezet en  
bijgekleurd  
voorjaar 1964.






DESCRIPTIO ET ADVMBRATIO  
MICROSCOPICO - ANALYTICA  
MVSCORVM  
FRONDOSORVM

NEC NON  
ALIORVM VEGETANTIVM  
E CLASSE CRYPTOGAMICA LINNAEI  
NOVORVM DVBIISQVE VEXATORVM

AVCTORE  
IOANNE HEDWIG  
M. D.




TOMVS PRIMVS

LIPSIAE  
IN BIBLIOPOLIO I. G. MÜLLERIANO  
MDCCLXXXVII.

DEPOTIUM ET ADIUTIVUM  
MAGNIFICUM  
MAGNIFICUM

LABORUM VIGILANTIA  
D. C. P. R. E. S. I. D. I. T. O. G. A. N. T. I. S. S. I. M. I. S.  
MAGNIFICUM



LABORUM VIGILANTIA

D. C. P. R. E. S. I. D. I. T. O. G. A. N. T. I. S. S. I. M. I. S.

AVGVSTISSIMO  
AC  
POTENTISSIMO  
GEORGIO III.

M. BRITANNIAE GALLIAE  
HIBERNIAE REGI

FIDEI DEFENSORI

DVCI BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM

S. R. I.

ARCHITHESAVRARIO ET PRINCIPI ELECTORI

DOMINO  
CLEMENTISSIMO



AVGVSTISSIMO

POTENTISSIMO

GEORGIO III

REGE BRITANNIAE GALLIAE

FRANCIAE REGI

PROFESSOR

UNIVERSITATIS ET LONDINENSIS

S. P. A.

INSTITUTI AGRICOLAE ET PASTORIS

JOHANNES

DE WAGENINGEN

Bibliotheek  
der  
Landbouwhogeschool  
Wageningen

# REX POTENTISSIME

## DOMINE CLEMENTISSIME

**C**um optimi illi viri, qui primi vegetabilibus omnium diutissime neglectis, exactiorem considerationem et disquisitionem impendere dignarentur, non minus subditi essent Regnorum a Deo TIBI demandatorum, ac quidem ille, qui has stirpes pleno et in ordinem redacto agmine in publicum produceret, nominatimque ab inuicem distinguere primus doceret; sane si vlli, TVO tot gentibus populisque sacro nomini deuouere oportebat hoc opus, vtpote luculentius prodens objectum, cui illi tempus suum impenderant et operam.

REX POTENTISSIME

Enatum inde desiderium id vt mihi fuscipere liceret, certe sine graui temeritatis culpa vltro alere non conueniebat, quin identidem vt supprimerem oportebat, nisi vbique terrarum et gentium constaret gratia illa atque clementia, qua scientiae cujuscunque generis, et praeprimis Historia Naturalis, ceu vberrimus sapientiae ac felicitatis humanae fons, apud TE fruuntur.

Cujus quidem nunc nouum et perquam eximium documentum, etiam id est, quod clementissime mihi concederes veniam, voti illius me compotem reddendi.

Destitutus verbis, quibus grati animi mei sensa de tanta clementia satis exprimere valerem, Numen summum ex intimiori corde oro, supplexque rogabo indefinenter, vt TE porro TVAMQUE DOMVM REGIAM ad augmentationem felicitatis, cum subditorum TVORVM, tum et scientiarum, facultate sua excelsiore adornare, atque longaeuitate incolumi beare velit. Ego vero per omnem meam vitam summa cum deuotione permanfurus sum

**MAIESTATIS TVAE**

Submississimus

IOANNES HEDWIG.

STIRPIVM  
CRYPTOGAMICARVM

TOMVS PRIMVS.

## DILLENIVS

in praefatione ad Historiam Muscorum, p.6.

---

Quorsum, inquit multi, tantum laboris in rebus adeo tenuibus  
insuntum? — cui bono haec omnia? — Primo; vt cogno-  
scamus sapientiam creatoris, quae in minimis non minus elu-  
cet, quam in magnis plantis. —

---



## P R A E F A T I O.

---

**H**omini, ceu praestantissimae huius globi terraquei creaturae concessum constitutumque est, ex omni naturae penu conquirere et depromere ea, quibus vitae suae integritatem felicitatemque conseruaret, stabiliret, promoueret. Cui fini potiundo nupiam tantae tamque eximiae opes reconditae inueniuntur, ac quidem in regno vegetabili, vtpote referto alimentorum potulentorumque sapidissimorum et saluberrimorum, remediorum ad debellandas causas aduersae valetudinis conuenientissimorum tutissimorum, vtensilium vix non omnis generis necessariorum, vbertate perquam multifaria.

Veluti interea **SUMMVS RERVM CONDITOR** nullibi non iuncta voluisset proficuis offensicula, quibus exerceretur praeminens eius ratiocinandi facultas iuncta libertati in seligendo proficuo et euitando detrimentofo; sic etiam inter millena amoenissima pulcherrimaque vegetabilis regni producta interesse fecit haud pauca, quae vel externe applicata, vel intro sumta, tardius citiusque fanitatem imo vitam ipsam periclitari queunt. Quare credibile videretur, mortales, nisi colorum amoenitate, formarum elegancia, odorum suauitate, saporum dulcedine, aliisque multifariis commodis atque deliciis, iam a primis rerum incunabulis allectos, tamen adactos sese incommodis et periculis sensisse, ad exactiorem illorum corporum cognitionem et ab inuicem distinctionem. Idque eo quidem magis, cum addicti fere vnice eorum fruitioni non poterant non satis mature experiri id, quod etiam inter huius regni ciues sub ipsa delectabili forma atque specie optimi nutrimenti aut remedii iam cogniti, lateret virus saepe perquam pestiferum deleteriumque.

Tantum tamen abest, vt prisca, nedum primaevi homines sibi tale quid in mentem venire siuerint, vt potius e monumentis eorum, qui primi omnium quidpiam de plantis commentati sunt, pateat quam luculentissime, per aliquot mille secula a rerum origine, parum vel nihil circa dignotionem vegetabilium susceptum fuisse, dignum eati ratione praedito. Neque certe miseranda prima quaecunq; Botanicæ facies, medicis olim solis concredita, in tolerabiliorem commutari coepit, quam denique seculo post Christum natum decimo sexto, per **GESNERVM**, **BAVHINOS** fratres et **CAESALPINVM**.

P R A E F A T I O.

Inchoatum sic laudabile opus plures cordati viri subsequente seculo perpolire perfectiusque reddere omni modo an- nisi sunt. Inter quos praecipue perspicax RAIUS, multus MORISONVS, clarus RIVINVS, exactus TOVRNEFORTIVS; qui praeterea non solum vegetabilibus illis, staturae et partium euiden- tia scrutinium et disquisitionem facilitantium, sed illis quoque, can- dem vel sui ipsius, vel partium paruitate aut obscuritate, mole- stantium, attentionem suam admouebant. Cuius census erant il- lae stirpes, quas in vniuersum flore et fructu carere autumarunt.

Quamuis autem illo iam tum tempore per omnem terra- rum orbem inuestigarent diuitias vegetabilis regni, atque in per- spicuum ordinem redigere quisque tentaret; tamen nostro nunc ad finem vergenti seculo referuata fuit, et sapientissimo quidem, opinor, SVMMI NUMINIS consilio, clarior cognitionis lux cor- porum suapte natura vtrobique productorum, vita scilicet prae- datorum et priuatorum. Et haec quidem omnino ILL. LIN- NAEO accensa debetur; qui illa cuncta et quotidie adaucta in systematicum ordinem redegit, vbique nomina generica, aut ad- huc deficientia, veluti vegetabilium graminibus, aut aptiora plus- culis antea receptis, condendo.

Nimis notum est, eundem suam distributionem vegetabilium in genera summa et subalterna, superstruxisse eorum partibus sexua- libus. Cum vero ingens numerus specierum a RAIIO, MORISONO, MERRETO, TOVRNEFORTIO aliisque antea iam sub communi quodam titulo, e. g. Filicis, Musci, Fungi e. s. p. iam tum con- signatarum, in dies magis magisque auctus deprehenderetur, cui vel nulla sexualia data, vel incertae functionis esse videbantur par- tes quaedam, certis temporibus adparentes; LINNAEVS autem rectissime existimaret, nullum vegetabile iis plane destitui: ista, respectu illorum, aperte his gaudentium igitur et nubentium, cryp- togama, seu in abscondito nubentia dixit.

Vel propter eandem istam ambiguitatem euitari sane non poterant insignes illae commutationes hinc inde in tenebri- coso hoc campo, praecipue inter Muscorum frondoso- rum familiam, a botanicis susceptae, aequae ac errores haud le- uis momenti.

Laboriosissimus DILLENIVS plantis, praeter Filices et Fungos, huc spectantibus vndiquaque corrasis et paulo curiosius, ac antea factum erat, disquisitis, faciem omnibus praetulerat in eo- rum dispositione et denominatione methodica. LINNAEVS hoc passu eius vestigiis presse institit, nisi quod nonnulla nomina ge- nericam, vetustatem redolentia, aptiora substitueret, Coralloides, Vlnas, et Lichenastra eius in vnum genus confunderet, e  
Bryis

P R A E F A T I O.

Bryis aliquas species ad Mnia transferret, et Splachni nouum genus conderet. Alii, praeunte HALLERO, multo maiores translationes specierum in suis stirpium enumerationibus susceperunt, sed fere minus firmo talo innixos. Et quo sane modo circumfusi adhuc iisdem tenebris quoad cognitionem partium fructificantium certiores passus in hoc campo facere potuissent?

Contigisse mihi denique eam felicitatem, illas microscopicis disquisitionibus, obseruationibus et experimentis ad aliquos exiguos recessus vsque, penitus diluendi, cognitum est e binis illis operibus, iam tum euulgatis, nimirum Historia naturali muscorum frondosorum et Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum. Quibus vt eo plenior fidem facerem, consueta aut erronea extricarem, dubia atque incerta munirem, denique aut plane praeteruisa tantum aut omnino noua, luci traderem, huius nunc operis extruccionem suscepi.

Hunc laborem haud exigui momenti esse in re botanica, neque angustis limitibus concludi bene perspiciunt huius scientiae gnari. Quamuis autem ex primo isto tomo iam tum appareat, quomodo ego me in hac re expediunda gesserim, tamen haud superfluum imo necessarium mihi videtur, vt rationem super aliqua momenta hic occurrentia redderem, et simul indicarem, quid Naturae scrutatores et curiosi in vltiori continuatione accepturi sint, si istos meos conatus iis commendatos atque acceptos fuisse intellexero.

Cum itaque nunc et horum vegetabilium sexualia pro certo patefacta essent, pateatque eorum praesentia vel ipsis nudis oculis in haud paucis speciebus; quaeri omnino potest, quaestumque est, num vltro accommodate satis cryptogamica audiant? Vel titulus operi praefixus docet, mihi quidem non videri: desit enim in integrum fere clandestinum illud nuptiarum, ab ILL. LINNAEO antea hoc vocabulo indicatum. Hinc in posterum aptiora vocabula essent quaerenda, vbi generaliori termino familias aut ordines diuersos, in quos certe ista vigesima quarta classis magni viri abit, comprehendere volueris. Sic e. g. Musci cum frondosi tum hepatici, me iudice, non male audirent, vegetabilia calyptrata.

Horum primae phalangi per quatuor fasciculos successiue haectenus euulgatos solummodo inhaesi, inhaesurusque sum porro maxima pro parte; cum, vt genera a me rectius, ac antea factum est, condita stabilirem, tum etiam vt vnam huius prouinciae partem, quantum fieri potest, ab erroribus continuo haectenus post DILLENIVM ab enumeratoribus, praeunte LINNAEO, commissis liberarem, et additis nouiter inuentis speciebus, completiorem redderem. Si enim vllibi, hic pessime multae vere distinctae



P R A E F A T I O.

distinctae species Dillenianae pro varietatibus habitae sunt, veluti vel e binis ultimis hic propositis, luce meridiana clarius patet, patebitque Bryorum *friatorum hypnoideorum* LINNAEI aliorumque exemplo. Sic et inter Hypna occurrunt haud pauca, omnino exquisitius extricanda et accuratius determinanda. Hinc euitari nequeunt penitus in hoc opere etiam vulgatissimae et perquam cognitae species.

Attamen etiam vegetabilia longe alius profapiei propositurus sum. Sic statim sub limine secundi tomi, vno alteroque Lichene praemisso, ostendam transitum Naturae a vegetabilibus huius commatis ad Fungos, insimul purgando Pezizae genus a speciebus plusculis, ab omnibus singulisque botanicis huc vsque falso eidem addictis; quibus accedent nonnullae nouae. Et eodem ipso hoc exemplo, vt hic id moneam, quod praeterire in hac praefatione nefas fuisset, hoc inquam exemplo, nisi ex illis iam tum in hoc opere propositis, patebit perquam euidentissime contra contemtores et olores microscopicae disquisitionis, ineuitabilis eius, isthoc ad minimum in campo necessitas, et quidem saepe exquisitius augmentibus eiusmodi instrumentis instituendae, si non ingenii commenta, sed naturam ipsam, quoad possibile est, assequi docendo cupimus.

Ego vero porro parcus admodum in vtroque hoc vegetabilum genere, Lichenum nimirum et Fungorum ero, quum illos CL. HOFFMANNVS, istos CL. BATSCH, et velut expectare licet, praeprimis reuerendus TODE, exactius elaborandos atque in ordinem reducendos sibi sumserint.

Farraginem synonymorum studio omisi, solummodo LINNAEI species plantarum, ceu vniuersalem consignationem, quorsum illa omnino pertinent, vna cum eius nouissime edito breuiario, nimirum Syst. Naturae Ed. XIV. nec non illos, et iure quidem, allegando, qui delineationem propositae speciei clarius instruentem exhibere. Perquam exsueca illa, iterum iterumque repetita atque recocta, placere nequeunt, imo fere taedium mouent in enumerationibus vegetabilium particularibus.

Fusio rem partium expositionem inscriptio excusat: quid autem excusabit immutatum hinc inde ordinem, et magis adhuc inusitas quasdam partium denominationes? Scio, et certissime quidem scio, me nemini, hoc praeprimis in passu, minus probari, quam rigorosioribus magni LINNAEI sectatoribus celebratissimis. Sed quis ego, vbi Natura ipsa iubet? Et doleo certe, mihi nondum licuisse eandem satis aptis verbis vbicunque assequi, cum id nimis longam, huic loco incompetentem, exegisset expositionem et expositorum demonstrationem.

Quis-

P R A E F A T I O.

Quisque, credo, consentiet, vsui partium ac functioni, a constructione sua interna pendentem, quoad fieri potest, accommodandas esse succedaneas illarum denominationes. Sed quantum est, quod de illa praecipua vegetabilis scientiae parte adhuc latet Botanicos! — Conduxerunt me microscopicae meae disquisitiones ad velamenta vsque praetensa a Natura mysteriis illis. Decusso omni feruili iugo auctoritatis Maiorum, et abactis cunctis praeiudiciis, caute subleuare tentavi hinc inde illorum lacinias, et videre mihi licuit haud pauca, quae euidentissime testantur, ab optimi GREWII et MALPIGHII reuelatis de interna vegetabilium constructione, igitur per integrum seculum, hanc fundamentalem physiologiae et pathologiae vegetabilium partem, vix latum vnguem vere ulterius abinde promotam esse.

Huic meo effato ne hilum quidem iactantiae alicuius, vtpote longe alieni a me vitii, subesse, elucescet, si vita otiumque mihi vacabunt, conaminibus his, nequaquam mera cogitatione, sed assiduis et rem ipsam maxime circumspicentibus, hinc multum temporis poscentibus disquisitionibus assequendis, tenebras illas, nisi omni, maxima tamen pro parte discutiendi. Neque idem in praeiudicium me longe celebriorum virorum dictum esse volo; quin potius, vt excitarentur et alii, huius cognitionis cupidi, qui vel haereditariis bonis vel principum munificentia ita collocati sunt, vt disquisitionibus his maxime necessariis et latissime patetis utilitatis, se tradere queant liberalius. Vera scientia vegetabilium non in illa horum corporum organicorum externa nominali solum, sed et interna reali cognitione consistit.

Itaque secundum illa mea visa reperta fas erat, vt descriptiones meas, non more Maiorum a radice, sed a trunco ordinerem. Primaria enim et fundamentalis persistens omnium viuientium pars, cuius de vi atque efficacia omnes reliquae, cum essentiales seu absolute necessariae, tum accidentales, seu minus necessariae partes procedunt, truncus est. Harum vero vtrumque genus in vegetabili est persistens et commutabile, aut non persistens at renouabile.

Illuc pertinent etiam illae distributiones trunci, quae in supraterraneis rami audiunt, nec non reliquae, vtpote commutabiles in novos truncos, vel sponte sua, vel arte. Nequaquam tamen plane idem est, vbi truncus protrusa ex se parte similis formae, vel simplici aut duplici, aut plurium, abinde vel breuiori vel tantillum protractiore temporis interuallo plane esse vel saltem vltro generare desinit. Tunc enim idem ipsum hoc indiuiduum vegetabile corpus, sese analogo Polypum more, innovat in vnum aut plura indiuidua. Huc pertinentia exempla occurrunt inter muscos frondosos hoc tomo iamtum descriptos, vt

P R A E F A T I O.

inde pateat, quid mihi in his *continuatio, prolongatio, innouatio sui sit.*

Prima, quam vegetabile corpus promouet, pars necessaria aliis persistens commutabilis, aliis non persistens sed renouabilis est illa, per quam e loco suo pabulari alibilem succum attrahit, radix dicta. Nequaquam tamen omne, illo immersum, bene radicem audire, iam in Promptuario Lipsico, ad Mathesin et Hist. Nat. spectante, an. 1782 a pag. 319 sqq. ostendi. Et certe inter illa cryptogamicae classis non minus sunt aliqua genera, quorum trunci sub terra degunt, et stas tantum temporibus partes, quibus naturalem sui propagationem per cooperationem sexualium organorum celebrant et perficiunt, supra eandem euoluunt aut elongant, vt Equifeta, Filices cet. Ista igitur partes, veluti e ductuum ipsius corporis communium elongationibus, pro cuiusque speciei indole singulariter combinatis coordinatisque, sursum tendunt; sic aliae, eiusdem originis et naturae, sed minus coordinatis et combinatis illis ductulis, deorsum amandantur pro alibili succo afugendo, radicum nomine. Quae cum non omnes simul promoveantur, sed succedant, et succedere debeant nouae prioribus, *succedaneas radices* appellare placuit; euenit vero id variis de trunci partibus. Denique in radicem collecti et elongati ductuli, vel sub vna eademque forma procedunt, vel plures eorum iterum coniunctim ab inuicem, in duas pluresque partes, secedunt; aut vnus alterque tantum hinc inde amandatur: hinc radix *simplex, diuisa* aut *ramosa, radiculosa.*

Ex eodem hoc trunci primicerorum ductulorum penu et folia originem suam accipiunt, communiter numerosis ductulis coniunctim mediam folii expansionem transeuntibus, inque hanc continuo solitaria vascula amandantibus. Istaec collectio ductulorum, cum in procerioribus vegetantibus saepe admodum supra superficiem plani emineat, botanicis neruus, costa audiuit. Cur vero ego id ductulorum fasciculum dixerim, quisque inde facile perspiciet.

Floris idea aliquamdiu multum torfit Botanicos; magis autem calycis atque corollae, nunquam exacte definita neque definienda. Essentiam floris, genitalia esse, quam rectissime monet LINNAEVS atque ista cum suis contegumentis floris ideam generalem conficiunt. Contegumentorum internum (dicere nequeo genitalibus proximum, cum externo non minus mascula inserta reperiantur), internum itaque contegumentum genitalium, Corolla, externum Calyx, in aliis spatha, gluma, bractea &c. audit. Toleranda distinctio, si in quouis flore duo adessent genitalium contegumenta. Vbi vero vnicum tantum, aut vltra duo, quid ibi Calyx, quid Corolla? Omnium summum Philosophum Naturae praedicabo, qui mihi hic definitionem dabit omnibus contradictionibus Naturae superiorem. Id autem iterum iterumque moneo, fundamenta ortus omnium harum partium a summo alioquin LINNAEO perhibita, omnino

omnino mera ingenii commenta, hic nullius esse posse valoris. Exemplo, et crasso adeo, ut vel coecus ambabus manibus id palpate queat, sit pluscula inter vnicum illud: flores Cucurbitae *Pepo*. Igitur, natura ipsa dictitante, coactum me vidi, loco vtriusque denominationis aliam substituere, (num meliori iure, tempus docebit, nimirum Perigonium, a *περι* circum et *ὁ γόνος* genitura, semen, depromptum. Idque hoc discrimine, ut, ubi duplex adest, alterum internum, alterum externum, si triplex, tertium inter bina ista locatum, intermedium mihi audiat. Si quando autem ista Perigonia persistentia sunt, ad nutum mutationis partis, quam ambiebant, nomen etiam mutari posse, quisque facile perspiciet.

Sic et animaduertent lectores, me id, quod Botanici antheram et pistillum nuncupant, genitale masculum, genitale femineum, et stylum, tubum aut meatum deferentem dicere. Certe neque hoc inconsiderate aut nouaturienti pruritu, sed maxime ideo factum esse sciant, quod nec antherae, neque pistilli aut styli notionem ubique partibus indicandis rite quadrare repererim. Neque enim omnium proceriorum vegetabilium mascula genitalia pollinem continent, cryptogamicae classis autem vix vllum: et pollen ille antherarum nequaquam est genitura, sed continet tantum eandem.

At haec sufficiant de partibus, vegetabilibus vix non omnibus singulisque communibus, ne latius in his exspatiando, loco praefationis aliquod compendium notionum botanices scribere videar.

Quod si interim ego ipse forsitan contra principia mea, ab ipsa Natura petita, hinc inde impegerim, id non nisi euentus est summae difficultatis, qua errores diutius enutriti et inde menti altius infixi euelluntur delenturque penitus.

In figuris vero exaratis si qui deprehendantur errores, facilius mihi e saepius iam indicata illa causa condonabuntur; quod nimirum plane indoctus in hac arte, ante paucos tantum annos, necessitate adactus, hinc satis impio labori me accingerem, sola Natura duce obiecta in chartam transferendi.

Si praeterea gigantea nimis quibusdam videantur augmenta totius et partium, aut harum extricatio nimia, sciant, hoc cum euidetiae, tum aliam ob causam, paulo post indicandam, factum esse. Euenit tamen hinc, ut tribus speciebus duas tabulas impenderem. Hoc emtoribus factum dispendium, largiter refarciatur vel solo proxime sequente fasciculo, primo nimirum tomi secundi, ubi saepius duo, imo et tria indiuidua in vna eademque tabula delineata repraesentabuntur.

Quod denique augmentorum rationes in expositione cuiusque tabulae attinet, sciendum est, illas exacte respondere

P R A E F A T I O.

illis in *Historia Muscorum frondosorum et Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum* LINN. a me indicatis; nimirum secundum normam Tab. I. Fig. 1. exhibitam,

Num. I. lin. de vncia auget	10 <sup>00</sup>	hinc in decem partes distributam	100
II.	20	-	200
III.	32	-	320
IV.	62	-	620
V.	170	-	1700
VI.	290	-	2900

Ecquid vero! Cunctane ista vnice in gratiam exactioris distinctionis, distributionis et denominationis difficultium horum et abstrusorum vegetabilium? — Dolendae, et perquam dolendae omnino forent vices cuiusque Scrutatoris Naturae, qui, dum sic inter eius producta versatur, nullum sibi praeterea propositum haberet finem, neque vltro quid perciperet. Esse profecto nequit, quin illa conamina rite suscepta promotionem alicuius saltem felicitatis hominum respiciant; veluti et respicere debent. Vnde et est, quod vsurpatores bonorum Naturae longe alieni ab iis conaminibus, dum occupatum quendam scinio corporis naturalis offendunt, illico in promptu habeant quaestionem; num id vsum aliquem pharmaceuticum aut oeconomicum praestet?

Per omnem Naturam ne minima quidem vel vilissima visa res superuacanea, sed ad eius oeconomiam necessaria est, atque ad humanae gentis emolumenta cuiusuis generis, vel directe vel indirecte pertinens; ergo ab hoc ente non oculis solum, sed et animo decenter contemplanda.

Neque ego crediderim quemquam fore a ratione adeo alienum, qui, paulo curatius inter vegetantia procerioris staturae versatus, id in dubium vocet, insimulque cognoscat et praesentiam et ineffabilem sapientiam benignitatemque SUMMI ENTIS, dum sensibus euidenter percipit, corpora illa, vno eodemque solo contenta, et vnum eundemque vsum concernentia, adeo mirifice etiam partium accidentalium et temporariarum consistentia, conformatione, effiguratione, coordinatione, colore, odore, sapore, ab inuicem discrepare. Sed quid perquam minutula illa, quorum pluscula, si solitarie hinc inde tantum crescerent, oculo nudo penitus sese subtraherent?

Horum diu, perquam diu a mortalibus susque deque habitatorum vegetabilium varia emolumenta et insignem vsum in oeconomia Naturae prae ceteris exposuerunt cum DILLENIVS, tum nuper defunctus b. GLEDITSCHIVS; quae cuncta repetere nimis longum foret. Liceat tamen saltem vnicum, vnius tantum ordinis illis adhuc hic addere; vtilitatem nimirum, quam minutissima

tissimae erectae species e muscis frondosis praestant. Ista enim illae sunt, quae praeprimis terrae consistentiori argillaceae, incolas suas vegetabiles maioris staturae, vel fortuito vel studio ablatos, demum restituunt. Postquam enim e suo exiguo semine, laetius ibi excluso, gregatim adoleuerunt, retinent circumducta aëris fluctibus et his illata semina, graminum aliorumque vegetabilium pabularium, aequae minoris molis. Sic accepta fouent, eorundemque promouent exclusionem non solum, sed etiam exclusorum educationem; collecta nimirum terra obuolitante, conducibiliore horum nutritioni.

Interea sic denudata, et huius profapiei muscis in meliorem statum reducenda loca, varium situm habent; adeoque mirum non est, et plantulas illas specie variare. Verum tamen, etiam vno eodemque loco contentae, demum multifaria partium suarum conformatione et dispositione instructae reperiuntur. Quarum pulchritudo et elegans structura, ut denique insimul patefcerent cuique tanto euidentiùs, allaborauì nonnulla secundum maiora augmenta aliquomodo, indocto tenuique penicillo adumbrata, ante oculos sistere.

Sed bone DEVS, AVCTOR OMNIUM RERVM OMNIPOTENS, quem in finem tanta opera, tanta multiplicitas, tantae elegantiae, tantae pulchritudines, in rebus prae exilitate oculos nudos fugientibus, indeque per millia ab hinc elapsa secula a nullo intelligentium mortalium ita visae! Perperam sic facta, et adeo pulcherrimo artificio exstructa esse nequeunt: AETERNI NUMINIS enim sunt opera. Ecquis antea credidisset, hic tanta tamque eximia diuinae sapientiae aequae ac bonitatis erga suas creaturas documenta recondita latere? Dicite o vos, qui cuncta ratione vestra comprehendere, et perspecta habere cupitis, dicite, inquam, cur ista cum aliis plurimis, antea incredibilibus Naturae prodigiis, ad nostrum vsque, quo nunc viuimus seculum, spissis tenebris quasi oppressa, latuerunt? — Certe ista, et alia plura, antea incomprehensibilia, non plane fortuitus casus nostris denique temporibus dilucidanda referuauit.

Me quidem hae meae disquisitiones corporum naturalium exactiores penitioresque docuerunt, de rebus Conditorem et Moderatorem omnium spectantibus in vniuersum circumspecte pronunciandum, neque indiscriminatim dubitandum esse de iis, quae nec externis neque internis sensibus illico patent seu ratione comprehendi queunt. Angustae admodum sunt horum limites, non nisi assidua obseruatione et consideratione eorum, quae sunt et fiunt, vltro extendendae. Haec enim est via, quae ad sanctuarium genuinae sapientiae humanae ducit et oculis animoque cernere facit, quam summa cum cautione de reuelatis illis diuinae oeconomiae mysteriis iudicandum decernendumque sit.


P R A E F A T I O.

Fuerunt, qui, quamquam oculis suis vidissent organa utriusque sexus ad propagationem sui, vegetabilibus procerioribus eodem modo ac animantibus data, nihilominus tamen strenue negarent pernegarentque eorum praesentiam in muscis et reliquis huius commatis vegetantibus; imo publice mendacii accusando tale quid perhibentes.

Plura vel in isthoc Naturae campo prostant ingenii humani ludibria, prodibuntque ibidem longe maiora, cum elucescente vera eius productorum interna exstructione atque oeconomia. Quae cum ita sint in illis, sensibus nostris adhuc utcumque assequendis; quidni in illis, quibus nullus nostrorum sensuum vlla ratione sufficit!

Vere magna et longe pulcherrima sunt etiam illa profundissima sapientia hic exstructa opera ТВА, О ІЕHOBAH! quae non nisi bene armatis nostris oculis patent! Qualia autem erunt denique illa, quae sublato hoc speculo, remota mortalitatis caligine, daturus es tuis, TE vere sincero pectore colentibus? Eheu qualia!






D. Hedwig del.


J.C. Müller sculp.

*meesia ligina* Hedw.



1871






D. Walp. del.

J. Walp. sculp.

*Mosses uliginosa Hedw.*

11921



11921



*Tabula I. II.*

MEESIA VLIGINOSA.

*Meesia vliginosa* foliis lineari lingulatis, obtusis, capsula  
pyriformi cernua.



*Bryum trichodes* aureum capsulis incuruis obtusis in fetis longis DILLENII  
Hist. Musc. p. 389. t. 49. f. 58.

*Bryum trichodes* antheris erectiusculis, ore ciliato absque annulo, pedunculo  
longissimo. LINN. Spec. Plant. p. 1585. Syst. Nat. Ed. XIV. p. 949.

*Explicatio Tab. I.*

- Fig. 1. Norma augmentationum microscopiarum.  
2. Plantula disciformis simplex nativa magnitudine.  
2. \*) Eadem aucta I.  
3. Alia eiusdem sexus trunculo novaturiente, naturali magnitudine.  
3. \*) Eadem aucta I.  
4. Folium trunculi.  
5. Folium perianthii.  
6. Flos mere masculus III.  
7. Flos hermaphroditus IV.  
aaa. Clauae succulentae masculis folliculis propriae.  
bb. Clauae femineis partibus propriae.  
c. Stylus in stigma apertus cum fructus rudimento.  
dd. Adductores, seu non fecundata muliebria.  
8. Folliculus masculus V.

*Tab. II.*

9. Plantula feminea cum sua feminali capsula f. ovario maturo, naturali magnitudine.  
10. Cespitulus similitum plantularum.  
11. Flos mere femineus cum suis clavis propriis, et filis succulentis articulatis.  
12. Claua, femineo flori propria, seorsim; aucta Lente V.  
13. Calyptra cum setulae parte. I.  
14. Plantula simplex cum capsula operculata matura, octies aucta.  
15. Alia eiusdem sexus, capsulae operculo deiecto, cum furculo florifero nouo; ad  
latus emisso. I.  
16. Operculum. III.  
17. Superior pars capsulae eodem augmento, propter Peristomatis euidenciam, exhibita.  
18. Semina. secundum augmentationem IV.

HISTORIA ANALYTICA.

**R**ADICES primordiales infimum occupant caulem: succrescit vero numero-  
 sissima soboles filamentorum radican-  
 tium per notabilem caulis natali loco  
 immerfam partem. Illae succedaneis his sunt robustiores. Color obscure fu-  
 scus, fere nigricans. f. 1. 2. II. 12.

**T**RUNCVS primordialis, veluti plurimorum muscorum frondosorum  
 de summitate florentium, simplex est. Absoluto autem primo fructificationis  
 negotio, nouam agit corporis sui continuationem, nova demum genitalia eni-  
 tentem, quorum beneficio naturalissima fit propagatio. Tab. I. f. 2. et T. II.  
 f. 15. Caulem proliferum hanc conditionem dixerunt botanici. Color cau-  
 lis est e rutilante profunde fuscus.

**F**OLIIS plantularum cuiusque sexus communis est viror elegans, si  
 a decoloratis illis e radiculoso tomento emicantibus recesseris; margo integer;  
 extremitas obtusa; vasculorum communis fasciculus, neruus vulgo dictus,  
 validiusculus, atque, vel in minutissimis perichaetialibus, ad extremitatem  
 vsque protensus. f. 7. E contra autem illa mere mascularum vel herma-  
 phroditarum plantularum, breuiora sunt illis mere feminearum. Vtrobique  
 interim excessus, cum quoad longitudinem tum latitudinem, obtinet in exte-  
 rioribus Perichaetii, ratione ad illa trunci habita.

**F**LORES semper e summitate trunci, cum primiceri facit, tum succe-  
 danei renouat et ista Muscorum frondosorum species; sed triplici modo quoad  
 sexum. 1<sup>mo</sup> enim vel mere sunt masculi, solum modo e folliculis impregnatri-  
 ce virtute refertis, f. 6. et filamentis succosis articulatis, sensim dilatatis in glo-  
 bulos duos sibi impositos exstructi. Vel 2<sup>do</sup> his feminea organa, cum singu-  
 lari proprioque eorum altero filamentorum genere sunt interposita; sicve flo-  
 rem hermaphroditum sistunt. f. 7. Vel 3<sup>io</sup> flos vnice e femineis organis con-  
 stat. f. 11. Essentialia eius sunt impregnatum illud fructus rudimentum cum  
 suis partibus litt. a. Deinde sterilia huic impregnationis momento similia  
 corpuscula b. b. b. b., adductorum seu opitulorum nomine a me olim salu-  
 tata \*). Numerus eorum quaternarius esse consuevit.

Accessoria quae iste flos accepit corpuscula succulenta, duplicis sunt  
 speciei; altera perpetuo, vt diximus etiam in hermaphrodito, rudimento  
 floris addicta, altera demum in femineo flore tantum praesente. Ista fila-  
 menta succulenta articulata, aliis quoque muscorum floribus femineis, nec  
 non masculis gemmiformibus semper sunt solemnia \*\*): illa vero singularem  
 formam obtinere atque ab his diuersam constructionem. Inferiores enim  
 duo, vel communiter tres articuli, profunde rubent; quibus imposita est par-  
 ticula alia alba, diaphana, et diametro transuersali et saepius longitudinali  
 rubicundam partem excedens, non articulata, extremitate obtusa f. 7. b. b.  
 et f. 12. seorsim.

Stigma

\*) D. I. Hedwigii Historia Naturalis Muscorum frondosorum. P. I. p. 80.

\*\*) Ibid. p. 90.

**STIGMA** demum apertum et stylus, impraegnatione peracta, canalem deferentem eleganter rutilantem superius, inferius rubrum offerunt, qui color et summitatem ouarii perfucat, manifesto praegressi operis indicio. f. 7. c.

Rudimentum fructus, seu germen Linnaei, a conceptu iam grossescens, (ibid.) vel per tres menses in hoc statu persistit, principalisque plantae pars interea vires suas in nouas prolongationes sui ipsius impendit, quum in ipsa eadem nunc deflorata particula, renouationi genitalium et nouae, e sexuali commercio potiundae sobolis, ultra non sit locus.

Peracta quoad maximam partem illa prolongatione sui ipsius, succi exuberantes ad fructus rudimentum redundant, vrgent pedunculum inclusum adhuc, ad sui prolongationem, qua vi soluitur de basi sua Calyptratum illud cum Stylo conjunctum integumentum, inque altum euehitur.

Vt plurimum subinde huius inferior apertura inaequaliter, magis in alterum latus dimota, a setula distat. T. II. f. 13. Minutissima tamen tunc capsula in summo Calyptrae cauo contenta, per transparentiam, eleganter viridi colore sese prodit.

**SETVLA** interim, seu pedunculus notabilem longitudinem indispicitur antea, quam feminum seu ouulorum receptaculum euidenter intumescit.

**HOC**, vbi debitam magnitudinem acquisiuit, viride ab initio, Calyptram oblique secedere facit, et subinde fuscum colorem induit, qui postea sensim in rutilantem vergit. Figura eius est pyriformis cernua. Angustior enim, et recta procedens tumidula ad pedunculum basis, ampliatur deinde, at sic, vt vnus lateris arcus, isque superior, maior sit inferiori, vnde apertura nihilominus vnam plagam respicit T. II. f. 9. 10. 14. 15.

**OPERCVLVM** idem operit obtusum acumine modico, rutilantioris coloris f. 16.

**ANNVLVM** interpositum non habet; id quod vel ex eius margine integerrimo euidenter est, vt e sequentibus speciebus clarius patebit.

Apertura ratione superioris dimensionis receptaculi, exigua est.

**PERISTOMA** hanc duplex obsidet. 1. Externum, breuius interno, e dentibus sedecim obtusis, lineolis transuersis fuscis notatis, constat. fig. 13. et auctior 17. Ad conii normam conuergunt; vix tamen tantillum eriguntur isti, nedum vt aliorum more recederent. 2. Interius peristoma totidem habet plana inordinate reticulata, ac dentes sunt, intercepta duabus linearibus productionibus. Ibid. Illud ab exteriori, hoc ab interiore receptaculi membrana procedit.

**COLVMNVLAM** cellulofam per medium capsulae productam esse, dubitari nequit.

**SEMINA** seu ouula pro plantulae modulo valde sunt exigua, dilute viridia (Vid. T. II. f. 18. perquam aucta.)

Gregatim densis cespitulis, immerfus reliquis plantulis aliisque Muscis, crescit in pratis paludoso turfosis. **DILLENIVS** omnium primus elegantem


hanc speciem inuenit in Hassia superiore anno circiter 1720. Mihi 1774. prima vice occurrit in prato inferioris rustici rotlufiensis prope Chemnitium in Saxonia, vulgo *der Wiesen Bauer* dicto.

Tomento radiculoso arcte sibi cohaerent indiuidua cespitulorum, unde, nisi cautius eximantur, caules quoque cum eius inuentore sessiles dixissemus. Hac circumstantia commotus; nec non quod trichodem diceret, et alia specie, vt ad tertiam huius operis speciem dicturus sum, mihi a magno horum quoque vegetantium inuestigatore eodem sub nomine venditata, perquam diu foui insignem errorem, vt plane nouam speciem esse crederem et perhiberem in mea Muscorum frondosorum Historia \*). Atque haec altera est ratio, cur eandem primo loco exhibui.

Maior mense florent nouellae simplices plantulae et veteranarum productio sui. Primo interim iam vere pratum, hoc musco ditatum, veluti loca Polytricho *communi* referta, rubet de pedunculatis sustentaculis ouariorum feminarum. Circa Iunii initium ista aperiuntur et aurae ventisque sua feminalia ouula tradunt, quo per loca exclusioni idonea dispergerentur.

Denique Musci haec species, cum cespitatim crescat, tomento radiculoso arctius sibi neantur indiuidua, nec multum inter reliquas plantas eminent, continuoque, ceu longaeua, nouas sui corporis prolongationes agat, illis beneficis muscis est adnumeranda, quorum ministerio prata depressiora vda eleuantur, feminula aliorum vegetantium retinentur, atque sic solum spongiosum madore continuo ignobile, nobilitatur pedetentim et magis fertile redditur.

\*) Vide P. I. p. 43.




D. Holwig del.

J.C. Nees sculp.

*Lepidobryum piniforme* Hedw.



PLANT



Handwritten notes or a signature at the bottom left corner.

*Tabula III.*

VEBERA PYRIFORMIS.

*Vebera pyriformis* caule simplicissimo, foliis perichaetii capillaribus longissimis recurvis, capsula pyriformi.

Bryum trichodes aureum, capitulis pyriformibus nutantibus. DILL. Hist. Musc. p. 391. t. 50. f. 60.

Mnium pyriforme antheris pendulis turbinatis stipite filiformi, floribus femineis fetiferis. LINN. Sp. pl. p. 156. Syst. Nat. ed. XIV. p. 947.

*Explicatio Tab. III.*

- Fig. 1. Plantulae diuerfae constitutionis cum natali glomerulo fabuloso; naturali magnitudine.
2. Eadem cuncta, augmento exhibita I.
    - a. Plantula florem parans.
    - b. Plantula ad florescentiam parata.
    - c. Plantula florens.
    - d. Plantula deflorata.
    - e. Plantula cum theca matura, seminula enitente.
  3. Folium trunculi
  4. Folium perichaetiale exterius
  5. Folium perichaetiale medium
  6. Folium perichaetiale interius
- } augm. III.
7. Extremitas trunculi cum flore hermaphrodito.
    - aa. foliola Perichaetii intima.
    - bbb. Corpuscula succulenta singularia. IV.
  8. Duo folliculi masculi seorsim cum suis filis succulentis. IV.
  9. Duo corpuscula feminea, quorum alterum rectum impregnatum est, alterum obliquum, sterile mansit, Adductor dictum. IV.
  10. Duo corpuscula succulenta singularia seorsim. IV.
  11. Calyptra cum residuo adhuc stylo, a cohaesione cum fetulae vaginula nunc soluta, superstitibus adhuc tribus conspicuis sterilibus ouariis; cuncta summae particulae trunculi sui iuncta: augm. III.
  12. Operculum ab externa facie cum annulo.
  13. Idem ab interna facie; ambo ad augm. III.
  14. Particula externi parietis capsulae cum dentibus peristomaticis quatuor. III.
  15. Interni peristomatis particula cum interna capsulae membranula. III.
  17. Semina, ad augmentationem IV.
  17. Eadem ad augm. V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS seu principalis pulchelli huius musci pars, ratione eius diametri transuersalis perquam longus est, adeo, vt ad naturalem visum tenue filum referat. In prima sui iuuentute, communi fere vegetantium more, viret; sed haud adeo prouectus, iam de basi rubere incipit; qui color ultra progreditur et augetur ita, vt is, qui florens subter inuolucra extrema horum organorum adhuc virebat (vid fig. 2.) dum ad finem suae vitae matura dimittit ouula, totus quantus rubeat ad nigredinem vsque. Semel enim quae partus suos edidit plantula, breui ab inde decolor perit, nullam sui ultra continuationem agens.

**RADICVLAE** primordiales perquam sunt exiguae breues, at numerosae, bulbum quasi ad basin trunci presentantes, quam ab initio solummodo occupant. Sed vbi nunc florescentia instat, aliae adhuc supra eandem proueniunt atque deinde circa maturationis tempus e quauis inferiorum foliorum ala quaedam multo longiores magisque diuisae emergunt (fig. 2. e.)

**FOLIA** trunci sunt alterna, remota, breuia, acuminata, nonnunquam heteromalla (fig. 2. c.) infimis in vegetationis progressu aboletis. Folia perianthii seu perichaetalia, truncum numerosius coronantia, latiusculo vasorum fasciculo inde oriuntur, cui per exiguum spatium aliqua membranacea expansio addita est. Haec demum in maximis eorum saepe rotundata, perquam angusto margine tantisper adhuc ad mediam circiter totius folioli longitudinem extenditur, solo denique vasorum fasciculo, qui improprie costa audit, in apicem filiformem exporrecto. Varie protensa est angusta foliorum istorum pars, nunc nimirum reflexa, nunc inde demum inflexa, vel et serpentino itinere procedens. (vid. f. 2. d.) Longissima sunt media; intima (f. 7. a. a.) iterum brevissima, vasculorum fasciculo, palearum in modum, carentia. Color omnium vigentium eleganter viret.

**FLOSCVLVS** semper trunci cacumen occupat, et hermaphroditus quidem. Masculi folliculi femineis organis quandoque circumpositi, vtplurimum vero ex vno latere locati sunt. Illorum duodecim ad sedecim numeravi (vid. f. 7.) Graciles cylindrosos representant, mediante pedunculo breui thalamo connexos, dilutissime, dum virile sperma adhuc continent, viridantes, cacumine pellucente (vid. fig. 7.) at explosa hac prolifica virtute, fuscillum induunt colorem, et consueto more, vascula tenerrima in membranula reticulatim disposita ostendunt.

Feminea his adfociata organa octo communiter numeravi. Ex his frequentissime vnicum tantum impregnatum postmodum reperitur: asseruo autem in mea collectione exemplaria fetulis duabus, tribus, imo quatuor, quod tamen rarissimum est, instructis; thecae autem tunc immaturae deciderant. Reliquis horum organorum, feturam non expertis, in pedunculatos sic dictos adductores immutatis (fig. 9.).

**CALYPTRA** deinde a cohaesione cum ipsius trunculi summitate, vi affurgentis pedunculi soluta, gracilis est et ante incrassationem ouarii satis oblonga, fusci coloris. (fig. II.)

**PEDVNCVLVS** ouarii, pro plantulae ratione perquam longus, vario itinere gracilescendo adfurgit de sua vaginula, inferne rubicundi coloris, qui ascendendo dilutior factus ad extremitatem demum e luteo viridescit. (fig. 2. c.)

**OVARIVM** seu **CAPSVLA** de incuruata huius sustentaculi summitate pendens, ex angusto principio dilatatur in pyri formam. Viret ab initio, deinde matura elegantem fusco-rubrum induit colorem (fig. ead.) Duplici e membrana constat: externa firmiore vasculosa, de qua sedecim procedunt externi peristomatis denticuli e luteo fuscilli, piramidales, transversim lineati, reflexiles a casu operculi, redeuntes humectati (fig. 14.); interna multum teneriore. Ex ista internum Peristoma oritur, quod inferius e membranula demum tenerrima, carinata pro denticulorum numero, lenissime transuersim striata, constat. Exporriguntur abinde iterum sedecim triangulares productiones acutae transuersim in dorso perforatae, interpositis cuique ciliis duabus tribusve breuioribus longe tenerrimis. (fig. 15.)

Aperturae marginem inter atque operculum, positus est **ANNVLVS** elasticus e profundius rubente linea multisque breuibus, rotundatis, succulentis, transparentibus processibus compositus. Illa exteriora versus spectat, vel virente clausaque adhuc capsula discernibilis, cum primo omnium amoene rubrum colorem colligat. Succosi processuli autem inter operculi internam faciem et peristomatis denticulos tunc locati reperiuntur. (fig. 12. et 13. a.) Exterior illa particula, cum siccescendo in maturitate receptaculi feminum, elasticitate sua dissilit, causa violentae detrusionis est operculi.

**OPERCVLVM** conuexam habet figuram, cum mammilla centrali. Substantia eius est tenera, hinc elegans suum vasculosum rete transparere finit. (fig. 12. 13.) Color dilutior receptaculi.

**OVVLA** seu **SEMINVLA** sunt minutissima, amoene virentia (fig. 16. et magis aucta fig. 17.).


Lapidofo fabulosis, praesertim verticaliter septentrionem spectantibus locis crescere amat iste muscus. Hinc frequens in interstitiis murorum, fissuris rupium et ut plurimum gregatim, rarius solitaria indiuidua. Inde illis adnumeranda est haec species, qui sterilibus adeo in locis humum dedaleum colligunt, itaque occasionem praebent, ut proceriorum vegetantium semina ab iis retenta eorumque beneficio exclusa, primum pabulum acquirere et fugentia sua organa seu radículas vltro promouere possint.


Variae interea aetatis plantulae inter unam eandemque gregem reperiuntur; ut inde, quamuis fructu ad maturitatem perducto, quod Iunio vel Iulio fieri consuevit, vltra vegetare non pergat; tamen uno eodemque tempore praesto sint plantulae desfloratae, florentes, et florem parantes.

Intelligitur hinc cur LINNAEVS in sua huius speciei determinatione dixerat, *floribus foemineis fetiferis*. Desfloratorum enim iam tum indiuiduorum perianthium in capitulum magis intumescit, et inde ad formam capitulorum masculorum generis Bryi eo propius accedit. Paucis vero ab hinc elapsis septimanis iam rudimentum capsulae contegens oblonga Calyptra, setulae in modum abinde emicat, praesentibus adhuc capsulis maturis.

Eadem circumstantia me quoque seduxit olim, cum vberior huius speciei disquisitio Chemnitii non concederetur ob rarissimum eius in illa regione proventum, vt pro Bryo vero haberem venditaremque in mea Muscorum frondosorum Historia Naturali P. II. p. 94.

Corrigendus itaque ille est locus simulque discendum, quam caute mercandum, quamue facilis sit inter has minutulas stirpes error.






D. Hedwig del.

J. Schimper sc.

*Webbia nutans* Hedw.

1111



*Tabula IV.*  
**WEBERA NUTANS.**

*Webera nutans* foliis lanceolatis, capsulis oblongis nutantibus.

*Bryum trichodes* laete virens, capitulis cernuis oblongis DILL. Hist. Musc.  
391. t. 50. f. 61. WEIS Plantae Cryptogam. p. 153. vt varietas  
*Mnii pyriformis* LINN.

*Bryum nutans* foliis lanceolatis subulatis, capsulis vrceolatis cernuis, oper-  
culo conico. SCHREBER, spicil p. 81 n. 1043.

*Explicatio Tabulae IV.*

- Fig. 1. Plantula florens naturali magnitudine.  
2. Eadem aucta. I.  
3. Folium Perichaetiale exterius ad augmentum II.  
4. Folium Perichaetiale interius eodem angmento.  
5. Folium Perichaetiale intimum, ad idem augmentum.  
6. Folium trunci, item.  
7. Summitas cauliculi florens, foliis Perichaetii pro parte remotis, pro conspectu fol-  
liculorum masculorum; ad augmentum I.  
7.\*) Similis plantulae pars, cum masculis femineisque generationis organis, unico ex  
interioribus Perichaetii foliolis residuo; ad augmentum IV.  
8. Plantulae capsuligerae naturali magnitudine.  
8.\*) Vnica ex his; ad augmentum I.  
9. Capsula matura operculo decusso cum particula pedunculi; augmento I.  
10. Operculum cum annulo, augmentatione IV.  
a. annulus.  
11. Peristomatis externi dentes tres; augmento IV.  
12. Peristomatis interni particula; eodem augmento.  
13. Semina, secundum simile augmentum delineata



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS, huius speciei ut plurimum breuior at valentior esse solet, quam praecedentis. Diuisiones sui ascendendo nonnunquam, si in humido loco pascatur, agere, asserit et depinxit DILLENIVS, *Histor. Musc.* p. 392. t. 50. f. 61. D. E. F. G. Mihi vero non contigit vnquam eiusmodi legere specimina, quamuis inter vberiores huius mulci prouentus cum olim Chemnitii, tum nunc Lipsiae versarer. De reliquo autem color huius principalis partis etiamnum amoene rubet; et totus quantus iamtum quidem, vbi ouulorum theca a maturitatis termino propius abest.

Perquam iuuenulus adhuc solummodo de infima basi radicans est, radiculis tenerrimis ramosis, nunc paucioribus, in indiuiduis solitariis, f. 8. nunc coma radiculosa ditatis, si in sociali vita per collectum obuolitantem humum altius huic immerfus fuerit truncus vid. f. 2. Interim florens adhuc non solum ex inferiorum foliorum alis succedanea eiusmodi dimittit nutrimentum haerentia organa, (vide ibidem); sed dum ad maturationem fructus properat, similia vel inter summa caulina foliola prodire facit, veluti ad f. 8. videre est: quae cuncta deorsum in solum natale tendunt.

**FOLIA** trunci paucula quidem, variantia tamen numero \*) sunt minutula, lanceolata, concaua, alterna, distantia, vasorum fasciculo ad apicem vsque excurrente; id quod etiam in illis perianthium in fastigio trunci constituentibus ita sese habet. Consumuntur tamen denique infima illorum, veluti f. 8. visitur. Ista, perichaetia dicta, caulina numero ut plurimum, longitudine semper superant. Latiora sunt externa f. 3. longiora et magis acuminata, angustioraque, media f. 4. demum breuiora angustissimaque intima f. 5. Omnium, praeter horum vltimorum apex, lente multum augente conspectus, denticulis tenerrimis ornatus adparet, f. 6. Cuncta, dum floret stirps iunctim spectata capitulum mere masculinum generis Bryi mentiuntur.

**FLOS** huic speciei est hermaphroditus. Communiter enim in quavis mediorum perichaetialium foliorum ala locantur bini masculi folliculi cylindrici, vide f. 7. et 7\*. Plane igitur in trunculi vertice feminea organa locum habent, veluti e. f. 7\*. luculenter adparet \*\*). Horum equidem sex numeravi, ut e figura 7\*. patet. DILLENIVS, cum gemellos fructus ex vno eodemque trunculo inuenisse perhibeat et pingat, patet totidem etiam impregnari potuisse: mihi vero nunquam vltra vnicum occurrit.

**FILA** succulenta articulata breuissima et perpauca adfunt; vid. fig. ead. b. b.

**CALYPTRA** eadem plane ac praecedentis speciei sese habet ratione.

**PEDUNCVLVS** ouarii variae in diuersis speciminibus longitudinis, recta fere affurgit, luteolo virescens ab initio, deinde inferius eleganter rubet, at superiora versus et incuruata in summitate demum lutescentem seruat colorem.

\*) Conf. Historiam meam Muscorum frondosorum. P. I. T. IV. fig. 17.

\*\*\*) Videtis huius floris alia perquam euidentia exempla. Ibidem fig. 18. 19.

rem. SCHREBERVS in suo spicilegio p. 82. contendit quidem, *setam in isto non arcuatim deorsum flexam esse*; DILLENIVS e contrario iam in Hist. Musc. l. c. rite dixerat, *capsulas virides pendulas*, veluti etiam e mea figura 8. liquet. Haec ambiguitas sequenti de circumstantia orta est et componenda. **Seminum theca**, dum in iustam magnitudinem adoleuit, pondere suo, a contentis succiplenis dependente, teneriorem extremitatem sui sustentaculi arcuatim incuruat, quae vero demum reuertitur, vbi nunc maturi partus, decusso operculo, euolarunt, et parietes receptaculi quoque arefactae leuiores factae sunt.

**THECA**, amoene viridis ab initio; vbi ad debitam magnitudinem accessit, ex angusto principio mox in cylindrum protenditur; f. 8. c. cuius deinde basis, postquam operculum et quae huius vi retinebantur contenta fecessere, contrahitur ita, vt ex angustiore sensim ampliata fiat capsula, f. 9. Colorem tunc habet e luteo-fuscellum.

**OPERCVLVM** nequaquam conicam figuram, sed rotundato conuexam habet, cum imposito vertici breui recto acumine, veluti f. 8. d. euidenter ostenditur. Si lucem versus vitris conuexis spectatur, exteriora versus circulus notabilis sese prodit, qui a reliqua interiore operculi conuexitate linea quadam distinguitur, vid. f. 10. Isto sub circulo comprehenditur succulenta illa annuli fimbria. Veluti in isto iam circulo striae vasculosae, demum fuscellae adparent; sic abinde alias eiusdem indolis ad verticem vsque arcuatim protensas videmus, interpositis aliis breuioribus, neque tamen anastomosantibus, vt in specie praecedente. Operculum hoc antea colorem in luteolo fuscillum mutat, quam theca.

**ANNVLVS** Fig. 10. a. similis praecedentis speciei.

**PERISTOMA EXTERNVM** e sedecim dentibus oblongo triangularibus, luteolis, transuersim leniter striatis constat; viuide reflexilibus operculo deciduo. Fig. 9. et seorsim magis aucti. Fig. 11.

**PERISTOMA INTERNVM** validius paulo, quam in praecedente specie, itidem e membranula marginem aperturae excedente, conuexa extruitur, vnde etiamnum sedecim productiones pyramidales, per mediam lineam quasi perforatae et ad marginem leniter denticulatae emergunt. Interposita his spatia occupant duo triaque cilia tenerima. Fig. 12.

**SEMINVLA** tecta adhuc operculo virent; accedente demum liberiori aere sensim sensimque luteolo fuscidulum indipiscuntur colorem. Fig. 13.

Figurae huius et praecedentis speciei in DILLENII Hist. Musc. T. L. vicinae, veluti et descriptiones in textu p. 391. proxime sibi subsequentes inueniuntur; ita tamen concinnatae sunt, vt aliqua ad minimum specifica distinctio vtramque inter abinde emicet. Nihilominus nuspian a magno LINNAEO enumerata reperitur haec species. An forsitan ea de causa, quod eandem nec viuam neque exsiccatam viderat, atque vtrumque numerum, propter similitudinem haud leuem figurarum A. B. C. Tab. 50. f. 61. in dicta DILL. H. M. cum fig. 60. eiusd. Tab. quoad caulem herbulamque, pro vna eademque specie haberet. Id tamen perquam miramur, celebrem adeo inter summos nostri aevi botanicos M V R R A Y V M, quodsi etiam hunc muscum, indigenum quam-

vis Goettingæ, cognitum non haberet, probatae perspicacitatis has etiam inter minutulas stirpes viro, nimirum CL. SCHREBERO, qui in spicilegio suo eundem ceu speciem veram distincte indicauerat, nullam tamen fidem dedisse, quin nunc demum in nouissima sua editione Systematis Vegetabilis b. LINNAEI sicco plane pede preteriisse. Attamen perquam celebris apud goettingenses botanicus, DN. D. WEIS nostram plantulam paulo ante SCHREBERVM vt varietatem præcedentis enumerare haud dedignatus est. Vt interea huic errori vltra præcluderetur locus, vtriusque analysin et pictis ad naturam et scriptis characteribus coniunctim quasi exhibere voluimus. Atque tot tamque multifaria inde, opinor, vera momenta diacritica euenisse, vt in posterum vel partium studiosissimus enumerator vegetabilium systematicus non possit non vtrumque pro singulari et propria specie agnoscere.

Ipsa etiam loca, quae inhabitare solent, et situ et indole discrepant. Nunc proposita enim species non nisi filuas aut arbuſta, et maxime quidem abiegna inhabitare velsique amat de glareoso solo. Raro solitaria reperitur plantula egregie elongato tunc ouarii grossificati sustentaculo prædita; quin multo frequentior socialis gregariaque vita, ad consitionem locorum cum aliis maiusculis forestalibus vegetabilibus, suam symbolam confert.

Chemnitii, et per omnem circumſitam montosam regionem, vbiuis fere abunde mihi iste Muscus obuinit. Neque tamen planiorem nostram Lipsicam respuit. Habitat enim hic loci cum in silua Vniuersitati propria tum ad vallem lacus, qui est in pineto lindenthalienſi.

In omni hac dicta vbertate, mihi tamen nunquam exemplaria nouis e trunculo emissis ramificationibus, quales DILLENIVS dedit, obuenerunt, veluti antea innui; hinc potius illis vegetabilibus nostram speciem adnumerandam esse censemus, quae semel per annum vitae suae curriculum generant.

Quem præcipuum præſentiae suae finem, maturitatis nempe statum mense Iunio attingit. Eodem plane tempore superſunt quidem adhuc aliqua superiori anno excludorum florentia indiuidua, pro maximo autem numero deflorata. Quare, si quis certius florentes diſquirere cupit, Maio mense vt exemplaria conquirit, oportebit.

De reliquo haec est illa species, quam in mea *Historia Naturali Muscorum frondosorum* diuerſis in locis pro *Bryo trichodes* LINN. vt antea p. 4. innui, venditaueram. Quem itaque errorem vt, quibus interest, beneuole corrigere velint, enixe rogo.



D. Hedw. del.

sculp. G. G.

*Lottia truncata* Hedw.

171





Table 1

---

*Tabula V.*

**GYMNOSTOMVM TRVNCATVM.**

*Gymnostomum truncatum* foliis explanatis apiculatis, thecis truncatis.

---

*Bryum truncatum* antheris erectis subrotundis: operculis mucronatis LINN.  
Spec. pl. p. 1584. 18. Syst. Nat. ed. XIV. p. 948. 20. Fl. Dan. T. DXXXVII.  
f. 2. mala.

*Bryum exiguum* creberrimis capsulis rufis. DILL. Hist. Musc. 347. t. 45. f. 7.

*Muscus capillaceus* omnium minimus VAILL. Paris 130. t. 26. f. 2.

*Muscus stellaris* minimus, pediculo breuissimo, capitulis turgidis BVXB. cent. 2.  
p. 4. t. 2. f. 2.

---

*Explicatio Tabulae V.*

- Fig. 1. Plantula mascula naturali magnitudine.  
2. Eadem, aucta II.  
3. 4. Folliculi masculi cum corpusculis succosis ad augmentationem IV.  
5. Plantula feminea cum theca feminali et Calyptra adhuc imposita, naturali magnitudine.  
6. Eadem, aucta ad lentem II.  
7. Plantula cum theca euacuata, sui que demum continuatione: eodem augmento.  
8. Folium trunci, binis vasorum fasciculis monstrosum: auctum lente III.  
9. Plantula, foliis omnibus denudata, infecundis ouariis adhuc residuis, fecundatique Calyptra soluta, tantisper subleuata: augmentatione II.  
10. Calyptra integra; augmentatione III.  
11. Calyptra in diuersas partes fissa, cum residua adhuc tuba; eadem augmentatione.  
12. Theca feminalis operculata cum suo pedunculo vaginulaeque et particula trunci; ad augmentationem II.  
13. Operculum seorsim; ad augmentationem III.  
14. Theca feminalis deoperta, pedunculo vaginulae ab infra infixio; ad lentem II.  
\*) Columnula emicans inter feminula.  
15. Semina, secundum augmentationem IV.  
16. Eadem, augmentatione V.  
17. Item, augmento VI.
-

## HISTORIA ANALYTICA.

**TRVNCVS** huius musci, masculus et femineus, vix vltra tres lineas de pollicari mensura elongatur; simplex communiter: commodo tamen loco nutritus, quandoque etiam sui propagine de summitate emittit, veluti e fig. 7. videre est.

**RADICES**, plantula caute de solo exempta atque a fordibus abluta, basilares tantum, longae, simplicissimae, tenerrimis breuissimisque, vt aiunt, fibrillis, per omnem longitudinem donatae, albae in iuuenis, rutilantes in proeectis inueniuntur. f. 2. 6.

**FOLIA** trunci multo minora sunt perichaetialibus; in masculo vt plurimum pauciora, alternatim laxè disposita, decolorata saepe in proeectioribus aetate, f. 6. inferius angustiora, superius latius expansa, margine integerrimo in apicem conuergente. Omnium singulorumque fasciculus vasculosus, continuo decrescendo per mediam longitudinem excurrens, vltra apicis limites procedit et cuspidem facit, magis vel minus euentem. Monstrosos naturae lus inter folia huius quoque familiae, rarissime quamuis, occurrere, docet folium f. 8. quod duos fasciculos vasculorum acceperat, in totidem cuspides exprorectos.

**FLOS masculus** ab extremitate trunci sui proprii prouenit. Inuolucrum eius foliola maxima in rosulam expansa constituunt. Folliculi sunt minuti communis figurae, interpositis corpusculis succulentis, e filis succulentis articulatis exstructis, quae in globulos duos lutescentes, altero inferiori minori et oblongo, altero maiori et rotundo magis, abeunt, excedentibus altitudine mascula organa vid. f. 3. 4. Euentissimi nonnunquam sunt isti disculi masculi, saepius tamen ob exilem molem operose inter gregem numerosam aestiuis mensibus exquirendi. *Femineus* f. 9. aegerrime ipso florescentiae tempore, propter summam teneritatem disquirendus, e quatuor vel sex pistillis constat, quorum saepius duo, nonnunquam tres, imo et quatuor masculam feturam experiuntur.

**CALYPTRA** tenerrima, dilute viridis et lageniformis in primo incremento f. 9, subinde fusciscit finditurque ab incremento thecae et obliquatione rostellii operculo impositi, nunc ex vno tantum latere f. 10, nunc in plures lacinas f. 11. Vascula eius sunt tenerrima: ferius decedit. Tubam muliebrem, quae stylus botanicorum, emarcidam, nunc citius cadere finit, nunc diutius conseruat, veluti f. 9. 10. 11. demonstrant.

**VAGINULA** conulum truncatum repraesentat dilute viridem, cuius circumferentia angusta, cohaerens antea cum Calyptrae basi, rubescit; f. 9. 12. 14.

**PEDVNCVLVS** recta inde adfurgens, validiusculus, modice longus subinde e viridi flauescit, et circa maturitatem thecae ad basin itidem rufescit.

**OPERCVLVM** conuexum, e centro in rostellum magis minusque obliquum, acutius obtusius f. 12. 13. abit.

**THECA** figuram obuerse ouatam, plus vel minus oblongam, habet, circumferentia nimirum cum conuexitate operculi spectata. Hinc a casu istius quasi truncata apparet, visiturque in centro emicans inter feminula apex columnulae f. 14. Color tunc e luteo fufcescit.

**SEMINVLA** itidem sunt fusca, rotunda, f. 15. 16. nonnunquam quibusdam, preffione forsitan vicinorum, in ouatam figuram reductis f. 17\*\*.

Communis omnium fere regionum est haec musci species, gregaria, nullum fere locum respuens, laetissime in graminosis, muris argillaceis, parum insolatis vigens, omni fere tempore cum thecis reperiunda. Praeprimis autem aestate floret et primo vere opercula deponit.

Vulgaris cum adeo sit species, expositionem eius accuratiorem non, nisi insequens, necessariam omnino fecit.





## Tabula VI.


## GYMNOSTOMVM OVATVM.

*Gymnostomum ouatum* foliis ouatis, concavis, piliferis;  
 thecis ouatis.

*Muscus coronatus minimus*, foliis et capitulis oblongis, in pediculis brevissimis. MORIS. Hist. 3. p. 63r. f. 15. t. 7. f. 18.

## Expositio Tabulae VI.

- Fig. 1. Plantula mascula naturali magnitudine.  
 2. Eadem, aucta lente II.  
 3. Masculus flos intimo suo perianthio comprehensus; augmentatione IV.  
 \* productio piliformis.  
 4. Folliculi masculi cum succulentis corpusculis seorsim; augmentatione eadem.  
 5. Plantula feminea cum theca feminali, calyptra adhuc tecta; naturali magnitudine.  
 6. Eadem aucta lente II.  
 7. Folia superiora; eadem augmentatione.  
 8. Folium aliud, cum opere granuloso ad augmentationem IV.  
 9. Folium perianthii exterius  
 10. Folium perianthii intimum } augmento IV.  
 11. Flos femineus cum particula trunculi; eadem lente auctis.  
 12. Calyptra, secundum lentem IV.  
 13. Particula trunculi superior, cum vaginula, residuo sterili pistillo ad huius basin, pedunculo et theca operculata; augmentatione II.  
 14. Plantula integra, cuius operculum ex instituto eleuatum cum theca tantisper cohaeret.  
 15. 16. 17. Semina ad augmentationes IV. V. VI.




D. Hooker del.

J. Smith sculp.

*Pottia cavifolia* Lha.

1777



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVM, qui nobis principalem illam partem corporis organici denotat, de qua cuncta in isto successiue euenientia dependent, truncum inquam, in omni planta adesse debere, nisi ratio dicitaret, vix credendum foret, masculo huius speciei indiuiduo f. 1. 2. aliquem datum esse. Adest tamen, quamuis multo minor exili iamtum femineae plantulae, f. 5. naturali magnitudine exhibitae. Hinc omnino simplicissimus.

**RADICES** principales de eius basi demissae, ipsum trunculum longitudine multoties superant; diuisae et subdivisae sunt, perquam tenerrimis hinc inde vasculosis fibrillis confitae: quarum praeterea densa farrago, stupam subtilissimam referens, comam summam radiculosam efficit, f. 6. accumulata nonnunquam etiam inter infima foliola f. 7.

**FOLIA** ratione trunci numerosa, alterna, laxius f. 14. densiusque f. 6. imbricata sunt, in mare quasi in sessilem rofulam disposita; f. 2. Figura foliorum ad inuerse ouatam accedit, f. 7. 7. Margo integerrimus inflexus, concava versus superiora facit folia, intra quam concavitatem vix non semper deformis granulosa quasi, cohaerens massa residet; vide fig. 8. 10. Validus vasorum fasciculus, quocum expansionis membranosa reticulus communicat, omnem eius mediam longitudinem percurrit, et abinde in pilum longum album exporrigitur. Hinc cespituli ficescentes, toti quanti canescunt.

**FLORES** seu genitalia vtriusque sexus, quibus de summitate trunci proprii indiuidui oritur. Vterque singulari in hac specie Perianthio gaudet.

**MASCVLVM** perianthium e nonnullis rotundato-emarginatis, tenerimis membranulis albidis constat de quarum emarginatione itidem pilus longissimus, ad apicem denticulatus, argentei coloris erigitur, f. 3\*. Folliculi mascula fetura referti, perquam exigui, filamenta succulenta ex aduerso eo longiora, ex angusto principio sensim dilatata, hinc clauata, creberrime articulata sunt; vide fig. 3. 4.

**FEMINEI** perianthii foliola aliquam cum reliquis plantulae foliis similitudinem habent, sed multo sunt minora et teneriora, nunc fasciculo vasculoso dorsali praesente f. 10. nunc deficiente f. 9. at intimorum pilus f. 10. breuior exteriorum f. 9. Flos ipse e septem vel octo sic dictis pistillis minutulis constat, quorum rarissime duo fecundantur. Fila articulata breuia et admodum tenera sunt; quae cuncta f. 11. exhibet.

**VAGINVLA** ab illa praecedentis speciei, figura non differt, neque pedunculus thecae; nisi quod multo fit breuior, parum extra folia superiora emergens: f. 6. 13.

**CALYPTRA** rufa magis est, quam in praecedente vasculaque eius validiora f. 12.

OPERCVLVM conuexum etiam in obliquum elegans rostellum de centro abit; fig. 13. 14.


THECA feminalis ab initio viridis, deinde fusco rufa, nudo oculo visum punctulum quasi nigrum refert. Figura eius exacte, si operculi rostellum demferis, ouata est: hinc, vbi operculum decessit, apertura terfa, angustior est medio diametro transversali thecae.

SEMINA f. 15. 16. 17. maiora sunt, quam *Gymnostomi truncati*, superficie, maioribus augmentis lustrata, aspera praedita esse videntur.

Frequentissimus murorum argillaceorum per omnem circulum Lipsiensem est incola, perquam minutula haec musci species, densis latisque cespitibus ibi diffusa, rarius humiliora similis soli loca occupans. Quare dubitari nequit de eius prouentu in aliis quoque regionibus: mirandum potius est silentium, quod penes omnes vegetabilium enumeratores, quos euoluere mihi quidem licuit, de eadem reperitur. An cum praecedente, quacum saepius dictis suis locis in consortio viuit, commiscuerunt? fere tale quid mihi suadere videtur momentum a clarissimis in cognitione rei herbariae viris in determinatione *Bryi truncatuli* adhibitum e. g. SCOPOLI Flor. Carn. Ed. 1772. Tom. II. p. 116. *capsulis erectis ouatis; foliis piliferis*: WEBERI spicil. Florae Goett. p. 110. *Folia, pilo terminata*. Qualem fasciculi vasculosi foliorum productionem equidem in millenis millenorum speciminibus, vel lautissime passis, nunquam reperire potui.

MORISONVM vero hanc nostram speciem prae oculis habuisse, icon eius suadet, quare eius determinationem synonymicam huc retuli. Ineunte vere floret; opercula autem circa Maii mensis initium cadunt.

Veluti interea ex haftenus expositis diuersitas praecedentis huiusque speciei palam est; sic crediderim, neminem fore, qui non tenui penicillo adumbratas pulchritudines in vili adeo viso musco, prae nudis oculis plane absconditas, mirabundus adspiciat, mentisque oculos laetus aduertat futuris illis ineffabilibus bonis pulchritudinibusque, quae quemque bonum expectant.




D. Fleming del.

J.C. Walpole sc.

*Didymodon subellus* BE.

PLANTAE INDICAE. Tab. 174. *Indica*



---

*Tabula VII.*

**WEISIA RECVRVIROSTRA.**

*Weisia recurvirostra* foliis lanceolatis, imbricato-patulis; theca gracili; operculi rostellato recurvato.

---

*Expositio Tabulae VII.*

- Fig. 1. Plantula mascula naturali magnitudine.
2. Eadem aucta; lente I.
3. Summitas eiusdem cum flore; ad augmentum IV.
4. Plantula feminea cum theca matura operculoque detruso; naturali magnitudine.
5. Eadem aucta, lente I.
- a. Elongatio trunculi annotini.
6. Folium seorsim, eadem augmentatione.
7. Flos femineus; augmento IV. exhibitus.
8. Squamula perianthii intima, eodem augmento.
9. Pedunculi pars cum theca immatura calyptrata: lente I.
10. Eadem maturitati propior, demta Calyptra; ad idem augmentum.
11. Particula thecae cum Peristomate, ad augmentum IV.
12. Semina, eodem augmento.
13. Horum tria, secundum augmentum VI. proposita.
-



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis rectus, simplex; demum absoluto impraegnatio-  
nis negotio sui continuationes 1-4 ad summitatem agens. Veteranus  
firmulus fit, lignescit et colorem plus minus profunde rufum induit, f. 5. qui  
in iuniore aetate viridis erat.

**R**ADICVLAE primordiales, quibus ab ortu nutrimentum hauserat  
plantula, accedentibus continuo nouis e trunco meatibus fugentibus, valides  
cunt, diuiduntur et subdivisas demum radículas; fibrillas botanicis dictas, di-  
mittunt; quarum in prouectiori aetate plures etiam ad basin trunci et e folio-  
rum imorum alis emergunt, veluti fig. 5. videre est.

**F**OLIA e latiuscula basi in lineari lanceolatam abeunt figuram. Illa tan-  
tisper trunco adpressa in iunioribus quasi imbricata f. 2. deinde variis sub angulis  
diurgunt; eoque magis, quo altius in trunco locantur. Medium percurrit vas-  
culorum fasciculus, ratione folii satis validus, f. 6. qui subinde rutilantem susci-  
pit colorem. Sicciscentium autem extremitates contorquentur.

**F**LORVM inuolucra e foliis componuntur longioribus et latioribus,  
quam trunci; intimis demum minutissimis.

**M**ASCVLVS FLOS qui ut plurimum de proprio indiuidui cacumine  
prodit, capituli formam abinde acquirit; fig. 2. E folliculis is ipse constat  
20 - 22. consuetae figurae, quorum thalamum circum circa stupa breuis, alba,  
longe tenerrima ambit; praeterea vero interposita habent filamenta longiora ar-  
ticulata: vid. f. 3. Inueni tamen nonnunquam etiam in femineo flore vnum  
alterumque horum folliculorum.

**F**EMINEVS FLOS etiamnum semper e trunci summitate prorumpens,  
e nonnullis constat pistillis, quorum vero nunquam vltra vnicum impraegna-  
tum reperi. Difficillima eius est extricatio cum ob teneritatem tunc temporis  
summitatis trunculi, tum propter minutissima iis circum et interposita foliola  
squamaeformia, f. 7. 8. sexus organis breuiora. De reliquo autem omnem  
hanc summitatem fila succulenta tenerrima, longa satis, articulata occupant:  
vt f. 7. demonstrat.

**P**EDVNCVLVS ouarii in oblongam vaginulam basi sua immerfus, me-  
diocrem indipiscitur longitudinem; rufescit inferius, superius dilutius viret im-  
matura adhuc theca f. 9.

**C**ALYPTRA huic adhuc imposita atque ad decessum parata, rutilat et  
longum incuruum rostrum mentitur; f. eadem.

**O**VARIVM seu theca feminalis ipsa tunc recta exporrigitur, cilindri  
figura et aliquando profundius virens demum rutilans; quam primum autem  
termino emissionis contentorum proprius fit, operculo quamuis adhuc residuo,  
alternis

alterius lateris arcus manet, oppositi defidet, vnde magis versus vnā plagam thecae apertura respiciat necesse est, quod cernuam thecam diximus\*). f. 5. 10.

**OPERCVLVM** de ampliori conuexa basi breue emittit rostellum, quod Calyptra adhuc tectum, semper erectum est, f. 9. a casu huius vero aduersus curuaturam thecae retroflectitur ita, vt vncellum quasi repraesentet, f. 10\*; nonnunquam tamen etiam primariam directionem retinet. Color eius multo dilutior est, quam thecae maturae.

**ANNVLVS** thecam et operculum inter nullus.

**PERISTOMA** simplex, dentium sedecim e latiuscula basi in longiusculam cuspidem, extenuatorum; coloris in recente albo leniter flauescens; exsiccatorum flauo. Madentes in pyramidem conuiuent, f. 5. siccescentes solummodo eriguntur; f. 11.

**OVULA** seu feminula perquam minuta intra thecam profundius, deinde vero siccescentia, dilutius virent fig. 12. Superficies inaequalitatem habet, quae facit vt ad vitra maxime augmenta, lumine mediante speculo in eadem reflexo, quasi orbiculato-reticulata appareant. fig. 13.

Iunio floret, atque Iulio: sub initium Augusti opercula de maturis ad partum thecis decedunt.

Annua longiorem vitam agere hunc muscum, radices et trunci prolongationes docent. Gregatim in locis lapidoso sabulosis, tenui gramine stipatis arctissimo in consortio degere amat. Copiose eundem inueni olim ad radices saxorum vicinorum furnis calcinatoriis Rottlufiensium prope Chemnitium Saxoniae, nec non hic Lipsiae ad interstitia baseos Columnae, quae proxime ad pagum *Rükmarsdorf* miliaria *Martisburgum* versus indicat.

\*) Hist. Nat. Muscorum frondosorum. P. II. p. 14.


## Tabula VIII.

## WEISIA HETEROMALLA.

*Weisia heteromalla*, trunco erecto, foliis e basi lata subulatis, rigidis heteromallis, operculo conico, theca annulata.

*Explicatio Tabulae VIII.*

- Fig. 1. Plantula mascula naturali magnitudine.  
 2. Eadem, augmento I. exhibita.  
 3. Exemptus de huius summitate flosculus cum interioribus perianthii foliolis; secundum augmentum III.  
 4. Medium eorum;  
 5. Nec non interius  
 6. Nonnulli folliculorum masculorum cum filamentis succosis. } augmento III.  
 7. Plantula feminea partui proxima, naturali magnitudine.  
 8. Eadem, aucta lente I.  
 9. Folium trunci.  
 10. Folium perianthii } ad augmentum III.  
 11. Flos femineus; secundum augmentationem IV.  
 12. Receptaculum feminum cum Calyptra adhuc residua; augmento III.  
 13. Eadem plantulae pars Calyptra et operculo detrusis, itaque Peristomate thecae denudato; secundum idem augmentum.  
 14. Thecae summa particula, cum suo Peristomate, secundum lentem IV.  
 15. Operculum seorsum, ad idem augmentum.  
 16. Annulus, eodem augmento exhibitus.  
 17. Seminula; aucta lente V.




W. H. H.

J. C. H. H.

*Elytrichum lamomellum* Hpe

171



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS huius speciei firmior valentiorque est, quam minutula eius statura suadet. Serpentino tractu ut plurimum erigitur cum masculus tum femineus. Ille f. 1. 2. semper breuior est isto, vterque innovationem sui, et femineus quidem ut plurimum vnicam tantum ad basin perianthii facit, florescentia absoluta f. 8; occurrunt interea etiam altera tertiaque inferiori loco.

**RADICVLAE** primordiales de basi trunci solummodo emissae simplices sunt, addita demum longe tenerrima breuissimaque radicante stupa f. 2. 8. Illas in progressu aetatis, ad firmiorem plantulae cum natali solo connexionem potius pertinere, hanc tunc nutrimentum haurire, existimo.

**FOLIA**, nunc densius nunc laxius et magis minusque ordinatis intervallicis truncum vestientia, insigni ductulorum fasciculo inde oriuntur, qui non, nisi ad basin exigua tenui expansione plana membranacea donatus, decrescendo, incuruo ut plurimum itinere longius procedit, in obtusiusculum apicem desinens, f. 9. Inde cuncta fere adulti trunci vnam plagam respiciunt veluti e f. 2. 8. patet. Rigidiusculus interea est iste processus neque ficcitate contorquetur.

**FLORES** summitatem trunci cum primordialis tum illius innovati occupant.

**MASCVLVS FLOS** capitulum refert f. 2. Huius foliola perianthii discrepant quam maxime ab illis feminei floris; magis enim concaua sunt: vavorum fasciculus longe est tenerior, atque exteriorum in longam filiformem productionem abit f. 3. 4. interiorum parum ovato lanceolatam expansionis membranaceae figuram excedente; f. 5. Mascula organa horum gremium occupantia e folliculis nonnullis evidenti pedunculo instructis et filamentis succulentis tenerrimis paulo longioribus constant. f. 6.

**FEMINEVS FLOS** extrinsecus involucri foliolis cingitur similibus trunci sed longiore fasciculi vasculosi productione et maiore expansione donatis, f. 10. quae demum amplior et magis concaua est penes intima f. 11. a. Ipsa organa feminea, pistilla duo-ad quatuordecim constituunt: vid. fig. eadem.

**PEDVNCVLVS** thecae femineae ex oblonga vaginula emergens, ut plurimum ad basin obliquam habet directionem, vnde in recta ascendentem mutatur. Semper longior est ipso trunculo, colorem maturationis tempore in dilute fuscum immutat, modica ficcitate in spiram tortilis. f. 8.

**CALYPTRA**, demum fusco lutescens, tubam deferentem vix e perianthio emicans deponit: finditur ab intumescente theca ab altero latere atque huic adhuc insistens, longum, erectum, et modice incuruatum rostellum aemulatur. f. 12.

**OPERCVLVM** ab ista contactum, exiguum est et obtuse conicam habet figuram, f. 8. 15.

**THECA** feminalia ouula includens, consueto more e duplici exstructa membranula, externa nimirum valentiore, teneriore interna, figuram habet oblongo ouatam, dum immatura viret: quamprimum vero operculo decusso partus suos enititur, contrahitur quidem curuatura longitudinalis ex vno latere, neque tamen adeo, vt inde theca fiat cernua; vide f. 13.

**ANNVLVS** consuetae compositionis, fimbriam succulentam, ratione ad operculum habita, notabilem accepit: f. 16.

**PERISTOMA** thecae, vnius est ordinis, e denticulis sedecim tenerimis linearibus exstructum, non reflexilibus. f. 13. 14.

**SEMINVLA** perquam exigua, fuscilli sunt coloris, vid. f. 17.

Multum similitudinis haec species cum Bryo *crispo* SCHREBERI habere videtur. Cum vero basis lata foliorum *undulata* non sit, subulata extremitas non *crispetur*, operculum capsula non *paulo*, veluti Ill. Vir in Spicilegio p. 79. n. 1038. de suo Bryo praedicat, sed multo minus sit, ego denique idem hic Lipsiae indicatis ibidem locis, an propter sicciores istas aestates non reperire, igitur conferre cum ista nostra Weisia non potuerim; sustinui illius determinationem, vel signo interrogationis vt synonymum subiicere.

Gregatim quidem prouenire solet haec nostra Weisiae species, ab anno 1774. Chemnitii in sylua Zeiffigwald cum in orbitis profundis viarum derelictarum, tum ad vias cauas vdas inuenta; sed non denso agmine, imo saepe etiam solitariis indiuiduis.

Floret Maio, Iunio; et huius mensis sub finem nec non Iulio opercula deponit.



D. Heyl del.

W. G. G. sculp.


*Systegium crispum* Schp.  
= *Astragalus crispum* (Hb. K.) Hf.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or introductory paragraph.



Faint text block located below the first set of sketches.



*Tabula IX.*

## PHASCUM CRISPUM.

*Phascum crispum* foliis trunci minutis diffitis; perichaetialibus è  
lata concaua basi longe acuminatis; inuoluto-contortilibus.

*Expositio Tabulae IX.*

- Fig. 1. Plantula unica et  
2. Plantula duabus thecis instructa; naturali magnitudine.  
3. 4. Vtraque priorum, aucta lente I.  
5. Similis, sed breuioris trunci plantula; secundum idem augmentum.  
6. Folium perichaetiale humiditate expansum; auctum lente III.  
7. Folium arefactione retrorsum tortum } secundum lentem III.  
8. Simile folium, introrsum crispatum }  
9. Masculus flos cum Perichaetio; lente I.  
10. Idem, Perichaetio remoto residuo vnico foliolo, a posteriori latere; folliculi masculi, partim sua virtute referti, partim illa explosa; nec non filamenta succosa, folliculos parum exsuperantia. Secundum augmentationem IV.  
11. Flos femineus cum suo Perichaetio; lente I.  
12. Idem, Perichaetio remoto femineis organis in conspectum productis, residuis tantum duobus intimis foliolis, altero a. integro, altero b. ad basin truncato; augment. IV.  
13. Calyptra cum tuba, eodem augmento exhibita.  
14. Theca cum Calyptra adhuc infidente, pedunculo et vaginula; augmento I.  
15. Eadem, augmento III.  
16. Semina 192<sup>ies</sup> aucta.

## HISTORIA ANALYTICA.

---

**T**RUNCVS huius speciei nunc longior pro suo modulo, f. 1. 2. 3. 4. nunc breuior et diuifus f. 5. existit, firmusque; colore subinde rufo-nigricans.

**RADICVLAS** de basi dimittit diuifas subdiuifasque, primordialibus succedaneas teneriores immistas f. 3. 4. 5. dilutioris coloris.

**FOLIA** trunci sunt breuia, lanceolata, distantia, rigidiuscula, patentia, numerosiora in longiori f. 3. 4. pauciora in breuiori f. 5. trunco.

**FLORES**, seu generationis organa vtriusque sexus e summitate cuiusque trunculi proueniunt; at diuerso numero.

**MASCVLVM** perianthium in vicinia feminei locatum, e foliolis, ab illis trunci parum distinctis, componitur f. 9. Quibus dimotis in conspectum veniunt, folliculi masculi graciles, viridantes; exantlati decolores tenerrimum vasculorum rete proidentes; interpositis nonnullis filamentis parum longioribus subtilissimis, articulatis. f. 9. 10. Flores isti nonnunquam, veluti f. 3. videre licet, congeriem foliolorum trunci mentiuntur.

**FEMINEVM** perichaetium, cacumen trunci occupans, e foliis constat, de basi lata, sensim in longam linearem productionem abeuntibus. Omnem eorum mediam longitudinem fasciculus ductuum notabilis, decrescendo excurrit f. 6. Dilutius elegantiusque in madida plantula virent, quam illa trunci: Ad minimam vero exsiccationem, productionis illius linearis, membranacea latera inuoluuntur, funiculus vero ductuum aliquando retorquetur, f. 7. ut plurimum vero intorquetur, f. 8. sicue iunctim summitem crispam repraesentant. Huius sexus florum aliquando solitarius simplicis trunci f. 3. et diuisionis f. 5. extremitatem occupat; nonnunquam eorum duo, tres f. 4. quatuor et ultra praesto sunt, vnde grossificatis demum thecis istorum summitas glomerata quasi apparet. Sed haec de Perichaetio thecam maturefcentem amiciente. Connubii enim tempore multo minora sunt ista genitalium velamenta et iunctim oblongum capitulum repraesentant, f. 11. intra quod illorum nouem impraegnationem expectant, vnico autem tantum, veluti ex f. 12. patet, concipiente.

Vterculus eius abinde grossescens soluit de thalamo suo mitriforme factum proprium suum tegmen, **CALYPTRA** dictum, quod tubum, cuius beneficio masculam impraegnantem virtutem antea accepit, eidem firmauerat. Exsuccum deinde fit decoloratumque; fissum denique ab alterutro latere per auctam continuo uterculi molem, obliquum in situm cogitur, vide fig. 14. 15. et seorsim f. 13. Diutius sic persistit, tandem vero a frequenti foliolorum perichaetialium intorsione decutitur, tubam neque tunc amittens.

**PEDVNCVLVS**, quo grauida theca sustinetur, rectus breuissimus est, dilute viret, et vaginulam ouatam eleganter virentem suppositam habet; fig. 14 15.

IN THECAM maturam nunc adultus vterculus ouatae figurae, colorem fuscum induit. Summitatem eius occupat rostellum breue obliquum, quod, cum circa basin lineam circumductam habeat, veluti e fig. 15. videre est, \*) operculum repraesentat. Neque tamen ego id vnquam fecedere vidi; quin feminula, more ab Ill. SCHREBERO de Phascis indicato \*\*) aut per foramem, quod in basi thecae fit, dum id ipsum de pedunculo suo decedit, euolare credendum est.

**SEMINVLA** perquam exigua, vitris maxime augeantibus superficiem reticulatam habere videntur. Matura coloris sunt fusci.

Anno 1771. primo hanc speciem Chemnitii Saxonum detexi, locis pinguibus, ad semitas, tenui gramine vestitas. Hic Lipsiae quoque in tumulis coemeterii nosodochialis, in horti apelianii ambulacro arcuato, nec non veteranis talparum cumulis etc. haud infrequens est. Gregatim degit, more plurimarum huius generis specierum. Octobri et Nouembri floret, Iunio infrequentis anni theca matura fit.

\*) Exceptum igitur ab effato Ill. SCHREBERI in Program. de Phasco, quod Lips. 1770. in 4to. prodiit, p. 16. futuram subter apicem specierum huius generis concernente.

\*\*) l. c. p. 20.

*Tabula X.*

## PHASCUM PATENS.

*Phascum patens* foliis lanceolatis, ferratis, patentibus;  
 thecae acumine pellucido.

*Explicatio Tabulae X.*

Fig. 1. 2. Plantulae adultae, naturali magnitudine.

3. 4. Earundem vna, aucta lente I.

5. Alia minor, eodem augmento exhibita.

6. Demum aliud individuum, magis auctum lente II.

7. Calyptra, secundum augmentationem IV.

8. Theca cum suo pedunculo et vaginula, eadem augmentatione.

9. Seminula, ad lentem V. exhibita

HISTORIA ANATOMICA

Taxus...  
 Rabies...  
 F...  
 O...



D. Hedwig del.

J. N. Schimper sculp.

*Physcomitrella patens* B.E.

Table



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS huius speciei, perquam minutus, teneritate fere pellucens, dilute viridulus est, aegrius nudis oculis, veluti tota plantula, discernendus.

**RADICVLAE** ab eius exclusione primum dimissae, aliquando diuiduntur, subdiuidunturque f. 3. succedente per incrementum tomento radiculo f. eadem et f. 4. 5. cunctis tamen subtilissime fulcesciduli coloris.

**FOLIA** trunci, numero quidem pauca, sed ratione magnitudinis plantulae euidens satis habent volumen adeo, vt nonnunquam, veluti in individuo f. 5. exhibito, ipsa illa perianthii feminei seu Perichaetii aequent. Vt plurimum tamen ista latiora et longiora sunt, neque consueto Phascorum more, vel theca matura conniuent, aut saltem eriguntur, sed patentiuscula semper sunt. Omnium figura est lanceolata, margine superiorum euidentius ad vitra augentiora, versus apicem ferrato f. 6. Ductuum fasciculus mediam longitudinem omnium singulorumque percurrit, profundiori virore conspicuus, qui color ob insigniter teneram expansionis membranaceae substantiam, amoenus quidem, sed perquam dilutus est.

**FLOS MASCVLVS** pro more omnium cognitarum specierum huius generis, ex alis foliorum prodit f. 3. 6. mole in integritatis statu tam exili, vt explicationem respuat. *Femineus* cacumen trunci occupat semper solitarius, attamen propter eximiam paruitatem vel totius plantulae dum floret, etiamnum haud extricabilis.

**CALYPTRA** tamen adulescentis thecae fastigium recta contegens f. 3. simillimam aliis muliebrium formam atque constructionem hanc quoque speciem recepisse, in referuata tuba commonstrat. f. 7.

**VAGINVLA**, quae ipsius trunci summam partem constituit, vide f. 5. globosa est, summo margine eleganter rubicundo colore fucato; f. 8. *a.*

**PEDVNCVLVS** huic immerfus, breuis admodum et tener adeo est, vt ad vitra augentiora, vascula intus anastomosantia conspectui offerat, si luci aduertatur vel huius radii, ope suppositi speculi eo reflectantur. fig. 8. *b.*

**THECA** globosa, acumine tenerrimo obtuso pellucente finitur, intra quem quidem laxum reticulum vasculosum, sed ne vestigium quidem vllius lineae circa eius basin circumductae detegere licet; f. 8. *c.* Color eius luteolo viridis, pro modulo maturationis feminum sordescit, commutaturque demum in dilute luteo fuscum. Matura plane, crepando suos fetus aurae ad dislocandum porrigit. Qua pariendi methodo, explanata supra plantulam fusca feminulorum congeries, eandem obscurat ita, vt illius inscius, puncta fusca tantum loco plantularum videre credat.




**SEMINA** itaque matura, pro plantulae modulo maiuscula, fusci sunt coloris; f. 9.

**Socialis** quidem etiam ista est Musci species, neque tamen densis adeo caespitibus; quin saepius dispersa disgregataque reperias indiuidua. Ego eandem hic Lipsiae Anno 1781. prima vice inueni in viis vdis umbrosis syluae Rosenthal dictae, quae nosodochium tenus eandem percurrunt; et saepe quidem istae post pluuiosam tempestatem Maii Iuniique mensis, hoc atque Bryo quodam tenello tunc florente, totae quantae virescunt. Deinde etiam aliis similibus locis versus Zschocher mihi sese obtulit. Thecae Augusto mense maturitate crepant.

Sic igitur **SAPIENTISSIMVM BENIGNISSIMVMQVE NVMEN** etiam eiusmodi luridis inamoenissimisque visis locis, amoenum illum amicabilemque oculis nostris colorem inducere et insimul efficere voluit, vt essent laetum hospitium variorum corporum organicorum minutissimorum, nec non campus oblectamentorum iucundissimorum illis, quorum rationalis hospes corporis sui organici, contemplando hos cuiuscunque molis et profapie testes euidetissimos adorandae **SVMMI CREATORIS** potentiae, sapientiae atque benignitatis, sua sincera delectamenta in summam deuotionem eundem abreptura, inuenire nouit.






HISTORIA

De Herbario

J. C. Schlegel del.





## Tabula XI.

# PHASCVM CURVICOLLVM.

*Phascum curvicollum* foliis perichaetialibus rectis, thecae pedunculo incuruato.

---

### Explicatio Tabulae XI.

Fig. 1. 2. 3. Plantulae, naturali magnitudine exhibitae.

4. Plantula simplex pedunculo parum incuruato, calyptra adhuc residua; secundum augmentum II.
  5. Similis plantula, pedunculo magis incuruato, calyptra residua; ad idem augmentum.
  6. Plantula similis, pedunculo fere recto; theca calyptra orbata; eodem augmento praesentata.
  7. Plantula duplex, altero perichaetio imperfecto; etiam ad augmentum II.
  8. Alia plantula ex una basi evidentius duplex visa, alterius pedunculo semi, alterius parum incuruato; ad idem augmentum.
  9. Folium perichaetiale; augmento IV.
  10. Theca feminalis cum calyptra, pedunculo, vaginula, et folio perichaetiali intimo; augmento IV.
  11. Theca feminalis seorsim, cum particula pedunculi, operculo ex instituto detruso, intra cuius ostium columnula; augmento eodem.
  12. Operculum huius cum transparente continuatione columnulae; quoque ad idem augmentum.
  13. Seminula; ad augmentum IV.
  14. Similia, veluti ad augmentum V. sese representabant.
-

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS plantulae admodum brevis. Tota enim perquam exiguae est staturae, nudo oculo vix, nisi gregatim et maxime thecis feminalibus maturis sese prodens: *simplex*, euidenter ut plurimum *fig. 4. 5. 6.*: nonnunquam *quasi duplex*, *fig. 7. 8.* imo *triplex quadruplexque visus*, ut adeo plantulam duplici, triplici, quadruplici theca instructam mentiatur. Cuius causa, opinor, disseminationis modus, per thecae a pedunculo demum delapsae foramen.

**RADICES** primordiales firmantes pro plantulae modulo longae validiusculae rubellae; *succedanea* tomentum copiosissimum, dilutioris coloris, sistentes.

**FOLIA** *trunci* inferiora brevia ovato-lanceolata, fasciculo vasculoso apicem terminante; *perichaetii* lineari-lanceolata concava, fasciculo communiter apicem excedente, obtuso, *fig. 9.* intima eodem destituta, *fig. 10.*

**VAGINULA** oblonga viridis, margine rutilante.

**PEDUNCULVS** cognitis huius generis speciebus *longior*, *incurvus* ut plurimum, Bryi pulvinati in modum *fig. 4. 5. 7. 10.* rectiorque nonnunquam *fig. 6. 8.* dilute e viridi lutescens.

**CALYPTRA** exigua, pallida *f. 4. 5. 10.*

**THECA** *ovata*, *fusca* maturitate, maculis profundioribus, praepriis ad lentes augentiores, notata, *fig. 10.*

**OPERCULVM** dilutioris coloris, *deorsum fig. 7. 10. retrorsumque fig. 4. 5. 6. 10.* rostellatum. Si unquam, rarissime sponte secedere autumo; nullam enim idem inter thecamque notulam observare potui. Studio autem attentatae, cadebant perforatae ad cohaesionem cum pedunculo, excepta unica illa *fig. 11.* ubi columnulae continuatio intra operculum thecae *fig. 12.* euidens se manifestabat. *fig. 13.*

**SEMINVLA** aquae per aliquot minutula immerfa *f. 13.* proportionate maiuscula, ad exquisitius augmentum, nucleo opaciore viridante, leuissime pedunculata erant, *fig. 14.*

Amicissimus EHRHARTVS, sagax aequae ac subtilis cryptogamicorum quoque vegetabilium scrutator, cespitulum singulari hac specie ditatum, benevole mecum communicavit, in latomia lapidaria derelicta saltus Dauentstenensis 1784. inuentum.

Maior capsulas maturare refert.


Ipsis his diebus, ubi ista conscriberem, idem quoque hic Lipsiae in area inque ipsis depressioribus sabulosis ambulacris horti Apeliani, cum thecis viridibus, Bryo *argenteo* fatis copiose interspersum reperio.



D. Walp. del.

J. A. Vahl sc.

*Ammodon attenuatus* Heilm.



---

 Tabula XII.

## LESKIA ATTENVATA.

*Leskia attenuata*, trunco varie ramificante, ramis apice gracilescen-  
tibus incrassatisque, incurvis: foliis ovato acuminatis  
secundis, thecis erectis.

---

*Hypnum attenuatum* furculis ramosissimis, ramis incurvatis apice gracilescen-  
tibus, foliis secundis ovatis, carinatis obtusis, capsulis erectis cus-  
pidatis. SCHREBER Spicil. p. 100. n. 1073.

*Hypnum trichodes arboreum maius*, cauliculis ramosis DILL. Hist. Musc.  
331. t. 42. fig. 66.

---

## Explicatio Tabulae XII.

Fig. 1. Plantula feminea naturali magnitudine a. ramulis madidis b. ficcis.

A. Ramificatio radicans; aucta Num. I.

2. Particula ramuli cum foliis madore expansis; ad augmentum III.
3. Folium seorsim; augmento I.
4. Flos masculus; augmento III.
5. Folliculus spermaticus eiusdem, cum filamento; augmento eodem.
6. Idem; ad augmentum IV.
7. Flos femineus; augmento III.
8. Genitalia feminea; ad idem augmentum.
9. Vaginula maturae thecae cum particula pedunculi et perichaetio; augmento III.
10. 11. 12. Perichaetii foliolum extimum, medium, intimum, seorsim; itidem augmento III.
13. Vaginula fig. 9. Perichaetio suo orbata; ad idem augmentum.
14. Calyptra, theca nondum plenarie grossificata; ad augmentum III.
15. Calyptra maturescente theca decrusa; augmento III.
16. Theca operculata; ad augmentum II.
17. Theca deoperculata; ad idem augmentum.
18. Particula thecae cum peristomatis externi dentibus 4. interni ciliis 3; augmento IV.
19. Particula interni peristomatis; eodem augmento.
20. Semina; ad augmentum IV.
21. Alia ad augmentum V.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS adultus continuo sese in ramos diuidens; ramificationibus inordinatis cum sursum, tum basin versus tendentibus. Inde illi saepe fasciculati quasi, longius protensi gracilescentes, breuiores incrassati extremitate, incurui, maxime arefacti: isti simplices radicantes vid. *fig. A.* demum nouas ramificationes facientes. Vetusate infima pars trunci calua fit.

**RADICES** e nouellis ramis seu innouationibus, natali loco proximis parallelis, fasciculatim erumpunt, simplices, fuscae *fig. A.*; ceu dissolutos nouae molitae ramificationis ductus repraesentantes: residuis postmodum hinc inde nonnullis, successu ramificatis.

**FOLIA** e basi ouata concaua semi amplexicauli, in angustiore processum acuminatum protenduntur, ad extremitatem breuiorum ramorum praesertim siccitateque alterutrum latus spectantia, *f. 1. a. et f. 3.* crispata *f. 1. b.*; *Fasciculus* ductulorum validus, euanidus prope apicem; reticulus densus. Perichaetialibus, aetate quoque heteromallis, laxis, *f. 9. comp. cum f. 8.* nullus, *f. 4. 7. 9. 10. 11. 12.*; reticulus laxior. Color e luteo viridis.

**FLOS masculus**, gemmiformis, in foliorum ramificationis annotinae, bimaе, aut trimae alis stirpis masculae minus ramosae, torosioris habitus insidet. Folliculi spermatici minuti, succulentis filis aliquantulum breuiores *fig. 4. 5. 6.* *Femineus* etiamnum gemmiformis, genitalibus octo in stirpe feminea *f. 7. 8.*

**VAGINULA** oblonga gibba, infecundis genitalibus filisque succulentis obrita. *f. 13.*

**CALYPTRA** angusta, pallidissima reticulo spirali alterutro latere fissilis. *f. 14. 15.*

**PEDUNCVLVS** tenuis rectus, aetate purpurascens.

**THECA** cylindrica, longiuscula, pallida *fig. 16.*: demum fuscescens *fig. 17.* ad basin arctiori quasi apophysi columnulam erigente instructa.

**OPERCVLVM** cuspe obtuso elongatum. *F. 16.*

**PERISTOMA** duplex. *Externum* dentibus 16. subulatis, erectis transversim interne sulcatis, parum repositilibus, mox reuertentibus, apices intra internum Peristoma recondentes, albidus. *f. 17. 18.* *Internum*, ciliis pro numero dentium, angustioribus, basi tenerrima membranula connexis constatum.

**SEMINA** leuia, rotunda, modicae suo modo magnitudinis, virentia; siccitate fuscilla.

Sylvarum est incola, imos truncos, Carpini *Betuli* praepremis, totos quantos septentrionem versus densa lataque grege contegens; *Leskiae complanatae* saepe comes et maxime in truncis similibus deiectis. Mere masculae plantae aliquando singulari in societate. Copiose reperi *Chemnitii* et ad *Lichtenwalde*, utrobique prope Arcem, vtrumque sexum, hinc et theciferam. Neque infrequens hic Lipsiae in *Rosenthal*, ad *Gonnewitz*, *Raschwitz*, sed rarius cum thecis.

Nominis rationem, et characterem genericum dedi in *fundamentis historiae naturalis muscorum frondosorum* P. II. p. 88. 89.

**DILLENII** Synonymon absque interrogationis signo subiicere nullus dubitauit, quamuis, bene monente Ill. **SCHREBERO** folia Dillenianis non respondeant. Respondet autem eiusdem totius figura perquam bene mere masculis indiuiduis.



*Polytichum nanum* PB.

*[Faint, illegible title text]*

*[Faint, illegible subtitle text]*

*[Faint, illegible text]*



*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*[Faint, illegible text]*

*Tabula XIII.*

**POLYTRICHUM NANUM.**

*Polytrichum nanum* foliis obscure ferratis, theca subrotunda, nutante.

- 
- Polytrichum nanum* capsulis subrotundis galeritis, aloes folio non ferrato.  
 DILL. Hist. Musc. 428. t. 55. f. 6.  
*Mnium polytrichoides* calyptra villosa. LINN. Sp. pl. 1577. 14. α. Syst. Nat.  
 Ed. XIV. p. 947.  
*Muscus capillaceus minor*, calyptra tomentosa. VAILL. Paris. p. 131. t. 26.  
 f. 15: (*minus bona*)  
*Muscus coronatus rigidus minor et humilior*, capitulis villosis brevioribus  
 Moris, III. 630. n. 7. f. 15. t. 7.
- 

*Explicatio Tabulae XIII.*

- Fig. 1. Plantula mascula.  
 2. Plantula feminea cum theca operculo decusso; naturali magnitudine.  
 3. 4. Eaedem; auctae lente I.  
 5. Folium proximum masculino flori, seorsim augmento I. exhibitum.  
 6. 7. 8. Perigonii masculi foliola interiora, gradatim versus centrum sibi succedentia; ad augmentum IV.  
 9. Foliolum eiusdem intimum; eodem augmento.  
 10. Folium trunci inferius; ad augmentum I.  
 11. Folium perigonii feminei exterius. } augmento I.  
 12. Folium eiusdem interius. }  
 \*\* Extrema particula folii, a latere visa; ad augmentum IV.  
 13. Summitas trunculi masculi cum folliculis spermaticis; ad augmentum III.  
 14. Folliculi spermatici bini cum filamentis succulentis; eodem augmento.  
 15. Theca feminalis, calyptra filamentosoque adparatu tecta; aucta lente I.  
 16. Calyptra, filamentoso adparatu maxima pro parte denudata; ad augmentum III.  
 17. Theca feminalis operculata, apice deorsum; 17.\* similis, apice sursum spectante; utraque augmento I.  
 18. Operculum seorsim; eodem augmento.  
 19. Particula thecae cum peristomate; secundum augmentum IV.  
 20. Seminula; ad augmentum IV. et  
 21. Similia, ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS est brevis simplex, dilute viridis; aetate plus minus profunde ruber; inferne saepe nudus aut paucis foliolis tectus.

**RADICVLAE** tenerrimae, fuscellae; valentiores coloratioresque primordiales, ceu coma contegunt.

**FOLIA** infima breuia integerrima *fig. 10.* remotiora; adscendendo aucta mole confertiora fiunt; patentiora in mascula planta magisque acuminata *f. 3. 5.* ac in feminea; vtrisque tamen e latiori membranacea pellucente basi, linearilanceolata, inde carnosa concava apiceque lenissime denticulata *f. 11. et f. 11. \*\** fasciculus tractus notabilis est, saepe ad extremitatem dorso prominente, denticulatus *f. 11. \*\** senioque rufescit.

**FLOS masculus** rosula *f. 3.* e foliolis plurimis tenerrime membranaceis, reticulatis, apiculatis varia figura, versus centrum continuo decrefcentibus *f. 6. 7. 8. 9.* composita, quae fasciculus tenuis rutilans percurrit ad apicem in clauam amoene rubram extensus. Procul dubio e redundantia succi, etiam in viciniam transfusi; quandoquidem extremitas circumfusa lutescit.

Inter horum foliorum series folliculi locantur spermatici, cylindrici, filis tenerrimis succulentis articulatis, longioribus interpositis: *f. 13. 14.*

*Femineus flos* similis sequentis speciei.

**VAGINULA** fere globosa, ramentis filorum succulentorum, cum calyptra elatorum, obfita.

**CALYPTRA** tenuis straminea reticulato vasculosa, lateraliter ab intrassescente theca rupta, farragine filorum succulentorum *f. 15.* articularum, apici adglutinatorum *f. 16.* obfita.

**PEDUNCVLVS** nunc magis, nunc minus longus, inferne ruber, dein diluor, erectus, ad extremitatem modice incuruus tortilisque *f. 4. 17.*

**THECA** subrotunda, operculata, demto rostello, ouata *f. 17.* incuruata pedunculi extremitate nutans, dilute a transparentibus feminulis virens, demum fuscilla, margine aperturæ eleganter rubro; desuper coarctabilis euacuata. Apophysis plane nulla.

**OPERCVLVM** concavum tenue rostellatum *f. 18.* rostellum nunc deorsum *f. 17.* nunc sursum *f. 17. \** directo, diluorioris coloris.

**PERISTOMA** vnus ordinis e dentibus 32. linearibus arcuatis, basi connexis, erigitur. Linea eorum media elegantissime in recente rubet, circum circa margine albo, argentei splendoris, cineta, *f. 19.*

**EPIPHRAGMA** membranula tenerrima albicans constituit, dentium apicibus adglutinatum.

**SEMINA** rotunda, maiuscula virentia, *f. 20. 21.*


Solum amat limosum. Ericetorum incola, et horum praeprimis sicciora praecepta loca, ad vias cauas, serobesque. Ad *Burgstädt* prope Chemnitium in Saxonia copiosissime, Chemnitii retro arcem, Lipsiae in pineto Lindenthalensi, et ad serobes montis Bienitz passim reperi.

Ineunte Vere, opercula vna cum calyptra dimittit. Floret Maio, Iunio.



D. Harvey del.

*Pogonatum aloides* P.B.



---

*Tabula XIV.*

**POLYTRICHUM ALOIDES**

*Polytrichum aloides*, foliis versus apicem euidenter ferrulatis,  
 theca cylindrica obliquata

---

*Polytrichum aloes* folio ferrato, capsulis oblongis DILL. Musc. 429. t. 55. f. 7.  
*Mnium polytrichoides*. LINN. Sp. pl. 1577 β.  
*Adiantum aureum* medium in ericetis proueniens VAILL. Paris. p. 131. t. 29. f. 11.

---

*Explicatio Tabulae XIV.*

- Fig. 1. Plantula mascula et  
 2. plantula feminea thecifera deoperculata naturali magnitudine,  
 3. 4. Eaedem, ad augm. I.  
 5. Folium trunci medium. } augmento I.  
 6. Folium Perichaetii }  
 7. Flos masculus, cum summitate sui trunculi denudataque extima folliculorum spermat-  
 icorum serie; ad augmentum IV.  
 8. Foliolum ex his intimum, eodem augmento.  
 9. Folliculi spermatici duo seorsim, cum filamentis suis succulentis; alter fecundante ma-  
 teria refertus, euacuatus illa alter.  
 10. Genitalia feminea, contegumentis omnibus, praeter filamenta succulenta in calyptrae  
 comam abeuntia, remotis, cum summa trunculi sui parte; augmento IV.  
 11. Theca, cum particula pedunculi, calyptra iuba filamentosa tecta; augmento I.  
 12. Calyptra seorsim, filamentoso suo apparatu tota ab infra orbata; eodem augmento.  
 13. Operculum seorsim; ad augmentum I.  
 14. Seminula augmento IV. et  
 15. augmento V. repraesentata.
-



*POLYTRICHUM ALOIDES.*  
**HISTORIA ANALYTICA.**

---

**T**RUNCVS simplex est ut plurimum; nonnunquam bi-rarissime trifidus \*) procerior semper *P. nani*, erectus, aetate plus minus profunde rubrum colorem induens.

**RADICVLAE** praecedentis speciei; primordiales tamen aliquanto validiores.

**FOLIA** inferiora minima, sparsa, integerrima; media aequaliter *f. 5.* summa seu perichaetalia e lata membranacea basi *f. 6.* lineari lanceolata, carinosa, carinata, ad apicem acute serrata; conferta, laxiora quam praecedentis *f. 3. 4:* fasciculo notabili colorato praedita.

**FLOS masculus** in distincta plantula, rosulam in summitate refert *f. 3.* foliolis tenerrimis membranaceis, latiusculis, concavis concentricè decrefcentibus apiculatis *f. 7. 8.* superne eleganter luteo-rutilante colore tinctis, fasciculo ad apicem in clauae formam purpura perfusam dilatato, extructam. Intra quemque ordinem foliolorum, numerosa congeries folliculorum spermaticorum cylindricorum, filamentis succulentis stipata latet. *f. 7. 9.*

**Femineus flos** alterius sexus plantulae etiamnum e summitate, genitalia duodecim, numerosissimis filamentis succosis tenerrimis circumfusa \*\*) habet, *f. 10.*

**VAGINULA** longa, conoidea.

**PEDUNCVLVS** e purpurea basi dilutior, rectus, tortilis.

**CALYPTRA** e viridi straminea paruula *f. 12.*, villo filamentoso, longo, apici adglutinato, tota thecaque *f. 11.* tecta.

**THECA** ex apophysi angusta, cylindrica procedit, primum erecta, demum tantillum obliquata, coarctabilis sub apertura: pallide viridis feminibus referta, fusco albicans euacuata *f. 4.* marginali ad aperturam linea rubra.

**OPERCVLVM** rostellatum; rostellò conoide, apice inferiora versus spectante breuiore praecedenti *f. 13.*

**PERISTOMA** et **EPIPHRAGMA** plane praecedentis.

**SEMINVLA** etiamnum, ut praecedentis speciei, viridia; sed minora *f. 14., 15.*

Isthaec species quoque argilloso solo pasci similiaque verticaliter praerupta ericetorum loca, ut viae cauae scrobesque sunt, inhabitare amat, vitam

vt

\*) Possideo in collectione mea praeter exemplaria mascula, e centro floris, vulgari Polytrichis more, innouata, etiam alia duabus e summitate innouationibus et feminea bis terque diuisa.

\*\*) Ista filamenta subinde apici Calyptrae adglutinantur vnaque sursum vehuntur, omnem Calyptram contegentia, aliquando, praepimis in Polytricho vulgari pro ipsa eadem habita.

vt videtur, praecedenti longaeuiorem agens. Circa Chemnitium frequentius illa reperitur, e. g. ad viam cauam saltus *Zeisigwald*, quae ab occidente ad scaturiginem, *Goldbrunnen* dictam, ducit, adue semitas circa *Ertenschlag* &c. Lipsiae quoque ad fossam *Montis Bienitz* semitae adiacentem, quae a pago *Cundorf* eo trita est.

Floret Maio: Martio communiter, sed aliquando etiam multo serius, Iulio nimirum mense opercula depellit.

DILLENIVS, VAILLANTIVS, HALLERVS, hunc et praecedentem muscum frondosum vt specie distinctos proposuerunt. Sic et CL. NECKERVS; at perperam ob plantularum disciferarum defectum. LINNAEO autem placuerat nostrum polytrichum *aloides, nano*, vt varietatem, accensere sub genere *Mnii, polytrichoides* dicti: cui sententiae ad vnum omnes eius successores subscripsere. Hinc forsitan confusio synonymorum, quam apud aliquos floristas animaduerto. Consultum inde duxi, vtriusque analysis exactiorem sistere, quo aequi huius commatis iudices certius nunc discernere possint; num, maxime propter constanter thecae differentem figuram, basin, directionem, feminumque magnitudinem, veluti nobis visum est, ab inuicem specie distinguendus, aut Linnaei ad normam alter alterius pro varietate in posterum habendus sit vterque iste muscus?



## Tabula XV.


## POLYTRICHUM HERCYNICUM.

*Polytrichum hercynicum* theca erecta vrceolata, calyptra interrupte pilosa.


*Catharinaea hercynica* EHRHART.

*Explicatio Tabulae XV.*

- Fig. 1. Plantulae masculae } naturali magnitudine.  
 2. Plantulae femineae }  
 3. Intermedia e masculis; aucta lente I.  
 4. Feminea, cum theca operculata; ad idem augmentum.  
 5. Folium inferius }  
 6. Folium intermedium } ad augmentum III.  
 7. Folium perichaetiale }  
 8. Summa particula plantulae masculae, foliolis suis, extimisque perigonialibus decerp-  
 tis; ad augmentum III.  
 9. Vnum de extimis foliis perigonii masculi }  
 10. — de mediis — — } eodem augmento.  
 11. — de intimis — — }  
 12. Folliculi spermatici masculi, cum suis clavis succulentis dissimillimis; ad augment. IV.  
 13. Vaginula, cum pedunculi particula tenerrimis filamentis ad basin residuis, in trunci  
 summitate foliis denudata; ad augmentum III.  
 14. Calyptra mediae aetatis secundum idem augmentum.  
 15. Operculum seorsim; augmento I.  
 16. Theca matura operculo detruso, euacuata, cum pedunculi particula; ad augment. III  
 17. Semina; secundum augmentum IV.  
 18. Eadem; ad augmentum V.



*Oligostichum bergianum* D.C.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ut plurimum simplex est; masculus tamen, cum e latere *fig. 3.* tum e centro floris, *fig. 1.* (*tertius furculus*) innouans; rubicundi coloris: ille femineo procerior. *fig. 1. 2. 3. 4.*

**RADICVLARVM** cum primordialium haud adeo validarum, tum succedanearum comam ex infima basi emitit. *fig. 3. 4.*

**FOLIA** e basi latiore membranacea, linearia carnosia fiunt: infima in-  
novationumque *fig. 3.* breuissima, remotiora, ascendendo longitudine et  
numero aucta, concaua, incurua, apice fornicato, nonnullis margine serrato  
*fig. 7.*; madore hiantia, adpressa siccitate. Fasciculus ductulorum mediam  
longitudinem percurrens validus, *fig. 5. 6.* in summis femellarum iisque pro-  
ximis nonnunquam folii limites fere exsuperantem apicem notabilem, dorso ad  
maiora augmenta eleuato, denticulato promouet. Aetas eundem fusco ruti-  
lante colore inducit.

**FLOS masculus** rosula *fig. 3.* e foliolis membranaceis luteo rutilantibus,  
e varia figura apiculatis eleganter reticulatis, fasciculo valido profundioris  
ad apicem \*) rubicundi coloris, concentricè decrefcentibus, *fig. 9. 10. 11.*  
exstructa.

Cuique horum foliolorum ordini interest series folliculorum spermatico-  
rum cylindricorum corpusculis succulentis clauatis, similis *Polytrichi com-*  
*munis* constructionis interpositis *fig. 8.*: clauata tamen extremitate maxime varia  
*fig. 12.*

*Femineum florem* inter specimina accepta non reperi.

**VAGINULA** oblonga fere cylindrica, filamentis tenerrimis articula-  
tis cincta *fig. 13.*

**CALYPTRA** cylindrica basi magis calua, inde filamentis articulatis,  
inferioribus longioribus rarioribus; intermediis paulo breuioribus; summis  
confertissimis breuissimis, styli rudinentum cingentibus; cunctis apice liberis,  
pilosa est, *fig. 14.*

**PEDVNCVLVS** thecae, vnus perichaetii quandoque duplex deprehen-  
ditur; septies vel octies trunculo longior: aetate e basi rubicunda in dilutissime  
rutilantem colorem transcendit *fig. 4. 17.* tortilis *fig. 16. d.*

L 2

OPER-

\*) In nonnullis horum foliorum hunc apicem simili uti in praecedentibus ratione, clauae in  
modum tumentem, impellucidum, reperi *fig. 8.* \*. Cum tamen nonnullis solummodo data,  
atque quasi granulosa esset, forte spurciciem tantum ab exuberante exsudato ibi succo colle-  
ctam subesse existimaui.

42 *POLTRICHUM HERCYNICUM. TAB. XV.*

**OPERCULUM** conicum fuscum, apice obtuso pellucente *fig. 4.* et  
seorsim *fig. 15.*

**THECA** erecta cylindrica, vrceolata *fig. 4.*, demum sub apertura  
contracta *f. 16.*; viridula seminibus referta, euacuata fusca.

**PERISTOMA** ordine simplici e dentibus 32. breuibus acutis, albis  
basi connexis constat, quorum mediam longitudinem tenerrima lineola fusca  
percurrit. Epiphragma horum apicibus prehensum.

**SEMINULA** ratione plantae, minuta, rotunda, leuia, virentia,  
*f. 17. 18.*

Elegantem hanc speciem quoque amicissimo **EHRHARTO** debeo, qui  
eam praesertim ad *Rehberg* Hercyniae, inter *Andreasberg* et pontem Viadri-  
nam 1780. prima vice detexit.

Thecam circa Iulium mensem maturat.



D. Harvey del.

Botan. J.

*Otuchium undulatum* P.B.








*Atrichum undulatum* P. B.

1792. 1. 1.



---

*Tabula XVI. XVII.*

**POLYTRICHUM VNDVLATVM.**

*Polytrichum undulatum* foliis lanceolatis, ferratis, undulatis, patentibus; calyptra ad apicem paraphysiphora, theca cylindrica cernua.

---

*Bryum phyllitidis* folio rugoso, acuto, capsulis incuruis DILL. Hist. Musc. 360. t. 46. f. 18.

*Bryum undulatum* antheris erectiusculis, pedunculis subsolitariis, foliis lanceolatis, carinatis, undulatis patentibus, ferratis LINN. Sp. pl. 1582. 10. Syst. Nat. p. 948.

*Muscus erectus*, *Linariae folio*, maior. VAILL. Paris. 131. t. 26. f. 17.

*Varietas β.*

*Polytrichum undulatum minus*, thecis foliisque erectioribus.

*Bryum Juniperi* foliis rugosis, capsulis rectoribus DILL. Hist. Musc. 362. t. 46. f. 19?

---

*Explicatio Tabulae XVI.*

- Fig. 1. Plantula mascula simplex.  
 2. Plantula mascula e centro floris continuata.  
 3. Plantula feminea cum innouatione e primordiali radice; cuncta naturali magnitudine.  
 4. Plantula fig. 1. }  
 5. Plantula fig. 2. } ad augmentum I.  
 6. Plantula fig. 3. }  
 7. Folium seorsum }  
 8. Folliculi spermatici cum filamentis succulentis; ad augmentum IV.  
 9. Feminea genitalia cum summa trunci particula, alterius genitalis stigmate nunc aperto, a. reliquorum duorum b. c. adhuc clauso; ad augmentum IV.

*Tab. XVII.*

10. Fructus rudimentum e summis foliis fig. 6. emicans, hic denudatum, summitati trunci insistens, duobus genitalibus vtrinque ad basin residuis, masculam genitaliam non expertis; secundum augmentum III.  
 11. Theca feminalis, operculata calyptrataque, maturitati proxima cum pedunculi aliqua parte; ad augmentum I.  
 12. Thecae particula cum Peristomate; augmento III.  
 \* Semina, ad augmentum IV. \*\* eadem ad augmentum V.  
 13. Plantula mascula. }  
 14. Plantula feminea. } var. β; naturali magnitudine.  
 15. Plantula num. 13. ad augmentum I.  
 16. Folliculi spermatici; augmento IV.  
 17. Plantula num. 14. ad augmentum I. exhibita.  
 18. Theca calyptrata operculataque cum pedunculi particula var. β. ad augmentum I.  
 19. Semina ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex vtplurimum, nunc e basi limo tecta nouas propa-  
gines, turionum ab initio speciem habentes, f. 3. 6. agit, nunc debitam  
proceritatem indeptus, floris loco, in duas partes diuisus, atque subinde se-  
quente anno ab alterutra aut vtraque extremitate floret. Porro vel mere  
femineus est, vel masculus, distincti indiuidui; masculo interim aliquando ex  
innouatione centrali sui floris in femineum immutato \*) Subterraneus rutilat,  
abinde rufus folliis nudus, sensim ascendendo dilutior fit. f. 6.

**RADICVLAE** e primordialis in subterraneum truncum immutatis  
emissae numerosissimae fuscillae ab alibili solo vix sepabiles; aliae e trunci parte  
supra terrae superficiem erumpentes, rariores profundius coloratae sunt.

**FOLIA** ad medium truncum minora, adpressiora, rariora; inde multo  
longiora crebrioraque ascendendo, lanceolata, serrata, carinata, recurua,  
transversim vndata, fasciculo ductuum notabili pallidiore folii pagina pro-  
funde virentis, f. 6. 7.

**FLOS masculus** in summitate trunci disciformis, foliis perigonalibus  
extimis maximis recuruis, interspersis perquam numerosis folliculis sper-  
maticis filisque succulentis ante explosionem breuioribus f. 8, subin longio-  
ribus, minutulis f. 4. Absoluta impraegnatione e centro surgit continuatio,  
Polytrichi communis reliquorumque in modum, f. 5. *Femineus* etiamnum  
e summitate trunci simplicis vel eius diuisionum intra perigonium e maximis  
foliis demum decrecentibus, oriundus; tribus, rarissime quatuor genitalibus filis-  
que succulentis articulatis breuibis ditatur. f. 9. Frequentissime vnicum tantum  
genitalium, nonnunquam duo, rarius tria, quatuor rarissime impraegnata  
reperiuntur; vnde

**PEDUNCVLVS** vnus eiusdemque subinde perichaetii solitarius, ge-  
mellus tri-quadrimeusque, erectus, rubellus, modice longus, rigidulus,  
vasculis, ad parum augmenta vitra, spiritaliter ductis f. 11. reperitur.

**VAGINULA** pyramidata, nuda, ora arte pedunculo adhaeret.

**CALYPTRA**, mediae aetatis cylindrica, circa summitatem breuissimis  
processibus muricata, f. 10. 11. lateraliter vel a superiori vel inferiori parte  
demum finditur.

**OPERCVLVM** conuexum eleganter rubet productionemque tenuem,  
longam, deorsum vel sursum f. 11. directam, emittit, dilutioris coloris.

**THECA SEMINALIS** cylindrica, magis f. 11. minusque cernua,  
e luteolo viridi in fuscum commutabilis, ad aperturae marginem profundius co-  
loratur; Vasculorum autem ductu sulcato obliquo f. 10. 11. gaudet.

PERI-

\*) Euidenti certe indicio, vegetabil, vtpote cuius nouae generationi, nona huic negotio ad-  
aptata organa e communi ductuam penu paranti, perinde esse, num mascula aut feminea sece-  
rit. Qua de causa omnino perquam laborabunt aliquando Classes XXI. XXII. XXIII.  
LINNÆI systematis.

**PERISTOMA** simplex e dentibus 32. angustis, dilute fuscis, linea alba marginatis, basi coalitis exstructum est *f. 11.*

**EPIPHRAGMA** membranula tenuis plicatilis imperforata, apici dentium adglutinata *fig. eadem* constituit.

**SEMINA** intro sunt viridia, modice magna, *f. \* et \*\** Papaueris in modum per interstitia dentium sicca tempestate euadentia.

In syluis, pomariis, virgultis e limoso solo nutritis, frequens numerosa ut plurimum grege, nonnunquam etiam indiuiduum solitarium reperitur. Iulio et initio Augusti floret, vere opercula deiicit.

*Bryum iuniperi* fol. **DILLENII** ut varietatem huic subiicere eo minus dubitauimus, quo magis plantulae Chemnitii saxorum in agro aprico decliui vdo syluae *Zeisigwald*, quotannis copiose vna cum *Mnio annotino* LINN. prouenire olim vidi, qui viam publicam Freybergensem inter et semitam ad lapidicinam senatus ducentem situs est, (de quibus *Tab. XVII. f. 15. et 17.* vnitam exhibuimus,) et iconi et descriptioni *Cel. Viri* respondent, et quo euidentius discrepet quidem ab antecedente quibusdam momentis, neque tamen vere specie. Sunt autem illa

**TRUNCVS** perpetuo simplex, minor, radículas supra terram non emittens.

**RADIX** primordialis latius diffusa, ramosior, villis lateralibus carens *f. 17.*

**FOLIA** masculae plantulae ad cordatam figuram accedentia folliculis spermaticis minoribus *f. 16*: feminae semper erecta *f. 17.*

**THECA** multo gracilior minus cernua, vasculis, veluti etiam pedunculi, recta excurrentibus *f. 17. 18.*

**SEMINA** etiamnum minora *f. 19.*

Iulio opercula decutit.

## Tabula XVIII.

## LEERSIA VULGARIS.

*Leersia vulgaris* calyptra laxa conica aequali, vaginulae membranula pileiformi.

- Bryum calyptra extintorii figura minus DILL. Hist. Musc. 350. t. 45. f. 8.  
 Bryum extintorium anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus  
 LINN. Spec. 1581. 5. Syst. Nat. 948. 8.  
 Bryum caule brevissimo, calyptra cylindrica longe aristata. HALL. Hist. III. p. 48.  
 n. 1829.  
 Muscus capillaceus minimus, calyptra longa conoide nitida VAILL. par. 137.  
 t. 26. f. 1.  
 Muscus coronatus humilis tenuifolius, pileolo magno acuto infra aperto, extintorium referente Moris. Hist. 3. p. 630. f. 15. t. 7. f. 12.

## Explicatio Tabulae XVIII.

- Fig. 1. Cespitulus nonnullis plantulis onustus; naturali magnitudine.  
 2. Plantula iuuenca nondum fecunda; augmento I.  
 3. Plantula prima vice fertilis; ad augmentum I.  
 4. Alia procerior, altera vice fertilis interque maturationem thecae, continuationem sui denuo florentem agens; ad simile augmentum.  
 5. 6. Folia; ad idem augmentum.  
 7. Summitas trunculi conuerti, florem parans; ad augmentum IV.  
 8. Plantula foliis vsque eo orbata, vt masculus flos nudus sisteretur; augmento I.  
 9. Flos masculus antecedentis figurae seorsum; ad augmentum IV.  
 10. Folliculi spermatici inde exenti cum suis filamentis succulentis; ad idem augmentum.  
 11. Plantula, quae prima vice impregnationem celebrauit, foliis ad unum alterumque detritis, calyptra inflata adue solutionem de sua basi prona, residuo adhuc stylo de superque sterilibus genitalibus femineis; ad augmentum III.  
 12. Truncus nudus similis plantulae cum vaginula de sui summitate elongata, superflite vnico genitali femineo relictaque pedunculi particula, quam subter membranula illius in pileoli formam ampliata deorsumque reposita visitur; augmento III.  
 13. Trunculi summitas, vaginula, pedunculus; theca feminalis operculata et calyptrata; ad augmentum I.  
 14. Semina ad augmentum IV. V.



D. Houtvogel del.

*Eucalyptus vulgaris* Hedw.





Faint, illegible text from a manuscript, possibly describing botanical specimens or their uses. The text is arranged in horizontal lines across the page.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis brevis, simplex, rectus *f.* 3. 8; fructificatione absoluta propaginem ad summitatem unam *f.* 4. alteramque agit, illo paulo longiorem: cunctis superficie rufis.

**RADICES** primordiales simplices, longae, radiculosae *f.* 2. abinde calvae fiunt, succedente e trunci basi *f.* 3. 4. n. nec non ex eius propagine inter folia marcida *f.* 8. coma radiculosa.

**FOLIA** spatulato lanceolata *f.* 5. 6. saepius de producta extremitate fasciculi ductulosi apiculata, conferta truncum vndique tegunt. Superiora amoene, sicciscentia e luteolo virent, et ad basin reticulo laxiore mere membranaceo eleganter rufescente, abinde denso parenchymatico, ad augmenta maiora tantum visibili instruuntur: inferiora autem decolorantur. Ductuum fasciculus prouectorum rutilans fit. *f.* 3. 4. 8.

**MASCVLVS FLOS** gemmiformis in foliorum summorum alis, *f.* 8.  $\alpha$ , e foliolis tenerrimis ductulorum fasciculo destitutis exstructus *f.* 9. folliculos spermaticos continet VIII-X, filamentis succosis articulatis, aequalibus, longioribus stipatos. *f.* 10.

*Femineus flos* similis fere sequentis speciei e summitate trunci primordialis *f.* 8.  $\beta$  vel subsecutiui *f.* 4. prodit, at genitalibus nouem ad decem instruitur. \*)

Vterque autem instante connubio adeo sibi approximati deprehenduntur, et masculorum folliculorum adeo tenera, femineorum minutula adeo genitalium contegumenta foliosa sunt, vt incauto tunc facile persuadeant, mere masculum florem summitati infedere iuncta inchoante trunculi noua continuatione. Videtis *f.* 7. *a.* masculum florem, *b.* feminea genitalia abscondita, disquisita sub finem mensis Ianuarii.

**CALYPTRA** companulato-acuminata, teres, apertura aequali gaudet. Primo enim post impraegnationem absolutam stadio intumescere incipit et perpetim, humore intra collecto, inferiora versus expanditur in phialae formam, cuius per ventrem transparet pedunculi particula, dum armato oculo conspecta lumen a speculo accipit. Hinc sterilia relicta genitalia sequiora, filamentaque succulenta depressa ac dimota visuntur, *f.* 11. Rumpitur tandem; sed remotius a vaginula, margine tantillum inaequali ad maiora augmenta. Fit abinde oblonga cum imposito acumine, cuspidem operculi continente. Neque tamen veluti illa *Gymnostomi pyriformis* et *Kölreuteræ hygrometricæ*, in plicas contrahitur, quin firmula expansa manet. Color Calyptrae dilute luteus; cuspidis in profundiorum fuscillum vergit.

**VAGINULA** cylindrum pileatum refert *f.* 12. 13. Residuum enim Calyptrae a ruptura repositum, ceu laxum tegmentum membranaceum eiusdem summitati insidet.

**PEDVNCVLVS** rectus aut tantillum flexus rubicundus: nunquam duplex a me repertus.

**THECA** ad maturitatem cylindrica, viridis, demum rutilans, *f.* 13. Linea ad oram eleganter rubens, vel per Calyptram transparet.

OPER-

\*) Vid. nostram Theoriam generationis et fructificationis plantarum cryptoganicarum. Petropoli 1784. in 4. Tab. VIII. *f.* 8.

LEERSIA VULGARIS. TAB. XVIII.

OPERCULUM *concauum, longe rectaque rostellatum. f. ead.* Vtraque pars valde tenuis; illa ad maxima augmenta eleganter reticulata.

PERISTOMA *simplex e dentibus 16. albis tenerrimis constat;* sed raro, nec nisi armato oculo conspici potest. Cum enim calyptra thecam longitudine excedat, eiusque acumen rostellum operculi comprehendat; longe diutius, quam reliquis in muscis frondosis, vel operculo iam a matura theca soluto, persistit, solummodo fere ventorum vi sicca tempestate deturbanda. Quare exsiccati tenerrimi peristomatis denticuli simul abripiuntur, fugacissimi.


SEMINA sunt exigua virentia, siccitate in fuscum colorem vergentia, f. 14.

Incunte vere floret. Thecas Maii initio maturat. Non annua, ut DILLENIO visum est, sed perenni e continuatione vitur vita etiam ista species, vulgaris admodum in parietibus nostris e limo exstructis, nonnunquam etiam super muros vetustos imo ipsa terra sabulosa inueniunda dignoscendaque adeo euidenter, ut perperam hic enucleasse estimes, nisi proxima id exegisset.



B. Reddy del.

*Smilax ciliata* Hf.



---

*Tabula XIX.*

**LEERSIA CILIATA.**

*Leersia ciliata* calyptra laxa conica, ora laciniata, vaginulae membranula cylindrica.

*Bryum calyptra extingtorii* figura maius et ramosum DILL. Hist. Musc. 350. t. 45. f. 9.

*Bryum extingtorium* LINN. Spec. 1581. 5. var.  $\beta$ .

*Bryum caule folioso calyptra cylindrica ciliata longe aristata* HALL. Hist. T. III. n. 1828.

---

*Explicatio Tabulae XIX.*

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine; simplex ramosaque.  
 2. Illa aucta; lente I.  
 3. 4. Folia seorsim; eodem augmento.  
 5. Plantula simplicissima ad florem masculum usque foliis denudata; naturali magnitudine.  
 6. Eadem secundum augmentum II.  
     a. Flos masculus.  
 7. Ille seorsim; ad augmentum IV.  
 8. Duo folliculi spermatici cum filamentis succulentis; ad idem augmentum.  
 9. Genitalia feminea cum filamentis succulentis de summitate fig. 6. exenta; impraegnato tantisper iam grossificato; ad augmentum IV.  
 10. Particula de ora calyptrae cum suis laciniis; augmento IV.  
 11. Vaginula cum trunculi et pedunculi particula; ad augmentum III.  
 12. Theca operculata; aucta numero I.  
 13. Theca deoperculata; aucta numero III.  
 14. Peristomatis denticuli tres seorsim; ad augmentum IV.  
 15. Operculum seorsim; augmento III.  
 16. Seminula; aucta numero IV.  
 17. Duo horum; secundum augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS *primordialis simplex* est. Quamprimum vero pedunculus elongari desinit, proxime ad perichaetium prodit una, altera, tertiaque eius continuatio, dum theca maturitatem indipiscitur florens.

RADICES *bases primordiales simplices f. 6. dein ramosae radiculosae*; subsequente coma truncique inter folia ad perichaetium usque, tenerrima radicante *f. 2. 6.* Peracto omni officio, truncus primitivus cum perire videtur, continuationes sui nunc aliquas validiores radículas promouent.

FOLIA *spatulato acuminata f. 3. 4. inferiora imbricata, superiora laxiora* sunt: praepimis exteriora perichaetialia quorum intima demum sunt minutissima. Amoenius virent diutiusque suum colorem retinent, quam praecedentis speciei.\* Per mediam longitudinem fasciculus ductuum euidens, sed minus rubens excurrit.

FLOS *masculus pone summitatem in foliorum alis gemmiformis f. 6. a* Perigonialia eius foliola ad maiora augmenta eleganter reticulata, *f. 7.* fasciculo ductulorum tenerrimo instructa, recondunt folliculos spermaticos numerosos, et filamenta succulenta articulata multo longiora, ad summitatem articulato clauata *f. 8.* Floris sequioris genitalia sex, filis tenerrimis articulatis sunt stipata *f. 9.*

CALYPTRA *campanulata, acuminata, ora contractiore, quam praecedentis speciei, fimbriataque procellibus lanceolatis, f. 2. e* productionibus articulatis compositis, diuersis fere a substantia ipsius Calyptrae *f. 10.* Arcuatim abinde oriuntur, hinc linea opacior ad eorum confinia *f. 2.* minoribus augmentis conspecta.

VAGINULA *oblonga, altero latere ventricosior, altero contractior, hinc quasi cernua est, et senio e fusco rutilantem colorem acquirit. Eius membranula longa cylindrica* primo pallida, pellucens, matura theca obscuriorem ipsa vaginula colorem contrahit: *f. 11.*

PEDUNCVLVS *longior, gracilis, dilute e luteo viridis f. 2:* theca matura *rutilans tortilis fit f. 13.* Duplex nonnunquam e duplici vaginula vnus eiusdemque Perichaetii oriundus.

THECA *cylindrica, recta, versus oram aliquanto contractior, viridans f. 12; matura fusca euadit f. 13.*

OPERCVLVM *valde tenue est, longe producto mucrone albido instructum; qui ad maiora augmenta nunc minus nunc magis obtusus visitur, et lata concava basis vasculoso reticulata f. 15.*

PERISTOMA *simplex dentibus 16. albicantibus instructum est, senio fuscis; lineis transuersalibus opacioribus notatis f. 13. et magis auclis f. 14.* Decusso operculo eriguntur tantum, non reflectuntur.

SEMINA *polliniformia fuscescentia. f. 17.* ad lentem maxime augmentem speculi radiis in eadem reflexis, arcis orbiculatis reticulata adparent; his vero ablati, superficie tantum inaequali quasi pustulata *f. 17.* in conspectum venit.

Etiam

\* Decolorantur tamen etiam denique folia trunci senescentis, cespiti immersa, ad apicem quasi adusta adparentia.

Etiam gregariam perennemque degit vitam ista species. Ego eandem semper ad faxa, cum arcis *Lichtenwalde*, tum vicina illa fornacibus calcariis pagi Rotlufensis penes Chemnitium in Saxonia, reperi.

Iunii initio floret; Iulio thecas maturat.

Placuerat optimo LINNAEO hunc muscum frondosum praecedenti ut varietatem subiicere. Quod consilium omnes abinde, excepto egregio HALLERO, ratihabuerunt ii, qui huius quoque familiae ciues vel solummodo enumerare, vel concisa etiam descriptione adornare dignati sunt. Exactior vero utriusque disquisitio hic a me ante oculos posita et fusius paulo in testimonium veri proposita, quemque, opinor, docebit euidentissime, omnino ratione utriusque huius musci frondosi, e Dillenii Hallerique partibus standum atque statuendum esse, vere specie a se inuicem discrepare. Euidenti sane in simul testimonio, in eruendis characteribus essentialibus distinctiuis minorum corporum naturalium, neutiquam, veluti aliqui magni nominis botanici adhuc dum contendunt, sufficere nudos oculos, quin armatos laboriosioreque disquisitionem, relictis omnibus praeiudiciis, exigere veritatem, stabilitam ab ipsa  
ALMA NATVRA.





## Tabula XX.


## BRYVM DELICATVLVM.

*Bryum delicatum* foliolis lanceolatis, remotis, tenerrimis;  
 thecis ouatis pendulis; operculo obtuso.

## Explicatio Tabulae XX.

- Fig. 1. Plantula mascula in flore constituta }  
 2. Plantula feminea nunc deflorata } naturali magnitudine.  
 3. Plantula feminea maturationi proxima }  
 4. Plantula mascula fig. 1. }  
 5. Plantula feminea fig. 2. } ad augmentum I.  
 6. Plantula feminea fig. 3. }  
 7. a. Folium perigonii feminei ad augmentum II.  
 b. Simile folium ad augmentum IV.  
 8. Pars trunci masculi florentis cum folio residuo folliculisque spermaticis, de quibus vnus fecundans sperma ad \* explodebat, perigonii interni foliolis nonnullis adhuc conclusis; augmento IV.  
 9. Folliculum perigonii internum seorsim; ad idem augmentum.  
 10. Duo folliculi spermatici cum filamentis succulentis inde exempti, fecundantem materiam explodentes; simili augmento repraesentati.  
 11. Particula trunci feminei cum suis sexualibus; ad augmentum IV.  
 12. Genitale femineum impraegnatum seorsim; augmento V. exhibitum.  
 13. Theca cum particula pedunculi, operculo detruso, repositoque peristomate externo; secundum augmentum III.  
 14. Dens peristomatis externi seorsim; ad augmentum IV.  
 15. Peristomatis interni quarta pars, ad cuius basin rudimenta detrusorum dentium, residua etiam thecae particula; augmento eodem.  
 16. Semina; ad augmentum IV.  
 17. Tria eorum; augmento V.

HISTORIA ANATOMICA



D. Hering del.

*Weberia carnea* Schp.

Fig. 13



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS est simplex erectus, inferne obscure fuscus, abinde diluor, demum dilute virens: femineus denique obscurior. Postquam vero masculus cunctorum folliculorum sperma explosit, femineus vero femina dimisit, uterque ex alis imorum foliolorum unam alteramque gemmulam molitur; primordium nouae continuationis.

**RADICES** tenerrimae, obscure fuscae; successu quibusdam etiam e foliorum infimorum alis erumpentes f. 4. 5.

**FOLIA** communia sunt lanceolata planiuscula, distantia, basi angusta cum trunco connexa f. 8.; perigonalia autem externa masculae plantae reflexa f. 4. interiora cordata f. 8. 9. femineae erecta f. 5. vtraque e basi latiore concava f. 7. 8. 9. eleganter in vigore plantulae viridia, exceptis interioribus masculi perigonii, utpote fuscescentibus. Senescentis autem feminae marcescentium ad instar decolorata fiunt, f. 6. Ductulorum fasciculus, aetate rubellus, in illis trunci saepe, nonnunquam etiam perigonalibus externis interisque marium, infra apicem in reticulum diffunditur f. 7. 8. 9.

**FLOS** masculus capituliformis in trunci summitate; folliculos masculos numerosos habet e viridi lutescentes, mox ab euacuatione in luteum colorem abeuntes cum reticulo fusco, filamentis succulentis articulatis longioribus aequalibus stipatos. f. 8. Femineo, genitalia sex insunt, quoque in summitate locato.

**VAGINULA** oblongo-ouata, rubella.

**PEDUNCVLVS** proportionate crassus, rediusculus, extremitate incurua ampliata, pallide rufus. f. 6. 13. Nonnunquam duplex e duplici vaginula ex eodem perigonio reperitur.

**THECA** ouata pendula, viridis, demum fusca fit f. 13: plenarie euacuata basi contracta.

**CALYPTRA** straminea exigua, ab vno latere fissilis.

**OPERCVLVM** obtusum, margine extante obscurioris coloris. f. 6.


**PERISTOMA** duplex. Externum e dentibus sedecim luteo rufis, reflexilibus extruatum f. 13. 14; internum e membrana sulcata, lutea, reticulata, vasculosa, diuersimode ciliatum, f. 13. 15: ciliis nimirum latiusculis pyramidatis transuersim perforationibus oblongis notatis, interpositis aliis tenerrimis.

**SEMINA** emittit minutissima pallida f. 16. 17.

Ego hanc speciem prima vice Chemnitii in area horti cuiusdam vda parum infolata d. 27. Aprilis 1778. cum thecis maturis inueni. Deinde etiam hic Lipsiae *im Rosenthal* nosodochium tenus, aliisque syluis, ad orbitas viarum vdarum nunc gregatim, nunc solitarie crescentem reperi in consortio Phasci *parentis* et *Gymnostomi truncatuli*:

Augusto mense floret, et omnium certissime tunc masculi floris in aquae guttula discerpti genitalia sperma suum explodunt. *Figura 8.* exhibitum cum delinearem, non solum vnus de eius folliculis mihi iucundum hoc spectaculum exhibebat, sed etiam displosionem materiei fecundantis a centro quaqua versus radorum ad instar, a summitate inchoantis, ostendebat; vide ad\* dicti numeri. Thecas Aprili maturat.

Adeo autem teneriuscula est stirps, vt apricis praecipuis in locis, cum ficciori tempestate vernali ingruente, tum colliquata niue incidentibus congelationibus nocturnis illico adurantur perdanturque superiores eius feturam concludentes enutrientesque partes. Hinc optimo consilio Natura propagini- bus ex inferiorum foliolorum alis perennare fecit eandem. Id quod sane e truncata radicata basi *f. 5. 6.* euidentissime patet, comparatis cum basi radicata figurae 4.



*Animaduersione ad Tabulam XX.*

**B**ryo hoc cum *carneo* Linnaei haud parum similitudinis intercedere, animaduvertebam quidem olim, dum mihi Chemnitii occurreret. Cum vero numero pauca illa exemplaria thecis onusta non ex affe descriptioni Dillenianae responderent, neque abinde aliorum quam in flore constitutorum marium feminarumque particeps fieri potuerim, quandoquidem locus, in quo hic Lipsiae mihi sese obtulit, quotannis transportatione lignorum destrueretur, destructusque nunc penitus sit sabulo per inundationem eo delato, nolebam dubia pro certis venditare.

Expedita autem iam tum prelo historia eius analytica, accipiebam e ducatu Megapolitano cespitem Bryo *carneo* LINN. vbertim ditatum, de quo certo certior factus sum, meum Bryum *delicatulum* Tab. XX. delineatum, *carneum* LINN. et DILL. esse. Quare supplenda hic sunt Synonyma,

Bryum lanceolatum pellucidum, capsulis subrotundis pedunculis carnis  
DILL. Hist. Musc. p. 400. t. 50. F. 69.

Bryum foliis lanceolatis rarioribus, capsulis ouatis pendulis HALL. Hist. 1834.  
t. 45. F. 6.

Bryum *carneum* antheris pendulis subglobosis, foliis acutis alternis LINN.  
Spec. pl. 1587. 31. Syst. Nat. p. 949. 34.

Muscus stellaris humilis, capitulis pendulis. Buxb. cent. 2. p. 5. t. 2. F. 6.

*Tab. XXI. XXII.*  
**MEESIA LONGISETA.**

*Meesia longifeta* foliis ovato lanceolatis patulis theca cernua in pedunculo praelongo; operculo conico.

*Mnium triquetrum* foliis trifariis patulis, subulato-lanceolatis, carinatis LINN. Spec. pl. p. 1578. 15. (exclusis Synonymis) Syst. Nat. p. 947. 17. (exclusis varietatibus  $\beta$ .  $\gamma$ . Editoris).

*Explicatio Tabulae XXI.*

- Fig. 1. Plantulae cum florentes, tum in partum pronae; naturali magnitudine.  
 2. Duae itidem partui proximae, quae jam tum sui continuationem emiserant; ipsae quoque naturali magnitudine.  
 3. Florens plantula; simili habitu praesentata.  
 4. Eadem haec; ad augmentum I.  
 5. Folium trunci, }  
 6. Folium e perigonalibus } augmento III.  
 7. Flos cum particula trunci; ad augmentum IV.  
 8. Duo genitalia mascula totidemque feminea, vna cum quinque clavis succulentis; eodem augmento.  
 9. Genitale masculum, genituram emittens; augmento V. repraesentatum.

*Tab. XXII.*

10. Theca feminalis calyptrata  
 11. Plantula grauida decalyptrata seorsim } ad augmentum I.  
 12. Theca feminalis deoperculata }  
 13. Summa pars thecae euacuatae cum suo peristomate duplici; secundum augmentum IV.  
 14. Particula eiusdem interno tantum peristomate relicto; eodem augmento.  
 15. Particula annuli; eodem augmento.  
 16. Semina; ad augmentum IV.  
 17. Similia; ad augmentum V.




D. Hedwig del.


MEESIA longifolia.

Walter f.

*Meesia longifolia* Hedw.








*MEESIA longifolia*

D. Hedwig del.

Turca 1775 Enders f.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS plantulae a primordio omnino simplex, longiusculus, at debilis. Quum primum vero floret, continuationem sui simplicem, *Fig. 2*, duplicem, *Fig. 4*, triplicem imo et quadruplicem molitur, sibi fere subinde longiorem, quoque floridam circa partus tempus. Hinc e succedentibus his continuationibus gregis et altitudo insignis, et complicationes tantae, ut perquam difficile sit indiuiduum inde extricare integrum. Annotinus iam rubet, continuationis autem pallide viridis est. Igitur perennis est species.

RADICES primordiales non vidi. Neque, opinor, diu persistunt. Truncus enim primo iam suae aetatis anno inter folia comam radicanter densam adeo promouet, ut illa saepe ultra medium abscondantur, *Fig. 4. II.* quae quidem grossificationis tempore superiora, olim perigonalia folia, attingit, *Fig. II.* Color harum radicularum simplicium et ramificatarum est obscure fuscus.

FOLIA ouato-lanceolata, concaua, patentia, sessilia basi ampla, iuuenca amoene virent cum splendore; vetusta, multum decolorantur in luteolo-fuscum. Vasorum fasciculus per mediam foliorum paginam excurrens validus, primum dilutioris coloris paginae, successu obscurior rutilans fit et adeo arcte cum trunco cohaeret, ut vix non semper decerptis particula huius notabilis simul sequatur. *Fig. 5. 6.*

FLOS capitulum in summitate trunci e foliis maioribus latiorique basi exstructum refert *Fig. 4.* Intro comprehenduntur genitalia vtriusque sexus *Fig. 7*: neque reperire potui in numerosis ad me missis exemplaribus recentibus, masculis aut femineis solummodo, veluti in Meesia *uliginosa* T. I. *Fig. 6* et II. *Fig. II.*, instructum. *Mascula genitalia femineaque* consuetae figurae, at eximia; *Fig. 7. 8.* Illa his circumscita, massam gelatinosam globulis, ad maiora augmenta, perquam distincte vsurpabilibus, refertam eructant, *Fig. 9.* exuuiis residuis subinde vasculoso-reticulatis. Corpuscula succulenta, masculos imprimis cylindros longitudine semper exsuperantia, clauam obtusam articulatam referunt, *Fig. 7. 8.* Accessoria vero illa multo breuiora, inferioribus articulis eleganter rubentibus, extimo maximo albedo splendente instructa, quae in Meesia *uliginosa* femineis tantum organis associata erant, *pag. 2.* in isthaec specie etiam in foliorum superiorum alis reperiuntur, et communiter quidem numero septenario, *Fig. 7.*

CALYPTRA prima aetate similis Meesiae *uliginosae* T. II. *Fig. 13*, straminea ad apicem fuscella: subinde lateraliter fissilis, oblique decedens. T. XXII. *Fig. 10.*

VAGINULA oblongo - conica.

PEDUNCVLVS praelongus, flexuose ascendens, inferne aetate obscure, ascendendo dilutius rubet, splendens, sub theca demum ampliatur. T. XXII. *Fig. II.*

THECA pyriformis cernua, viridis iunior, abinde continuo in fuscum colorem transit, summo margine obscuriori, fere rubente, vasculis reticulatis referta; ibid. Fig. 10. 11. 12. 13. 14.

OPERCULUM conicum habet, obscure rubrum: Tab. ead. Fig. 10. 11.

ANNULVS rubens tenerrimus succulentis processibus dilute carnis fimbriatus, Fig. 15, vtrique praecedentium interpositus.

PERISTOMA thecae oram ornans duplex. Externum dentes sedecim interno triplo breviores obtuse de extremitate rotundati, dilute fusci sunt recenter nudati, lineisque opacioribus transversis picti, Fig. 12. 13. Internum processus ad numerum dentium pyramidales, introrsum carinati, dilutiores adhuc dentibus, etiamnum vero lineis opacioribus notati. Nonnulli eorum foramine vno alteroque longitudinali pertusi visuntur. Per paria sibi appropinquati tantum sunt, neque villo modo inter se connectuntur. Fig. 13. 14. Quibus quidem notis etiamnum maxime a Meesia uliginosa differt ista species.

SEMINA huic sunt maiuscula viridia, Fig. 16. 17.

Aprili iam calyptrae emicant et sub finem Iulii thecae maturae operculo decusso pariunt, quo ipso tempore etiam florere incipiunt prolongationes. Equidem florem meum mense Augusto disquisivi et delineavi.

Paludes turfosas Sueciae inhabitat, similique loco prope Berolinum, Fennbruch dicto, ericeti die Lungfernheide cognominati, Sphagno palustri referto inuenus est anno 1784. ab amicissimo mihi WILDENOW, indefesso vegetabilium scrutatore; cuius benevolentiae numerosum gregem recentem huius musci debeo.

Non solum brevis b. Equitis LINNAEI descriptio Mnio triquetro in Speciebus Plantarum Edit. alterius subiecta, sed Cl. EHRHARTVS, cui specimen de meis miseram, me certiore reddiderunt, omnino Mn. triquetrum L. esse propositam hic nostram speciem.

Monui sub limine, et ab Ill. LINNAEO subiecta suo Mn. triquetro synonyma, et varietates quae Ill. MURRAY in editione decima quarta Systematis Naturae addere placuit, omittenda esse. Curatores enim disquisitiones singulorum horum me pro certo edocuerunt Bryum triquetrum Hudsoni et varietates primum ab ipso huic addictas, a nostra planta omnino genere et inter se specie discrepare.

Id quod equidem proxime expositurus sum sic, ut aequi naturae scrutatores demum euidens habeant exemplum, pro exactius disquirendis, discernendis, determinandis speciebus pusillorum vnius cuiusque regni ad oculum nudum, haud superuacanea, quin necessaria utique esse eius arma-



BARBULA UNGUICLATA

Barbula unguiculata foliis linearibus-lanceolatis, sessilibus, perigyniis uncinatis cum fasciculo, ...

Bryum unguiculatum Schreb. Sp. p. 78. H. Fl. sept. 2. p. 48. Linn. ...

Bryum unguiculatum Schreb. Sp. p. 78. H. Fl. sept. 2. p. 48. Linn. ...

Muscivora unguiculata Schreb. Sp. p. 78. H. Fl. sept. 2. p. 48. Linn. ...

Fig. 1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.


1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

1. Barbula unguiculata. 2. Stem with leaves. 3. Stem with leaves. 4. Stem with leaves. 5. Stem with leaves. 6. Stem with leaves. 7. Stem with leaves. 8. Stem with leaves. 9. Stem with leaves. 10. Stem with leaves. 11. Stem with leaves. 12. Stem with leaves. 13. Stem with leaves. 14. Stem with leaves. 15. Stem with leaves.

BARBULA unguiculata.

HISTORIA

D. H. Key del.



---

*Tab. XXIII.*
**BARBVLA\*) VNGVICVLATA.**

*Barbula unguiculata* foliis lineari-lanceolatis, carinatis, surrectis, perigonalibus masculi floris cum fasciculo, theca obliqua.

---

*Bryum unguiculatum* et *barbatum* furculis in summitate crassioribus DILL. Musc. 383. t. 48. Fig. 47.

*Bryum unguiculatum* Schreb. Spic. p. 78. Huds. Fl. angl. 2. p. 482. LINN. Syst. Nat. p. 948. 15.

*Muscus capillaris*, capitulis erectis lageniformibus Buxb. Cent. 2. p. 6. t. 2. Fig. 9. (mala)

---

*Explicatio Tab. XXIII.*

- Fig. 1. Plantula mascula }  
 2. Plantula feminea } naturali magnitudine.
3. Plantula Fig. 1. }  
 4. Plantula Fig. 2. } aucta ad Numer. I.
5. 6. Folia trunci; ad augm. III.
7. Folium perigonii feminei exterius; ad idem augmentum.
8. Mascula plantula foliis florem tenuis maxima parte orbata; augmento I.
9. Folium masculi perigonii cum folliculo spermatico; ad idem augmentum.
10. Folliculus spermaticus cum filamento succoso; ad augmentum IV.
11. Genitalia feminea denudata, impregnato iam multum grossificato; augmento IV.
12. Vaginula cum trunci pedunculique particula, nec non residuis genitalibus femineis sterilibus; ad augmentum III.
13. Theca feminalis operculo calyptraque adhuc tecta; augmento I.
14. Semina; ad augmentum IV.
15. Similia; ad augmentum V.
- 

\*) HERWIGII Hist. Nat. Muscorum frondosorum P. II. p. 92. n. 15.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primitivus omnino simplex, altitudinis a quadrante de pollice ad semissem variae, erectus, tenuis firmulus. Penitus absoluto impraegnationis negotio proxime sub flore continuationem sui ut plurimum unam *Fig. 4.* alteram imo et tertiam agere incipit; subsequente anno florentem. Hinc, nisi terra obruatur, veteranus plus minus ramosus videtur.

RADICES tenerae, ramificatae, fuscellae; quarum nonnullae etiam e basi trunci succedunt.

FOLIA ima minutula, ascendendo lineari-lanceolata, carinata, mucronata, saepe quasi opposita; adnexa trunco ductulorum fasciculo mediam longitudinem emetente valido, ita, ut vix non semper particula eius simul sequatur, petiolum mentiens. *Fig. 5. 6.* Humida exporrecta patent; sicca contortilia. Color amoene viridis saepe in luteolum vergens; inferiora vetustate in fuscillum decolorata.

FLOS masculus capitulum in summitate trunci, *Fig. 8.* distincti eiusque foliorum farragine cinctus *Fig. 3.* Compositus e foliolis perigonalibus, cordatis, concavis, acuminatis, vasorum fasciculo instructis; interioribus minimis *Fig. 9:* et genitalibus cylindricis viginti et ultra, filamentis succulentis articulatis eisdem tantillum longitudine excedentibus numerosioribus *Fig. 10,* reticulatis post evacuationem. Flos femineus etiamnum e trunci summitate proprii trunci. Huius perigonalia folia longiora latioraque reliquis, *Fig. 7.* ductulorum fasciculo minus cohaerent cum trunco; hinc facile auellenda. Intra haec concluduntur genitalia sex, quorum ut plurimum unicum tantum fecundatur *Fig. 11.* sterilibus conum vaginulae occupantibus *Fig. 12.*

VAGINULA conica, viridis subinde rutilans *Fig. 12.*

CALYPTRA prima post secessum a vaginula aetate dilutissime virens, vasculis longitudinalibus, praeprimis inferne, spirali tractu ascendentibus; turpida theca rectis profundiusque coloratis. Lateraliter finditur secedens, *Fig. 13.*

PEDUNCVLVS maturae thecae superne dilutissime e luteo viridans, inferne continuo magis ruborem contrahens, *Fig. 4.* Nonnunquam etiam bini in eodem indiuiduo reperiuntur.

THECA prima aetate viridis, oblonga *Fig. 13.* mature profundiori rubro fucatur colore, saepiusque altera longitudinali linea contracta, ad secessum praeprimis operculi obliqua fit. *Fig. 4.*

OPERCVLVM conicum, obliquum, crassiusculum, a transparente peristomate eleganter rubet *Fig. 13.*


ANNVLVS nullus.

PERISTOMA filamenta tenerrima rubra, madore funis ad instar in conum contorta, Fig. 4. siccitate inordinate diuergentia.

SEMINA minutula, maturitate in ferrugineum vergunt colorem.

Perennis est vulgaris haec in muris argillaceis humilioribusque locis terrestribus gregatim reperiunda species, maxime subsequens causa hic exhibit.

Incunte vere, Martio aut Aprili, opercula, communiter una cum Calyptra, secedunt. Florem vero Iulio aut Augusto conficit; masculis saepe in distincto cespitulo congregatis.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'Plantae', 'Folium', and 'Stem' are barely visible.

## Tab. XXIV.

## BARBVLA FALLAX.

*Barbula fallax* foliis recurvato-patulis, perigonalibusque interioribus masculi exfasciculatis, thecis oblongis, operculo oblique rostrato.

*Bryum tenue imberbe et pallidum*, foliis crebrioribus. DILL. Hist. Musc. 382. t. 48. Fig. 46. igitur


*Bryum imberbe* antheris erectis, ore dilatatis, foliis carinatis patulis LINN. Mant. alt. 309. Syft. Nat. 948. 14: Br. antheris erectis oblongis imberbibus, foliis lanceolatis carinatis patentibus Huds. angl. p. 481.


## Explicatio Tab. XXIV.

- Fig. 1. Plantula mascula  
 2. Plantula feminea, vtraque naturali magnitudine.  
 3. Plantula Fig. 1. cum innouatione simplici florente.  
 4. Plantula Fig. 2. theca vetusta residua, et altera primae innouationis operculo nunc decusso: ambo ad augmentum I.  
 5. Folium trunci floridæ ætatis, medium.  
 6. Folium flori femineo proximum, ambo ad augmentum III.  
 7. Folium perigonii masculi interius et intimum, nec non genitale masculum; ad idem augmentum.  
 8. Genitale masculum præcedentis figuræ cum filamento succulento; secundum augmentum IV. repræsentatum.  
 9. Genitalia feminea cum particula summitatis trunci; augmento IV.  
 10. Vaginula, cui sterile relictum genitale femineum inhaeret. Calyptra huic adhuc connexa elongata, inferne humore turgidula adue secessum prona, imposto summitati stylo; secundum augmentum III.  
 11. Perigonium femineum, vulgo Perichaetium, cum particula pedunculi; augmento II.  
 12. Theca maturitati proxima, operculata; augmento I.  
 13. Semina ad augmentum IV. et  
 14. ad augmentum V. representata.

Seite  
fehlt

Page  
missing





BARBULA fallax.

*B. fallax* L.

*B. fallax* L.

**PERISTOMA** de interiore thecae membrana procedens, e filis longis tenuissimis, anoene purpureis constat, humiditate funis ad instar contortis, *Fig. 4.* siccitate confusis; nonnunquam etiam ab inuicem diuergentibus. Ad maxima augmenta quodque eorum par a communi at minima basi productum esse videtur.

**SEMINA** pro plantae modulo minuta sunt maturitate fuscescentia.

**TEMPVS** Floret Augusto mense; et circa subsequenti veris initium thecae operculum decutiunt.

**LOCVS** Ego hanc speciem olim Chemnitii saxonum in Interstitiis murorum, praecipuis coemeterii rabensteinensis legi. Deinde etiam hic Lipsiae in ambulacro superiori circulari horti apeliani passim obseruavi.

Rite examinata atque cum **DILLENII** descriptione Bryi sui 46 collata, mihi praecipuis quoad foliorum operculique figuram et directionem, eadem visa est. Is quidem villi radiculosi mentionem nullam facit, perhibetque, decidente operculo nec pilosi aut barbati quid, sed oram leuem obseruasse, cui etiam **HYDSONI** definitio adfuit. Vereor autem, hoc inde accidisse tantum, quod ingruente sicciore tempestate angusta operculi productio contracta arctataque, peristoma proportionate longum ibidemque pro parte comprehensum, secedendo secum duxit, utpote tunc cum tenera admodum thecae membranula interna cohaerens. Certe idem mihi occurrisse recorder; et veteranarum thecarum ora semper terfa reperitur. Quare *fallax* cognominavi nullusque haesitans, quin optimi viri synonymum subscriberem.




D. Hedera del.

Enlar. f.

BARBULA rigida.





---

 Tab. XXV.

## BARBVLA RIGIDA.

*Barbula rigida* trunco exiguo, foliis patentibus margine inuolutis, thecis oblongis erectis.

---

*Bryum acaulon*, *Ericae tenuifoliae Gerardi folio* DILL. Hist. Musc. 388. t. 49. Fig. 55.

*Bryum rigidum* acaulon, antheris erectis cylindricis, foliis patentibus linearibus contuexis rigidis Huds. angl. 477.

*Bryum stellatum* acaulo foliis inuolutis, operculis cuspidatis, pectine spirali Schreb. Spicil. p. 80.

---

*Explicatio Tabulae XXV.*

- Fig. 1. Plantula mascula et femineae, naturali magnitudine.
2. Plantula mascula; aucta lente I.
3. Plantula feminea cum theca calyptrata; ad augmentum I.
4. Plantula duplici pedunculo et theca instructa, altera prouectiore calyptra decussa, altera iuniore calyptra a latere filla, at sub thecae basi adhuc cohaerente; eodem augmento.
5. Plantula deoperculata; eodem augmento.
6. Folium plantulae masculae; augmento IV.
7. Folium perigonii masculi; eodem augmento.
8. Folium inferius trunci feminei; ad augmentum III.
9. Folium superius eiusdem; eodem augmento.
10. Folium perigonii feminei cum duobus genitalibus; augmento IV.
11. Genitalia mascula; augmentum IV.
12. Genitalia feminea cum integro trunculo; eodem augmento.
13. Duo horum seorsim; ad simile augmentum.
14. Truncus feminae, foliis ad vnum denudatus cum vaginula thecae maturitati proximae, pedunculo resecto; nec non altera succedanea, secessum Calyptrae parantis, residuo alio genitali sterili filamentisque articulatis nonnullis; ad augm. IV.
15. Operculum seorsim; ad augmentum IV.
16. Summa pars thecae cum Peristomate madente, cui seminula ad latus adhaerent; secundum augmentum IV.
17. Semina ad augmentum V. praesentata.
-

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS plantae, praesertim florentis, perquam brevis torosus, *Fig. 12.* quadantenus tamen femineus inter gestationem maturationemque elongatur gracilescendo *Fig. 14.* Iste tamen semper procerior est masculo.

**RADICES** primaeuae, ratione ad plantulae staturam habita, altius in natale solum descendunt ibidemque diuarcationibus suis tenerrimis firmiter inhaerent, quam ut plantulam ductam integrae sequerentur. Quare cultelli apice inde eleuanda, et leni percussione in tantillo aquae eluenda est. Hac encheiresi in conspectum veniunt aliae diuarcatae seu ramosae, nec non aliae simplices valentiores, numerosis fibrillis obsitae, atque demum stupa densa, breuis in basi trunci, bysso, ad maiora augmenta, similis. Ista albiissima; illis tantillum coloratoribus. *Fig. 3. 4. 5. 12.* Masculum truncum interea solummodo stupa illa radicante peditum reperi. *Fig. 2.*

**FOLIA** masculae et femineae plantae quaedam communia, quaedam cuique propria habent. Illuc pertinent; situs reflexus, basis membranacea pellicens, subuaginata, inde substantia carnosam rigida margoque inflexus; color lete viridis, subtus et ad circumferentiam nonnullis in luteo rutilantem versus, siccitate neutiquam crispabilia. Propria sunt; in *mare* folia breuiora, rotundata, margine minus inflexo, numero pauciora *Fig. 2. 6.*; in *femina* forma oblonga quasi lingulata, marginis maiori portione inflexa, extremitate nunc rotundata *Fig. 9.*, nunc acuta *Fig. 8.*, hinc quasi triangularia, numero plura *Fig. 3. 4. 5.*

**FLOS masculus** e Perigonio diphylo minuto erectiusculo constat et genitalibus sex dilutissime e luteo viridulis sociatis filamentis succulentis totidem tenerrimis, duplo longioribus articulationibus breuioribus feminei, ultimoque paululum crassiore *Fig. 11.* *Sequioris sexus flos* genitalia octo habet, conclusa perigonio di- aut triphylo, itidem erectiusculo *Fig. 3. 5. 10.* Nonnunquam duo illorum simul impregnantur: neque tamen tunc semper simultaneam experiuntur grossificationem; quin altero iam minus magisque prouectiore, alterum demum promouetur, veluti e figura 4. et praepimis *Fig. 14.* patet, quae certe etiamnum quam euidentissime docet illa, quae in meis *Fundamentis Historiae Naturalis Muscorum frondosorum* Part. II. p. 2. perhibui. Sic igitur orta

**VAGINULA** conica est, viridis manet, linea tantum fusca ad aperturam cincta; vid. *f.* eadem.

**CALYPTRA** iamtum e Perigonio emicans fuscilla styloque suo adhuc munita est. Saturatiorem subinde induit colorem et demum quasi striata fit. Lateraliter finditur, atque adultae thecae adhuc insidens rostellum quasi incuruum repraesentat *Fig. 3. 4.*

**PEDUNCVLVS** tantillum flexuose assurgens, iuuenis e luteo virescit, aetate e fusco rubicundus fit. *Fig. 3. 4.*

**THECA** oblonga recta post operculi casum contractiuscula sub ostio *Fig. 5.* maturitate e viridi *Fig. 3.* in fuscum transit colorem *Fig. 4. 5.* Superficies ad maiora augmenta tunc leniter sulcata adparet, *Fig. 16.*

**OPERCVLVM** conicum modice obliquum rutilans *Fig. 4.* augmentis maioribus conspectum lineis pellucetioribus spiraliter adscendentibus quasi striatum adparet *Fig. 15,* quae impressiones filamentorum Peristomatis sunt.

**PERISTOMA** est simplex e filamentis rubicundis quasi per sedecim paria de thecae membranula interna procedentibus, igitur 32, in funem maiore eleganter contortis, exstructum *Fig. 16.* siccitate extremitatibus confusis breuius redditum.

**SEMINA** exigua rotunda fuscelli sunt coloris *Fig. 17.*

**LOCVS.** Hic Lipsiae super muros ex argilla exstructos, e.g. villae *die Milchinsel* dictae, nec non Schoenfeldicos passim reperitur: nuperrime etiam in tumulis coemeterii Lauchstedienfis a me obseruata. **HVDSONVS** eundem cum **DILLENIO** huic speciei locum natalem adsignat, rupes nimirum humidas. Atque nostram plantam eandem ipsam esse, certissimi facti sumus speciminibus ex Anglia acceptis. Quare synonyma indubitata.

**TEMPVS.** Floret Iunio operculaque nunc citius nunc serius, prout tempestas fauet, deponit. Hoc ipso anno, nimirum 1786. cuius vernaes menses initiumque aestatis hic loci siccissimi fuerunt, Septembri in uno eodemque caespice, plantulas reperi quouis in grauiditatis suae stadio.



## Tab. XXVI.

## DICRANVM \*) HETEROMALLVM.

*Dicranum heteromallum* foliis e membranacea basi subulatis secundis; theca ouera operculo rostrato.


*Bryum heteromallum* DILL. Hist. Musc. 375. t. 47. Fig. 37.

*Bryum heteromallum* antheris erectis, foliis fetaceis secundis LINN. Sp. pl. 1583. 16. Syst. Nat. 948. 18. Fl. dan. t. 479.

## Explicatio Tab. XXVI.

- Fig. 1. Plantula mascula }  
 2. Plantula feminea } naturali magnitudine.
3. Plantula Fig. 1. }  
 4. Plantula cum theca calyptrata Fig. 2 } ad augm. I.
5. Folium commune inferius }  
 6. Folium commune e mediis. } secundum augmentum III.
7. Folium perigonii masculi exterius; }  
 8. Folium perigonii masculi interius; } augmento III.
9. Genitalia mascula cum filamentis articulatis succulentis; augmento IV.
10. Genitalia feminea cum trunci particula; aucta num. IV.
11. Vaginula cum pedunculi thalamiq.ue particula, residuo folio perigoniali; ad augm. III.
12. Theca operculata, huius rostellum reflexo. }  
 13. Theca operculata, cuius rostellum inflexum. } augmento I.
14. Theca deoperculata, cum peristomate, feminibus referta; augmento IV.
15. Semina quinque; ad augmentum V.


\*) HEDEWIGII Hist. Nat. Muscorum frondosorum P. II. p. 91.



DICRANUM *heteromallum*.

*D. heteromallum*

*D. heteromallum*



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS, masculus ut plurimum, femineusque primitivus simplex femuncialis, flexuose erectus, aetate ad acmin fere rubet. Ille vero nonnunquam, veluti in exhibitio specimine patet, ad superiora diuisus duplici capitulo simul floret. Absoluto generationis negotio, sui continuationem promouet *Fig. 4.* florentem ubi partus ex illo instat. Si quando, tamen quacumvis de causa impeditus, primo suae proceritatis termino non genuit, in duas tresue hanc vim impendit diuisiones \*), subinde florentes. Praeterea etiam de inferiori radicante parte, sic dictis stolonibus, sese innouat.

**RADICES** ego minus validas deprehendi, quandoquidem grex, veluti plusculis muscis frondosis minoris staturae accidit, ad trunci basin terra obuolitante obruta, inde inter ima foliola isthaec nutrimentum sugentia organa emittit. Coloris sunt fusci tenerrimeque ramificatae. *Fig. 3. 4.*

**FOLIA** trunci inferiora exigua, superiora auctiore, suo modulo latiuscula basi membranacea vasculoso reticulata gaudent, cuius extimos limites multum excedit ductulorum fasciculus notabilis transiens, continuo ad elongationem decrescens *Fig. 5. 6.*, inflexusque alterutro lateri. Siccitate non crispantur. Color e luteolo amoene viridis.

**FLOS masculus** capituli forma acmin semper tenet. Perigonialia folia habet ampla ouato-concaua basi membranacea instructa, amoene rutilante macula notata, cuius congerie is illico sese prodit: processus ductulorum fasciculi eidem multo longior. Exteriora *Fig. 7.* interioribus *Fig. 8.* omni ex parte notabiliora. Genitalia communis cum aliis figurae, praeter summitatem seu emissarium arctius, numerosa, filamentis succulentis articulatis duplo longioribus stipantur. *Flos femineus* e summitate erumpens, perigonialia folia habet membranacea basi ampla, oblonga, concava *Fig. 11.* genitalia sex \*\*) filamentis succulentis nunc nullis *Fig. 10.* nunc paucissimis praesentibus.

**VAGINULA** oblonga, superne incrassata, demum fusca fit, *Fig. 11.*

**CALYPTRA** straminea, lateraliter fissilis secedensque, in summitate rudimentum tubae retinet. *Fig. 4.*

**PEDUNCVLVS** mediocris pallidus, deinceps inferne rubet, rectus aut parum flexus; vetustate tortilis *Fig. 14.* Nonnunquam etiam gemellus in uno eodemque perigonio reperitur.

\*) Confer Dill. Hist. Musc. t. 47. Fig 37. C. D.

\*\*) Cum anno 1779. istam disquisitionem renouarem, vidi maximis meis augmentis de apertura stigmatum horum sexualium, secundatorum et infecundatorum, prominere filamenta recurua sibi implexa.



70 DICRANVM HETEROMALLVM. TAB. XXVI.

THECA ouata, nunc exacte et erecta *Fig. 4. 12.* nunc alterutrius lateris arcu ampliato, gibbosa quasi atque cernua est *Fig. 13. 14.* Ab operculi lapsu sub opaciore marginali aperturæ linea contractior fit, primumque virorem mature in dilute fuscum mutat.

OPERCULVM productionem habet rostratam nunc erecto recurvam *Fig. 12.* nunc incuruam *Fig. 4. 13.* Inferne a Peristomate transparente rubet; rostrum perquam dilutum.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMA simplex, dentium sedecim furcatorum eleganter rubentium. Diuisiones illæ ultra medium dentis penetrant, inde ad maiora augmenta tenerrima linea ad basin vsque producta obseruatur. Brachia inaequalis sunt latitudinis sicut disposita; ut angustiori, angustius vicini dentis et porro vice versa respondeat, *Fig. 14.* Transuersæ opaciores lineæ a rugis vel eminentiis, internæ superficiei proueniunt.

SEMINA mediocria viridula quidem sunt splendentque ubi theca aperitur, breui tamen in fuscum transeunt colorem. Omnium primo, decusso operculo, prodire affolet corpusculum semen multo valentius mentiens. Est hoc particula contextus cellularis illius, dentibus comprehensa, nunc siccitate contracta; igitur cum seminibus genuinis non confundendum.

LOCVS. Habitat praesertim ad aggeres pinetorum ericetorumque. Hic Lipsiæ in *Oberholz*; nec non vbertim ad vallem piscinae, pineto lindenthalensi maxima pro parte conclusæ.

TEMPVS. Floret Septembri et Octobri. Semina enititur dehinc partim autumnno, si serius coelum fauet; praeprimis vero Martio.

Vulgarem hanc speciem maxime ideo hic excitauimus, ut eo euidentius pateat, quantum subsequens, pro varietate eius a plurimis habita, omnino ab eadem distet.




D. Hedwig del.

TRICHOSTOMUM pallidum

*Leptotrichum pallidum* Hpa

W. Schimper sc.



---

*Tab. XXVII.*

**TRICHOSTOMVM\*) PALLIDVM.**

*Trichostomum pallidum*, humile foliis capillaribus, theca ouato-cylindracea; operculo conico Hall. Hist. 1805. (sub Bryo).

---

*Bryum acaulon heteromallum*, fetis longis pallidis DILL. Musc. 389. t. 49. f. 57.  
*Bryum pallidum* capsulis vrceolatis erectis, pectine spirali, foliis capillaceis, furculis acaulibus. SCHREB. Spicil. 1039.

---

*Explicatio Tab. XXVII.*

Fig. 1. Plantula theca calyptrata et alia deoperculata; naturali magnitudine.

2. Prior, aucta ad numerum I.

a. flos masculus.

3. Plantula florida, ad masculos flores vsque foliis orbata; eodem augmento.

4. Folium e superioribus; ad augmentum III.

5. Flos masculus; augmento IV.

6. Genitalia eius; eodem augmento praesentata.

7. Flos femineus, residuis foliolis tribus intimis perigonalibus; augmento IV.

8. Calyptra; ad augmentum III.

9. Theca matura operculata; augmento I.

10. Theca deoperculata; augmento III.

11. Particula thecae cum duobus dentibus peristomatis; ad augmentum V.

12. Semina; ad idem augmentum.

---

\*) HEDWIGII Hist. Nat. Muscorum frondosorum P. II. p. 90.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplicissimus humilis vix quartam unciae partem aequans *Fig. 1.*, erectus, inferne profunde ruber. *Fig. 2.*

**R**ADICES numerosae, tenerrimae, ramificatae; valentiores rutilantes, reliquae pallidae. Inde tenacius naturali loco inhaeret, neque cautius ex-  
emta, haec organa bene lustrari queunt, nisi paullo validiore intra aquam agita-  
tione elota.

**F**OLIA infima brevia lanceolata *Fig. 2. 7.* abinde ascendendo insigni-  
titer longitudine increfcunt baseosque latitudine. Cum vero huius produ-  
ctio membranacea omnem ductulorum fasciculum emetiens angusta maneat,  
*Fig. 4.* capillaria inde videntur. Conferta erectaque, summitate magis mi-  
nusque versus vnum latus directo, omnem reliquum truncum operiunt. Du-  
ctulorum fasciculus tener; neque tamen siccitate crispabilia sunt. Color e luteo  
amoene viridis.

**F**LOS masculus gemmiformis in foliorum alis eiusdem stirpis singulus,  
bis *Fig. 3.* ter, quaterque in eodem indiuiduo occurrens, saepius pedunculatus,  
*Fig. 3. 5.* foliola perigonalia habet ouato lanceolata concava exfasciculata. Ge-  
nitalia habet cylindrica *Fig. 6.*, numero pauca, filamentis succulentis destituta.  
Defloratus obscure rubicundus fit, *Fig. 2. a.* Feminus in summitate trunci  
erumpit, exteriora perigonalia folia habet latissima, basi concava instructa: in-  
tima vero minutissima, linearia, ductulorum fasciculo carentia, *Fig. 7.* Ge-  
nitalia eius sunt sex, gracilia, filamentis succulentis paucis ditata, *Fig. 7.*

**V**AGINULA oblonga, dilutissime fuscilla, margine superiore obscu-  
riore.

**C**ALYPTRA pallida, longa, demum inferne ventricosa, lateraliter  
fissilis fecedensque, thecae adhuc insidens, rostrum longum refert, *Fig. 2.*  
Vascula habet spiraliter ascendentia *Fig. 8.*

**P**EDUNCVLVS perquam longus, pallide viridulus, nunc recta, aut  
parum flexuose ascendens, *Fig. 2:* rarissime gemellus.

**T**HECA erecta ex ouato cylindrica, immatura viridis *Fig. 2.* sub-  
inde ex obscure luteo, rutilans *Fig. 9.* Ad aperturam linea obscurior. Eua-  
cuata obliquatur *Fig. 10.* et i. *figura altera*, striataque fit.

**O**PERCVLVM obtuse conicum, cernuum, rutilans; capsulae ad-  
huc impositum a transparente Peristomate, eleganter rubet *Fig. 2. 10.*

**A**NNVLVS nullus.

**PERISTOMA** simplex dentibus sedecim, inferne rotundum tuberculum referentibus de quorum singulo duplex processus angustus longus erigitur *Fig. 10. II.* Mox a casu operculi, madentes adhuc, diuergunt tantillum, deinde arcuatim coniuuent summitatibus, siccati nequaquam spiraliter contortiles. Interne lenissime transuersim inaequales adparent, augmentis maximis lustrati. Color dilute rubicundus.

**SEMINA** modicae magnitudinis *Fig. 12:* e viridi in fuscellum colorem transeunt matura.

**LOCVS.** Nemora inhabitat. **DILLENIVS** e Virginia accepit. Lipsiae *im Oberholz und Bienitz* reperitur. Haud procul a Dresda ad nouam viam montis *Bobritsch* etiam mihi sese obtulit.

**TEMPVS:** Floret Maio. Iunio Iulioque theca matura opercula deiicit.

Praeter **HALLERVM** et **SCHREBERVM** nullum enumeratorum reperi, qui post **DILLENIVM**, et procul dubio neglectum, atque pro varietate Dicrani *heteromalli* reputatum hunc muscum, ceu speciem distinctam proponeret.



## Tab. XXVIII.

## TRICHOSTOMVM PVSILLVM.

*Trichostomum pusillum* foliis ex ovato-concaua basi subulatis, thecis erectis oblongis.

*Explicatio Tabulae XXVIII.*

- Fig. 1. Plantula deflorata.  
 2. Plantula cum theca maturitati proxima; naturali magnitudine.  
 3. Plantula Fig. 1. }  
     *a. a. a.* flores masculi. } aucta numero I.  
 4. Plantula Fig. 2. }  
 5. Folium medii trunci } augmento IV.  
 6. Folium perigoniale. }  
 7. Flos masculus seorsim; augmento IV.  
 8. Calyptra nunc a sua cohaesione cum vaginula vi pedunculi soluta, Tuba adhuc residua; augmento IV.  
 9. Theca deoperculata peristomatis directionem mox post operculi casum referens; augmento III.  
 10. Theca deoperculata cum peristomate conniuyente madido; augmento IV.  
 11. Dimidia pars thecae cum peristomate; ad augmentum V.  
 12. Semina; ad augmentum IV.  
 13. Semina; ad augmentum V.




D. Hedley del.

TRICHOSTOMUM *pusillum*.

*Leptochloa rogersiana* Schreb.  
var. *pusillum* Hedley.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex, erectus, humilis, duarum triumque linearum  
Fig. 1. 2. fusci coloris Fig. 3. 4.

**RADICES** primordiales euidentiores, quamquam tenerrimae, in ramulos diuisae, fuscae: succedaneae, villus albicans tenerrimus Fig. 3. 4.

**FOLIA** trunci inferiora minima, alterne ascendendo maiora, perigonialia maxima. Cuncta e membranacea basi ouato-concaua reticulata longius aristata Fig. 5: hac productione nunc reflexa, nunc modice inflexa Fig. 3. nonnunquam heteromalla. Ductulorum fasciculus latiusculus tener membranaceam expansionem longe excedit, aristamque subinde solus efficit: iuniorum viridis vetustiorum inferne fuscillus. Paginae color e luteolo amoene viridis.

**FLOS masculus** in foliorum alis gemmiformis Fig. 3. a. a. a. minimus, ad visum naturalem vix cuspidem minoris aciculae aequans; defloratus fuscus Fig. 7. Perigonialia folia ouato-concaua reflexa, productione fasciculi carent. Recondita in his genitalia pauca, consuetae figurae, solitaria. *Feminei floris* e summitate eiusdem trunci prodeuntis Fig. 3. perigonialia folia reticulo multo densiori, quam illa trunci, instruuntur, et productione fasciculi aristaeformi longissima Fig. 6. Genitalia quatuor vix expiscabilia ante grossificationem impraegnati Fig. 8.

**VAGINULA** oblonga cylindrica Fig. 8. fenio fuscilla, margine obscuriore.

**CALYPTRA** sub primo euidentiori thecae feminalis impraegnatae grossificatione, vbi solutio eius a suo thalamo in vaginulam eleuato instat, in lagenae formam humore expansa viridis, illa peracta et humore maxima pro parte diffiato formam et colorem retinet Fig. 8. Deinde magis magisque exsucca decoloratur, et a turgescente theca inferiore ampliata parte lateraliter finditur, superiore angusta operculo rostello ad maturitatem vsque, inhaerens, ab hoc obliquata. Fig. 4.

**PEDUNCVLVS** trunco quadruplo longior, recta ascendens, dilute viridis, senescens inferne dilute fuscus fit, Fig. 4.

**THECA** oblonga, recta, maturans e viridi in fuscillum colorem transit Fig. 4. 9. 10.

**OPERCVLVM** profundius coloratum, Peristoma adhuc operiens huius de transparentia rutilat, inque rostellum obliquum productum est. Fig. 4.

**ANNVLVS** nullus.

76 TRICHOSTOMVM PVSILLVM. TAB. XXVIII.

PERISTOMA simplex, dentibus sedecim ad basin vsque fissis. Hinc totidem quasi paria Fig. 12, 13, duplicatum numerum referunt. Diuifurae modice longae, lineares, rubrae, a secessu operculi ficcantes eriguntur Fig. 9. humidae coniuent Fig. 10.


SEMINA exigua viridantia. Fig. 12, 13.

LOCVS, arenoso-lutosa aprica. Equidem hanc speciem primo hic Lipsiae 1784. in valle derafo *hinter den Kohlgarten* inueni. Deinde etiam ad praecipitia scrobis tenus viam publicam versus *Taucha*.

TEMPVS. Ineunte vere opercula deiicit. Floret auctumno.


DVRATIO. Annum esse et radicio et continuationum absentia suadent.





GYMNOSTOMUM pennatum.

*Schistostigma osmundacea* W.M



~~NO. 12~~ ~~1785~~

---

*Tab. XXIX.*

GYMNOSTOMVM PENNATVM.

*Gymnostomum pennatum* trunco longo filiformi simplici; foliis pinnatifidis pinnatisque, lanceolatis integerrimis; theca ouata; operculo conuexo.

---

*Mnium Osmundaceum* fronde simplici erecta pinnatifida, apice fructifera, pinnis distichis lanceolatis integerrimis. Dickson Pl. cryptog. Brit. p. 3. t. 1. Fig. 4. \*)

---

*Explicatio Tab. XXIX.*

- Fig. 1. Plantulae diuersi sexus et aetatis naturali magnitudine.
2. Mascula femineaeque; ad augmentum I.
- a. Mascula florens.
- b. Feminea florens.
- c. Feminea grossificans, calyptrata.
- d. d. Feminae grossificatae, decalyptratae, partui proximae.
3. Plantula sterilis.
4. Individuum femineum partui proximum seorsim; augmento III.
5. Particula trunci, cum folio uno integro altero resecto; ad augmentum IV.
6. Summitas plantulae masculae cum flore
7. Genitalia duo mascula inde excussa
8. Genitale femineum, nunc impraegnatum. } augmento IV.
9. Theca grossescens calyptrata, supposita inferne pedunculi vaginula; ad idem augm.
10. Vaginula cum summitatis trunci, et pedunculi particula, complemento grauiditatis; augmento eodem.
11. Summa thecae pars operculata, transuersim secta; augmento V.
12. Theca deoperta euacuata; augmento IV.
13. Seminula; ad augmentum IV.
14. Item; ad augmentum V.
- 

\*) IACOBI DICKSON fasciculus plantarum cryptoganicarum Britanniae. Londini 1785. 4.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplicissimus, filiformis, flexuosus, altitudinis ad semunciam variae, inferne caluus, basi truncata, profundius paulo colorata. Feminus tamen semper procerior est masculo *Fig. 2. a. b.*: absoluto impraegnationis munere, inter grossificationem thecae, inferiora foliola amittens, *Fig. 2. c. d. d.* Sterilis nunc vltra vnam tertiam eleganter foliatus *Fig. 3.* nunc ad summitatem vsque caluus.

**RADICES** simplices et diuisae *Fig. 4.*, ex albido fuscellae, pellucidae.

**FOLIA** non florentium quandoque alternatim pinnatifida *Fig. 3.* florentis pinnata *Fig. 2. a. b.*: abinde superioribus dimidium trunci amplexantibus *Fig. 2. c.* et *Fig. 6.* inferioribus ante calum deflexis *Fig. ead. d. d.* Cuncta integerrima, lanceolata, lacte virentia sunt, *Fig. 2. 3. 4.*, et ad maiora augmenta solummodo, laxum vasorum reticulum offerunt *Fig. 5.*

**FLOS masculus** rosulam in summitate trunci referens, constat e perigonalibus foliolis octo ad decem cordatis, concavis, *Fig. 6.* et genitalibus quatuor perexiguis ouatis, lactei coloris *Fig. 7.* absque filamentis. *Feminus* quoque de summitate proueniens, perigonalia foliola habet ouata nunc in longius, nunc in breuius acumen producta, concava *Fig. 2. b.* et *Fig. 4.*: genitale folitarium *Fig. 8. 9.*

**VAGINULA** medio grossificationis stadio inuerse conica *Fig. 9.*, demum lageniformis, *Fig. 10.*, e fusco rutilat, et adeo tener est vt luci aduersa reticulatam fabricam exhibeat.

**CALYPTRA** eiusdem coloris, integra secedit, *Fig. 2. c.* et *Fig. 9.*

**PEDUNCVLVS** primo, post solutionem Calyptrae de Vaginula, elongationis stadio, inferne, *Fig. 9.*, absoluto incremento sub theca, amplius *Fig. 2. d. d.* et *Fig. 4. 12.* dilute e luteo viret, senio fere fuscillus, nunquam tortilis.

**THECA** ouata viridis, *Fig. 2. d. d.* et *Fig. 4.*; matura luteo-fusca fit, *Fig. 12.*

**OPERCVLVM** tenerrimum, conuexum, dilutissime rutilans, ad augmenta maiora striis tenerrimis vasculosis notatum *Fig. 11.* Non integrum, sed de summitate in lacinas irregulares, illico sese reuoluentes, decidit.

**ANNVLVS** nullus. Elegans enim figurae 11. circulus, ad thecam pertinet, atque in obscuriorem eius aperturam marginem successu transit.

PERISTOMA ex hoc margine nudum, *Fig. 12.*

SEMINA exigua viridia, *Fig. 13. 14.*

LOCVS. Dickson, qui primus hanc pulchellam speciem indicavit, eandem a D. Newbery acceperat, inuentam in cauitatibus aggerum sub sepibus antiquis, solo pingui, in via a vico *Zele* ad templum *South Tawton* comitatus *Devoniae* ducente. Nosram eodem hoc anno ex interstitiis inferioribus moeniae *Mariaemontanae* circuli *Misnici* lectam habuimus.

TEMPVS. Ineunte vere florere incipit. Iunio thecas maturat.

DVRATIO. Biennis est. Intra hoc temporis spatium generationis negotio absoluto perit.






## Tab. XXX.

## GYMNOSTOMVM HEIMII.

*Gymnostomum Heimii* trunco recto, foliisque spatulato acuminatis, ad apicem denticulatis; thecis oblongis erectis; operculo oblique rostrato.

*Explicatio Tab. XXX.*


- Fig. 1. Plantula mascula }  
 2. Plantulae femineae } naturali magnitudine.  
 3. Plantula mascula; ad augmentum I.  
 4. 5. Plantulae Fig. 2. ad idem augmentum.  
 6. Folium commune; augmento III.  
 7. Folium Perigonii masculi cum genitalibus et corpusculis succulentis; ad augm. IV.  
 8. Calyptra seorsim; augmento III.  
 9. Vaginula cum particula pedunculi, residuis duobus genitalibus; altero fecundato, altero sterili; eodem augmento.  
 10. Operculum seorsim; augmento III.  
 11. Theca deoperculata; secundum augmentum III.  
 12. Semina; ad augmentum IV. et  
 13. ad augmentum V.



D. H. B. del.

GYMNOSTOMUM Heimii.

*Botanica Heimii B. E.*



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS semuncialis simplex, erectus, inferne ruber.

**RADICES** primordiales basiferae validiusculae, simplices ramosaeque fusco-rutilantes; succedaneae, coma brevis, densa, fusca, cum ad basin *Fig. 5*, tum per longitudinem inferioris trunci inter folia erumpens *Fig. 3. 4.*

**FOLIA** e paulo angustiore, truncum semiamplexante basi lanceolata, ad apicem, maioribus augmentis praedita, denticulata *Fig. 6.* adpressa *Fig. 3. 4. 5.* amoene viridia; infimis decoloratis. Ductulorum fasciculus validus, veteranus coloratus: rete expansionis areolis angustis, *Fig. 6.*

**FLOS masculus** de summitate trunci in rosulam explanatus, intima folia perigonia habet e lanceolato quasi cuspidata; ductulorum fasciculo reticuloque admodum laxo instructa, e luteo viridantia *Fig. 7.* Genitalia exigua, cylindrica, viginti circiter, intermixtis corpusculis succulentis inferne filiformibus articulatis, superioribus binis articulationibus oblonge, summo in sphaerulam ampliatis, *Fig. eadem.* *Femineus*, quoque e summitate trunci erumpens exemplaribus ad me missis non intererat: aliquatenus tamen e *Fig. 9.* coniiciendus.

**VAGINULA** oblonga, altero latere arcuata, fusco rutilans, *Fig. 9.*

**CALYPTRA** paulo profundioris coloris, longa angustata, vasculis longitudinalibus, transversalibus non manifestis, notata. Lateraliter finditur atque secedit *Fig. 4. 8.*

**PEDUNCVLVS** modice longus, iuuenis-totus dilute luteo viridans; circa maturationem inferne eleganter rubet, sub theca incrassatur, *Fig. 4. 5.* Nonnunquam duplex intra idem Perigonium e duobus genitalibus femineis impraegnatis, simul promotus; nonnunquam vno restitente in primo abinde grossificationis statu ad alterius suae thecae maturationis stadium usque. *Fig. 9.*

**THECA** oblongo-ouata, maturitate e luteo fuscescit, *Fig. 5,* apertura linea profundiore cincta *Fig. 11.*

**OPERCVLVM** e viridi luteum, ad maiora augmenta inferiore conuexa parte eleganter reticulatum, oblique rostratum est. *Fig. 10.*

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** nullum.

*Gymnostomum Heimii*. TAB. XXX.

SEMINA maiuscula fuscescentia, Fig. 12. 13.

**LOCVS:** Prope Spandauiam ad fossam septentrionem respicientem, ante aliquot annos reperit amicissimus HEIM, olim huius inprimis classis vegetabilium sectator indefessus, nunc Berolini Consiliarius Aulicus practicis occupationibus celebris, cuius insigni benevolentiae erga me debeo hanc speciem disquirendi oportunitatem.


**TEMPVS:** Incunte vere floret; vigente opercula decutit.

**DVRATIO:** Perennare suadet coma radiculosa, supra imam basin protrusa.

Proxime a *Gymnostomo truncato* distare hanc speciem, facillime quilibet primo aspectu augurabitur: omnino tamen distinctam esse ab illo, praeter comam radiculosam trunci et multo angustiora spatia areolarum reticuli foliorum demonstrant horum directio, et vaginulae, calyptrae, pedunculi, thecae, protensionisque operculi cum illius harum partium Tab. V. exhibitarum, comparatio.




ANALVS RVLIVS  
PARISIENSIS RVLIVS



D. Hering del.

TIMMIA *megacelitana*.





## Tabula XXXI.

### TIMMIA MEGAPOLITANA.

*Timmia megapolitana*; erecta, foliis lineari-lanceolatis, ferratis, parvulis, theca cernua, operculo conuexo centroque depresso.

#### CHARACTER GENERIS.

*Peristoma duplex. Externum*, dentes 16 acuminati. *Internum*, processus e membrana articulati, extremitatibus coniugatis.

*Masculi flores* monoici, gemmiformes, pedunculati, alares.

#### Explicatio Tabulae XXXI.

- Fig. 1. Planta bi- aut triennis, cum theca feminali deoperculata; naturali magnitudine.
2. Eadem aucta; ad numerum I.
3. Particula summitatis, masculis floribus onusta; eodem augmento.
4. Flos masculus seorsim, residuo intimo folio perigoniali; auctus numero III.
5. Folium perigoniale exterius; ad idem augmentum.
6. Genitalia mascula, quorum tertium sperma impraegnans eructat, cum filamentis succulentis; augmento IV.
7. Genitalia feminea; ad augmentum III.
8. Folium perigoniale intimum; eodem augmento.
9. Operculum; augmento I.
10. Dens peristomatis externi; secundum augmentum IV.
11. Peristoma internum, cum particula thecae, dentibus detrusis; itid. augm. IV.
12. Particula interni peristomatis; augmento V.
13. Semina; ad augmentum IV.
14. Semina; ad augmentum V.



**T**RUNCVS primordialis simplex erectus; vix generationis actu celebrato, in continuationes et communiter duas, tres, imo quatuor, abit, quae circa thecae feminalis ab inde maturationem, maxima pro parte nunc consumtis illius foliis, radicales emittunt floridae, sive obruto tunc trunco pristino quisquiliis, inundationibus ventisque illatis, nova subsequente anno sistunt indiuidua. Prolongationum istarum superficies externa ad florum masculorum usque confinia, etiamnum e fusco rubet; *Fig. 3.*

**RADICES** primiceriae valentiores sunt succedaneis illis, successive demum de omni trunci superficie, et maxime e foliorum alis, protrusae. Neque tamen istae adeo densa coma adsunt, ac quidem in nonnullis congeneribus reperiuntur; quandoquidem saepius non solum extremitas fasciculi ductulosi foliorum inferiorum dissoluitur elongaturque in radices, *Fig. 2. a.* sed etiam ductuli ab hoc in paginam folii ablegati, consumta eius expansione membranacea, in sic dictas fibrillas radicales abeunt. *Fig. 2. b.* Ceterum ista organa nunc simplicia sunt, nunc diuisa; color minus rutilans, ac trunci.

**FOLIA** lineari lanceolata, serrata, lenissime undulata, patentia, senio recarua, amoene viridia. Ductulorum fasciculus eximius, pallidius virens in iunioribus, rete densum. Inferiora decolorata. *Fig. 2.*

**FLOS masculus**, gemmiformis pedunculatus, alaris, ternus, quaternus, verticillatim summitati circumpositus, *Fig. 3.* folia perigonialia ouato-concaua, ad apicem serrata *Fig. 4. 5.* genitalia decem, gracilia pallidissime virentia habet; filamenta succulenta longa. *Fig. 6.* Flos femineus in eadem stirpe, cum masculis floribus interfitus, nec non summitatem occupans, perigonialia foliola lanceolata, ad basin usque serrata, *Fig. 8.* genitalia sex *Fig. 7.* de summitate *Fig. 2.* depromta, offert: filamenta tenerrima albissima.

**VAGINULA** oblonga e viridi fuscilla.

**CALYPTA** longa, vix e foliis emergens fuscescit, lateraliter finditur seceditque.

**PEDUNCVLVS** modice longus, maturitate rubicundus, vix tortilis.

**THECA** ouata, cernua in apophysi angusta, matura e virente fusca fit. *Fig. 2.*

**OPERCVLVM** exacte conuexum, media arca lutescens, tenerior reticulo aequali, centro in foveolam deprimitur; basis rubicunda; lenissime striatum est. *Fig. 9.*

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** duplex. *Externum*, dentes sedecim latiusculi, acuminati, transuersim striati; summitate lutescentes abinde rutilantes, decedente operculo reflexiles. *Internum* e membrana, vix sulcata, processibus perforatis, apice communiter biugis, nonnunquam simplicibus appendiculatisque ad articulationes, constat: totum eleganter luteum. *Fig. 11. 12.*

**SEMINA** minutula, pro plantae ratione; viridantia.

TEMPVS. Ineunte vere florere videtur, opercula vero aestate subsequenti anni deiicit.

LOCVS. Denso cespite nascitur in prato paludoso turfoso, Carice ditato prope oppidum Malchin ducatus megapolitani, vulgo incolis pascuum montis Lala dicto. Inde et a perennandi modo per continuationes sui, patet; hunc muscum etiamnum depressioribus iis locis id praestare beneficium, vt sensim sensimque fertili terra assurgant, sive tandem minus obnoxia inundationibus reddat.

NOMINIS RATIO. CL. TIMM, Consul apud Malchineses meritissimus simulque vegetabilium cuiusque generis in illis terris prouenientium indefessus indagator, primus singularem hanc speciem ibidem detexit, mihiq; cespitibus recentibus transmissis, eandem vbertim disquirendi fecit copiam. Quare aequum omnino erat, nouo sic generi reperto, nomen optimi inuentoris impogere. Quod triuale concernit, equidem perbelle teneo vanitatem illorum, quae a loco, provincia, aut regione quadam desumuntur. Indicare autem hoc meo volui locum, de quo omnium primo in publicum prodiit.

TAB. XXXI.

1.	Stylus...
2.	Stylus...
3.	Stylus...
4.	Stylus...
5.	Stylus...
6.	Stylus...
7.	Stylus...
8.	Stylus...
9.	Stylus...
10.	Stylus...
11.	Stylus...
12.	Stylus...
13.	Stylus...
14.	Stylus...
15.	Stylus...
16.	Stylus...
17.	Stylus...

## Tab. XXXII.

## BARBVLA CONVOLVTA.


*Barbula convoluta*, foliis communibus lanceolatis; perigonialibus obtusis, in cylindrum convolutis.

*Mnium setaceum* antheris (capsulis) erectis, operculis filiformibus, longitudine antherarum (capsularum) LINN. Spec. plant. 1575. 7. Syst. Nat. 946. 8.

*Bryum stellare nitidum pallidum*, capsulis tenuissimis DILL. Musc. 381. t. 48. Fig. 44.

## Explicatio Tab. XXXII.


- Fig. 1. Masculae plantae } naturali magnitudine.  
 2. Femineae plantae }  
 3. 4. Individua mascula Fig. 1. } aucta numero I.  
 5. 6. Individua feminea Fig. 2. }  
 7. Folium de inferioribus } ad augmentum III.  
 8. Folium de superioribus }  
 9. Folium flori masculino proximum; eodem augmento.  
 10. Folia perigonii masculi; *b.* intimum, genitalia duo et filamenta succulenta comprehendens; eodem augmento.  
 11. Folium perigonii feminei exterius } augmento IV.  
 12. — — — intimum; }  
 13. Genitalia feminea in summitate continuationis; ad idem augmentum.  
 14. Perichaetium et vaginula; ad augmentum III.  
 15. Summa particula thecae, cum peristomate; augmento IV.  
 16. Semina; ad idem augmentum.  
 17. Alia; ad augmentum V.



BARBULA *selacea*

*Barbula convoluta* Hedw.

L. H. Selby del.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis, simplex, vix semuncialis, mox, defunctus generandi per florem negatio, *femineus* duas, tres, quatuor imo quinque protrudit sui continuationes, communiter proxime ad florem *Fig. 6.* aut aliquas ab eodem paulo remotius, *Fig. 5:* *masculus* vero vnicam saltem *Fig. 3,* raro duas *Fig. 4.* Iste igitur minus diuisus est illo. Prolongationes istae, theca ex antecedente flore vix medium grossificationis stadium indepra, florent radicantque, tempestate vel habitationis loco paulo madentiore, *Fig. 5.* Hinc densitas cespitum, et thecarum maturarum, grossificantium, florumque perpetua praesentia. Superficies trunci rubra, maxime masculi.

**RADICES** principales tenerae, minus tamen succedaneis, tomenti forma e foliorum alis aut vasorum fasciculo corruptorum foliorum, copiosius in loco madido quam sicco, erumpentes, *Fig. 5. 6.* e fusco rutilant.

**FOLIA** angusta, lanceolata *Fig. 7.,* summa seu floralia, e basi latiori carinata. Inferius laxe disposita, lurida, ductuum fasciculo rubente; in summitate conferta, reflexa, quasi stellata; feminarum e lutescente viridia *Fig. 5. 6.* fasciculo dilutiori, validiusculo.\*) Siccitate adprimuntur, contorquentur.

**FLOS masculus,** capitulum in summitate, foliis septus, e latissima basi in longum subulatum apicem excurrentibus, *Fig. 9.* Perigonialia foliola cordata, concava, terna quaternaque fasciculo vasculoso instructa, *Fig. 10.* Genitalia decem minutula filamentis succulentis, extremitate obtusiusculis, stipata *Fig. ead. b.* *Flos Feminus* in summitate trunci eiusque continuationum, tria quatuorue foliola perigonialia habet, ampla, in cylindrum conuoluta, summitate obtusa, dilute virentia tenerrimeque reticulata absque fasciculo; intimo longissimo, *Fig. 11. 12.* Siltunt ista subinde notabile sic dictum perichaetium Dillenii, *Fig. 14.* cuius vnus primusque WEIS, quantum scio, meminit. Genitalia huius sexus cuius flori insunt octodecim, *Fig. 13.* paucissimis, breuioribus filamentis succulentis ditata.

**VAGINULA** oblonga, virens summo margine fusca. *Fig. 14.*

**CALYPTRA** longa e luteo fuscilla, apice fusco; lateraliter fissilis fecedensque.

**PEDUNCVLVS** magis minusque longus gracilis, dilute viridis *Fig. 5. 6,* circa maturitatem in fuscillum vergens colorem,\*\*) et valde tortilis, tempestate sicca; hinc hygrometricus.

## THECA

\*) Hunc in pilum, extra apicis limites protensum, veluti CL. WEIS, *Plant. crypt. p. 207,* perhibet, ne in speciosis quidem recentibus cespitibus e Ducatu Megapolitano communicatis animaduertere potui. *Fig. 5.* siltit indiuiduum ex ipsis his depromptum; *Fig. 6.* vero aliud de speciminibus ex Anglia acceptis; maxime ideo, vt pateat foliorum summarum de loco natali pendens, figurae diuersitas.

\*\*) Rubrum purpureumque vetustate perhibent auctores, quod ne decrepitae quidem in meis cespitibus habebant. Esse tamen posse, suadet trunci color.

**THECA** erecta, gracilis, viridis; maturitate livido-fusca, alterius lateris arcu tantillum maiore.

**OPERCULVM** longum, subulatum, modice arcuatum, croceum, subinde fuscum, *Fig. 5.*

**ANNVLVS** nullus.


**PERISTOMA** filamenta longa tenerrima, crocea, repandis spiris ascendentia; itaque in funem longum contortum, *Fig. 15.* Quare, cum operculum valde angustum sit, saepius theca integra de summitate pedunculi fcedere videtur, praeprimis ingruente circa maturitatem tempestate sicca.

**SEMINA** perquam minutula, tenerrimum impalpabile pollen referentia, dilucissime fuscilla; ad maxima augmenta albida.

**LOCVS;** ad aggeres fossas, inque muris habitat; In denfos cespites abit, continuis sui prolongationibus. Neque infrequens est nonnullis regionibus; cum vero pro diuersitate harum, diuersam faciem indueret eius herba genuinusque character speciei neglectus sit ab enumeratoribus stirpium; vnus vero Weiffius eundem perperam e *foliis pilosis subulatis* componi perhiberet; haud alienum visum est, hic hanc speciem ab omni dubitatione vindicare.

**TEMPVS.** Omni tempore flores promere credibile est; thecas autem praeprimis circa ver maturari, referunt auctores. Certe in cespitibus ad me mense Nouembris superioris anni missis, plures pedunculi suis thecis orbati erant, alii maturas sustinebant; his intererant pedunculi calyprato apice nunc e perichaetio emerfi mediaeque altitudinis, nec non omnium continuationum summitates genitalibus defloratis.

**DVRATIO et VSVS:** Omnino perennis est. Continuis vero sui innovationibus, continuo assurgit cespes, atque consumptione veteranorum truncorum non solum, aliis procerioribus vegetabilibus alibilem terram praeparat, sed insuper obuolitantem humum colligit, sicque id boni praestat, vt, simul illatis illorum seminibus ibique exclusis, satis nutrimenti praesto esset, quo denique vili musco obductus locus, in accomodatorem oeconomicis vsibus commutaretur.



D. Hedwig del.

DICRANUM latifolium.

*Dicranum latifolium* Brid.





---

*Tab. XXXIII.*

**DICRANVM LATIFOLIVM.**

*Dicranum latifolium*, erectum, foliis oblongo dilatatis concavis,  
pilo breui terminatis, theca cylindrica recta.

---

*Explicatio Tab. XXXIII.*

- Fig. 1. Mascula planta } naturali magnitudine  
 2. 3. Plantae femineae. }  
 4. Planta Fig. 1. }  
 5. Planta Fig. 2. } aucta ad numerum I.  
 6. Altera Fig. 3. }  
 7. Folium e superioribus cum particula trunci cohaerens; ad augmentum III.  
 8. Genitalia mascula cum clavis succulentis; augmento IV.  
 9. Calyptra ante thecae grossificationem; augmento I.  
 10. Thecae de Fig. 5. pars superior cum peristomate; ad augmentum IV.  
 11. Peristomatis dentes duo; secundum augmentum V.  
 12. Semina ad augmentum IV.  
 13. item; praesentata augmento V.
-

*DICRANVM LATIFOLIUM.*  
**HISTORIA ANALYTICA.**

---

**T**RUNCVS primordialis brevis, erectus, simplex *Fig. 5.* demum, praeprius non florens primo stadio, prolongationes duas, tres *Fig. 6.* imo quatuor promouet radicales: in masculo vnicam, flore gemello secundam *Fig. 4.* reperi.

**RADICES** mediocres, simplices, diuisae, fibrillosae, fuscellae.

**FOLIA** basilaria ouato-apiculata, media oblonga, suprema longissima in extremitatem dilatato-lanceolatam excurrentia, breuique piliformi processu vasculosi fasciculi notata, *Fig. 4. 5. 6. 7.*

**FLOS masculus** *Fig. 4.* genitalia plura continet, suetae figurae, clavis articulatis citrinis numerosis interpositis *Fig. 8.* *Femineus* inter mea exemplaria non aderat. Vterque tamen summitatis trunci aut prolongationis productio.

**VAGINULA** oblonga, dilute fusca.

**CALYPTRA** inferne lutescens, summitate fusca, *Fig. 9.*

**PEDUNCVLVS** modice longus, tantillum flexuose adsurgens, rubens. *Fig. 5. 6.*

**THECA** oblonga recta, teres, e fusco in rutilantem colorem vergens. *Fig. 5. 6.*

**OPERCVLVM** e conuexitate subulatum, obscurioris coloris, apice profunde fusco *Fig. 6.*

**ANNVLVS** nullus.


**PERISTOMA** simplex; dentes sedecim, basi tantillum connexi, bifidi, albidus, lineis transuersis paulo obscurioribus picti. *Fig. 10. 11.*

**SEMINA** exigua viridantia *Fig. 12. 13.*

**DVRATIO.** Perennare hanc speciem, plantae *Fig. 4. 6.* exhibitae, docent.

**LOCVS.** Singulari beniuolentiae beati a LINNE', magni LINNAEI filio debeo hunc muscum, qui mihi vix ex itinere redux pauca hic delineata indiuidua vna cum nonnullis aliis Sueciae Lapponiaeque indigenis miserat, nomine *Mnium lutescens. Ex America septentrionali.* Gratae memoriae causa hic palam fateor, praematuram eius mortem me eo magis tenaciusque affectum tenere, quo plura de eius amicissima in me propensione et singulari in amplificandae scientiae vegetabilium ardore ex eius penu ad me redundatura erant, illo superstiti, emolumenta. *Molliter cubent ossa OPTIMI.*

---




PHASCUM nitidum

*Phenidium nitidum* BE

*D. Botani del.*

1027



*Tab. XXXIV.*

## PHASCVM NITIDVM.

*Phascum nitidum*, humile, foliis subulato carinatis, subfasciatis.

*Explicatio Tab. XXXIV.*

Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.

2. Plantula florida

3. Plantula deflorata

4. — theca calyptrata, continuationem euixa

5. Planta theca gemella

6. Planta theca decalyptrata.

7. Folium inferius

8. Folium medium

9. Folium perichaetiale

10. Summitas plantae florida, genitalibus femineis, emicantibus

11. Summitas trunci cum vagina et theca calyptrata; secundum augmentum IV.

12. Semina; ad idem augmentum.

13. Alia; ad augmentum V.

aucta num. II.

augmento IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS perquam exilis, simplex, innouans, et mature quidem simplici vix duplici continuatione; *Fig. 4.* subpellucido-striatus, e luteo fufcescens, basi rutilans est.

**RADICES** tenerrimae simplices diuisaeque, dilutissime fuscellae.

**FOLIA** de latiuscula basi continuo angustata, tenerrima, splendentia virore lutescente: vasculoso reticulata; fasciculo principali tantillum de basi adscendente, euanido, *Fig. 7. 8.* perichaetialibus e latissima basi longissime acuminatis. *Fig. 9.*

**FLOS.** *Masculum* non vidi; vt pote plantulis nostris maxima pro parte in maturationis stadio repertis. *Femineus* in summitate trunci aut continuationis, genitalibus tribus dilutis. *Fig. 10.*

**VAGINULA** pyramidata, viridans, ad oram rutilant. *Fig. 11.*

**CALYPTA** exigua, pallida; summitas fuscilla lateraliter fissilis secedensque.

**PEDUNCVLVS** breuis, rectiusculus, pellucens; vasculis flexuose adscendentibus; color dilutissime e viridi lutescit.

**THECA** ouata, erecta in summitate trunci; nonnunquam lateralis visitur *Fig. 4.* gemellaque *Fig. 5;* matura e fusco leniter rutilat: apice pellucido lutescente instructa. *Fig. 6.*

**SEMINA** rotunda, pro plantulae ratione modice magna, fusca, *Fig. 12. 13.*

**TEMPVS** Iunio Iulioque thecae maturantur.

**LOCVS.** Cum olim Chemnitii tenus viam publicam inter *die Kappel* et *Schoenau;* tum et praeterito anno in neglecta via pineti lindenthalensis reperi; vtrobique solo glareoso humido.




PHASCUM *subulatum*.

Dr. Hill's bot.

*Phascidium subulatum* BE





*Tabula XXXV.*

PHASCUM SUBVLATVM.

*Phascum subulatum* foliis lanceolato linearibus patulis; summis e  
latiuscula basi subulatis, rigidis, SCHREB. Phasc. p. 8.

*Phascum subulatum* acaule, anthera sessili, foliis subulato fetaceis patulis LINN.  
Sp. pl. 1570. Syst. Nat. OED. Dan. t. 249. I.

*Sphagnum acaulon trichodes* DILL. Hist. Musc. 251. t. 32. Fig. 10.

*Muscus trichodes minor* acaulis, capillaceis foliis VAILL Par. 128. t. 29. Fig. 4.

*Explicatio Tabulae XXXV.*

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.
2. Plantula nunc deslorata; augmento II.
3. Plantula bifida, theca altera matura; altera grossescence calyptrata; augmento eod.
4. Folium commune inf. }  
5. Folium perichaetiale } augmento III.
6. Flos masculus cum folio, cuius alae in trunco infederat; augmento IV.
7. Alius, flos masculus breuissimo pedunculo instructus. }  
8. Folium perigoniale interum } eodem augmento.  
9. Genitalia mascula. }
10. Rudimentum thecae calyptratum, primo grossificationis thecae stadio; ad aug.  
mentum III.
11. Theca matura cum pedunculo et vaginula; itidem augmento III.
12. Semina; secundum augmentum V.
13. Alia; secundum augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS exilis, vnius alteriusque lineae, \*) vtplurimum simplex *Fig. 2.* laetius tamen nutritus, abinde circa summitatem bi- *Fig. 3.* trifidusque. Denique enixis feminulis obrutusque tunc maxima pro parte terra illata, continuationes sui saltem vnicam, saepius binas, rarius tres, proxime adsummitatem, promouet, iamtum ante florescentiam basi radicanes. \*\*) Tantillum flexuose adscendens, erectus, coloris ad basin fuscilli, abinde in flauum vergentis est.

**RADICES** diuisae tenerrimeque fibrillofae, magis minusue rubent; denique etiam e rudimentis foliorum imorum consumptorum, nec non superstitum alis, aliae egrediuntur succedaneae *Fig. 3.*

**FOLIA** inferiora e latiuscula, suo pro modulo, basi, continuo angustantur in mucronem *Fig. 4.* quam eorum figuram, lineari lanceolatam dicere placuit botanicis. Superiorum autem basis perpetim ampliata, penes summa, feminea genitalia et subinde thecae vaginulam ambientia definit in longum rigidum setaeformem processum, de vasculorum fasciculo protensum. Illa sparsa patent, nonnunquam recuruata; ista conferta erecta, processibus nunc laxis incuruatis, *Fig. 2.* nunc vnum latus spectantibus *Fig. 3.* Color omnium e viridi lutescit; inferiorum sordidus.

**FLOS masculus** in foliorum alis gemmitormis *Fig. 2. a. a. a. Fig. 3. b. b. b.* et seorsim magis aucti *Fig. 6. 7.* e duobus aut tribus foliis breuioribus cordatis et quatuor longioribus acuminatis *Fig. 6. 7.* concavis, vasculoso reticulatis, absque fasciculo *Fig. 8.* constat, intimum tenentibus sex ad octo genitalibus, *Fig. 9.* **Feminei** floris genitalia quatuor, filamentis succulentis ditata *Fig. 10.,* foliis maximis praecedente §. descriptis, concluduntur.

**VAGINULA** oblonga, inferiora versus ventricosa, flaua, ad aperturam fulcescit.

**CALYPTRA** exigua, vasculoso striata, flauescens acumine rubicundo *Fig. 10. 3.* Lateraliter finditur \*\*\*) seceditque.

**PEDUNCVLVS** brevis, validiusculus, reclusus, e luteo dilutissime virens, *Fig. 11.*

## THECA

\*) Reperi tamen aliquando in solo fertiliori, ac quidem inhabitare consuevit, caespitulos plantulis sex linearum confitos.

\*\*) Hoc qui experire cupit, caute particulam de caespite, altius euulso, eluare oportet.

\*\*\*) Quam CL. NECKER in deliciis Gallobelgicis p. 440. t. 1. *Fig. 1.* in plures diuisam lacinulas obseruauit, nobis nunquam obuiam fuit.

THECA immatura similis fere cum pedunculo coloris, maturitate flava fit; figura ouata cum acumine obliquo dilutiori.

OPERCULVM nullum.

SEMINA, perquam exigua flavescentia *Fig. 12. 13.* vel corruptis demum thecae membranis, vel integra hac de suo pedunculo decedente, e foramine inferne sic facto, liberioris aeris commotionibus patent.

TEMPVS. Sub finem aestatis floret, Thecae autem Maio Iunioque subsequente anni iamtum maturae sunt.

LOCVS. Vulgaris est species, praesertim ad aggeres, vias orbitasque neglectas, in solo argilloso. Ego vero cognitam sic cuique horum vegetantium conquisitori, maxime praecedentis speciei causa paulo curatius excitavi, ne increduli et microscopicam lustrationem spernentes, aliquando illam pro huius tantum varietate venditent, aut plane negligant.

DVRATIO. DILLENIVS suspicabatur annuam vitam agere. Ex illis vero §. I. dictis iam patet, et hanc speciem perenni vita, sed occulte, frui.



## Tab. XXXVI.

## POHLIA ELONGATA.

*Pohlia elongata*, trunco erecto, foliis lineari lanceolatis, thecis basi elongata.

## CHARACTER GENERIS.

*Peristoma duplex*. Externum dentes 16. Internum membrana sedecim-denticulata.

*Flores e summitate trunci dioecii; masculus capituliformis.*

*Explicatio Tab. XXXVI.*

- Fig. 1. Plantulae masculae.  
 2. Plantulae femineae thecigerae; naturali magnitudinis.  
 3. Planta florens mascula; secundum augmentum I.  
 4. Planta mascula effoeta, quae absoluto primo officio, continuationem de centro floris promovit; eodem augmento.  
 5. Planta feminea, theca operculata maturitati proxima; ad augmentum I.  
 6. Planta feminea; theca matura deoperculata, continuationibus tantisper promotis; eodem augmento.  
 7. Folium e superioribus; auctum numero III.  
 8. Folium perigoniale masculi floris; ad augmentum III.  
 9. Genitalia mascula.  
 10. Particula thecae deoperculatae cum eius duplici peristomate; augmento III.  
 11. Dentes duo peristomatis externi seorsim; secundum augmentum IV.  
 12. Particula peristomatis interni cum suis denticulis; ad idem augmentum.  
 13. Semina, augmento IV. et  
 14. alia augmento VI. exhibita.




POHLIA elongata

*Weberia elongata* Schip

W. Schip del.

W. Schip sc.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS duarum triumque linearum recta aut parum flexuose erectus: quamvis demum theca matura, continuationes plus vna circa summitatem emittat, *Fig. 6.* grossificationis tempore semper simplex reperitur. Iste enim haud pridem de principali trunco emerfae, radices agunt, quibus ipsi sibi nutrimentum conquirunt, pereunte et putredine consumto postmodum illo veterano. Superficies externa iunioris virens, mature in rubrum colorem transit.

RADICES primordiales admodum tenerae, ramificatae, rutilantis coloris, circa florescentiae stadium iam induratione ad officium vltro praestandum inertes fieri videntur; quare vel de foliorum inferiorum consumtorum rudimentis, *Fig. 4. 6.* vel ex horum alis *Fig. 3.* alias, longe tenerimas, vel denique paulo supra basin *Fig. 5.* similes prioribus, interim protrudunt.

FOLIA inferiora minuta lanceolata, diffusa, vetustate decolorata, summa conferta, lineari lanceolata, virentia. Vasculoso fasciculo instruuntur; qui in his saepe circa apicem in merum reticulum, reliquae paginae similem, finitur. *Fig. 7.*

FLOS *masculus* capituliformis in summitate trunci, *Fig. 3.* e foliis ovato-acuminatis, concavis *Fig. 8.* et genitalibus decem, filamentis succulentis tantillum longioribus intermixtis componitur. *Femineus* etiamnum similis congenerum.

VAGINULA oblonga fusca, ad aperturam rubet.

CALYPTRA longa straminea, a latere finditur.

PEDUNCULVS recta ascendendo gracilescens demumque summa particula incrassata, attenuata parte in arcum tenditur a thecae turgentis pondere, *Fig. 5.* quae exonerata post casum operculi, maxima demum pro parte restituitur, *Fig. 6.* Inferne rubet, superiora versus flavescens; tortilis non est.

THECA adulta operculata, oblonga, lageniformis, arcu inferiora spectante contractiore, ex incurvatione pedunculi, et tantillum curvato collo, ad angulum rectum inclinata pendet *Fig. 5.* euacuata post casum operculi, contracto sub apertura, inferiore arcu, ad angulum obtusum recedit, *Fig. 6.* Anterior capacior portio, non plane duas tertias totius aequans, ovula concludit; posterior angustata contextu celluloso facta est deincepsque sulcata fit. Color maturae nunc e flavo-viridante, vel fuscello, rutilat; orae circumducta linea profundiori.

OPERCULVM convexum cum mamilla acuta de centro exprorecta, e dilute fusco in rubellum colorem vergit. *Fig. 5.*

ANNULVS nullus.



**PERISTOMA** *externum* e dentibus sedecim acutis albidis; lineis transversim opacioribus pictis, reflexilibus, constat, *Fig. 10. 11.* *Internum* efficit membrana dilutius colorata, admodum tener pellucensque, reticulata, de qua processus sedecim simplices exporrecti, summitatibus conniuent, *Fig. 10. 12.*

**SEMINA** exigua admodum, matura luride viridantem colorem ostendunt. *Fig. 13. 14.*

**LOCVS.** Mihi olim Chemnitii in Saxonia solummodo ad viam cauiam prope lapidiciniam senatus in sylua *Zeisigwald*, inter alios muscos depressiores, disgregatim obuiam iuit. Accepi a utem etiam speciosa specimina ab optimo **EHRHARTO**, procul dubio in hercynicis syluis lecta.

**TEMPVS.** Vere floret; et femina initio aestatis maturat.

**DVRATIO.** Quamuis truncus enixa feminali prole, pereat consumaturque, perennat tamen continuationibus sui quotannis innouatus.

Gratae memoriae ergo amicissimi Dn. D. **POHL**, Lips. Prof. Bot. et Facult. Medicæ assessoris, sic genus nuncupare placuit.






D. Holweg del.

MINIUM crudum.

Weberia cruda Schlegel



*Tabula XXXVII.*

M N I V M \*) C R V D V M.

*Mnium crudum*, trunco simplici, foliis inferioribus ovato-lanceolatis, fumis elongato-linearibus apice denticulatis; perigonalibus masculis intimis cuneiformi variis.

*Mnium crudum* antheris (capsulis) pendulis, calyptra recurva, foliis pellucidis  
 LINN. Spec. plant. 1576. n. 11. Syst. Nat. 947. n. 13.  
*Bryum pendulum* hornum molle, foliis et lanceolatis et gramineis. DILL.  
 Hist. Musc. 391. t. 51. Fig. 70.

*Explicatio Tabulae XXXVII.*

- Fig. 1. Planta florens }  
 2. Planta theca onusta. } naturali magnitudine.  
 3. Planta Fig. 1. }  
     a. Turio innouans } secundum augmentum I.  
 4. Planta Fig. 2. }  
 5. Basis folii e summo trunco; augmento III.  
 6. Apex eiusdem folii; eodem augmento.  
 7. Flos mere masculus, perigonalibus foliis extimis resectis; augmento IV.  
 8. Foliolum perigoniale interius }  
 9. Foliolum perigoniale ex intimis } vtrumque a latere visum; augmento IV.  
 10. Flos hermaphroditus, impregnato genitali femineo, grossificationem iam inchoato; eodem augmento.  
 11. Flos mere femineus, residuo foliolo perigonalis; eodem augmento.  
 12. Particula annuli; numero IV. aucta.  
 13. Summa pars thecae cum peristomate, cuius dentes apices suos intro receperunt; secundum augmentum IV.  
 14. Particula peristomatis interni; eodem augmento.  
 15. Semina ad augmentum V.

\*) HEDWIGII Hist. Musc. frondos. P. 2, pag. 86.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS fertilis individui femuncialis, sterilis ad minimum duplo altior, simplex, e basi subterranea, emissio, sic dicto turione, *Fig. 3. a.* se innouat. Inferne atro rubens color, ascendendo diluor fit, crassescitque in summitate ad generationem paratus.

**RADICES** principales longae, simplices, raro ramosae, at fibrillofae tenerioribus successiuis copiose de foliorum inferiorum nodulis erumpentibus, magis ramosis: omnibus vtro rubentibus.

**FOLIA** inferiora minutula, inde remotiora visa, rubella, vasorum fasciculo profundius colorato. Ascendendo volumine aucta, hinc confertiora, amoene virent, superiorum fasciculo eiusdem, sed paulo profundioris coloris; ouato-lanceolata. Summa lineari-lanceolata.

**FLOS** *mere masculus*. in summitate trunci, folia perigonia habet quatuor ordinum, et totidem fere effigurationum. Exteriora e dilatata concaua fusco-lutescente basi in denticulatam lineari-lanceolatam formam protenduntur (*Fig. 4. basis, Fig. 6. apex*) Interiora e basi angusta in angulum vtrinque dilatata; vasorum fasciculo valido summitate denticulata paginam excedente, triangulato-erosa fiunt *Fig. 8.* Intima similis figurae, *Fig. 9;* sed acuminata summitate reticulata. Color aurantius. Extimorum quoduis quatuor genitalia tegit, numero abinde decrefcente ad rationem baseos.

*Mere femineus* praecedenti minus patulus, folia perigonia exteriora similia habet; interioribus, genitalibus viginti interspersis denique lineari-denticulatis, *Fig. 10* Filamenta succosa vtriusque breuissima.

*Hermaphroditus* haud raro occurrens, interioribus perigonalibus foliolis masculi femineique mixtis, feminea genitalia decem in disco, totidemque mascula in centro locata continet. *Fig. 11.*

**VAGINULA** oblonga rubens.

**PEDUNCVLVS** modice longus, ruber, superne arcum format, diluor coloris.

**CALYPTRA** pallida acumine fusco, lateraliter finditur a theca grossificata, plerumque inde apice sursum verso.

**THECA** oblonga, maturitate palide rubet et ex curuatura pedunculi saepius ad angulum rectum pender. *Fig. 4.* Huius cauitas duas circiter tertias de toto thecae volumine occupat; reliquo contextu celluloso repleto.

**OPERCVLVM** conuexum, vmbilicatum.

**ANNVLVS** tenuis. *Fig. 12.*

**PERISTOMA** *externum* dentes 16. coloris e dilute luteo in virorem tendentis. Reuerſi a repositione poſt operculi caſum, apices in interni interſtitia recondunt, ſicque filamentum deprimendo, *Fig. 13.* feminulis exitum faciunt. *Internum* membrana fulcata niuea, in proceſſus pyramidatos, ter quaterque perforatos, diuiditur, interpoſito cuique horum filamento ciliari ſimplici. *Fig. 14.*


**SEMINA** mediocria, leuia, fulceſcentia, *Fig. 13.* (inter proceſſus peristomatis interni) et *Fig. 15.* magis aucta.

**LOCVS.** vda montofa faxoſa amat: ad *Liebichenſtein* Penigii, *Lichtenwalde*, *die rotluſer Schlucht*, molendinum papyraceum circa Chemnitium in Saxonia, haud infrequens mihi obuiam fuit.

**TEMPVS** Maio aut inchoante Iunio floret, opercula vero vterulorum, fauente coelo, Iunio decidunt.

**DVRATIO.** Perennem eſſe, e §.1. patet.

Cum ob ſimilitudines nonnullas quae huic cum praecedente muſco intercedunt, facile a quibusdam ille huius varietas, niſi iam tacite habitus, haberi tamen poſſit, nec non ob diuerſitatem coniunctionis diſlocationiſque ſexualium in flore, huius hic analyſin ſimul adiacere placuit.



## Tab. XXXVIII.

## GRIMMIA\*) RECVRVATA.


*Grimmia recurvata*, foliis fetaceis, thecis pyriformibus in pedunculis arcuatim recurvatis.

*Bryum fetaceum* IACQV. Miscell. austr. T. II. p. 96. t. 12.

## Explicatio Tab. XXXVIII.

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.
2. Planta mascula
3. Planta theca calyptrata
4. Planta theca decalyptrata
5. Planta theca deoperculata, continuans.
6. Folium perigoniale masculi floris cum unico genitalium; ad augmentum V.
7. Folium perigonii feminei; augmento III.
8. Theca calyptrata, rostellum sursum verso; augmento II.
9. Theca euacuata, cum peristomate; secundum augmentum IV.
10. Vaginula, cum particula pedunculi; aucta numero III.
11. Semina; augmento IV,
12. Alia, augmento V.

\*) HEDWIGII Hist. Musc. frondosorum. P. II. p. 89. n. 8.




Dr. Hedwig del.

GRIMMIA recurvata.

*Seligeria recurvata* B.E.





Cucurbita AMPURIO

Pilea

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primitivus vix dimidiam lineam altus, erectus, simplex, circa finem gestationis innovationem sui ipsius moliens, si vna Fig. 5. plures ad summitatem facit continuationes, non tam ramosus quam potius fasciculatus adparet. Senex admodum fragilis.

**RADICES** perquam breves, rigidiusculas, rutilantes, ut plurimum simplices diuisasque, lamellis de Steatite quasi adglutinatas reperi.

**FOLIA** infima fere ouato acuminata, abinde lanceolata, reliqua longius producto fasciculo ductulorum; setacea, patentia, Fig. 5. summitatibus saepe vnum latus spectantibus. Fig. 3. 4. Fasciculi portio paginam excedens, densa rigidiuscula, inferius tenerascit quasi dissoluta.

**FLOS masculus** gemmiformis in foliorum alis, nonnunquam incrassatus capituliformem quasi emulatur Fig. 2. 3. Perigonii foliola duo aut tres, concava ouata cuspidata Fig. 2. 3. quorum vnicum seorsim magis auctum Fig. 6. genitalia exigua quatuor aut sex recondunt, filamentis succulentis pertenuibus fociata Fig. ead. \* *Femineus*, in summitate trunci aut prolongationis, intra perigonii foliola basi oblonga membranaceo-vaginante in setam quasi abeunte, Fig. 7. reposita habet genitalia quatuor, quoque filamentis tenuissimis paucis stipata. Fig. 10.

**VAGINULA** oblonga, inferne tantillum ventricosa, dilute fusca F. 10.

**CALYPTRA** similis, sed magis diluti coloris, a latere finditur, directionem cuspidis operculi seruant. Fig. 3. 9.

**PEDUNCVLVS** e luteolo-viridulus, iunior, primo recta ascendit, deinde arcum notabilem format; senescens fuscus fit, et siccitate erigitur torqueturque, madore illico pristinam figuram recuperans.

**THECA** immatura operculata, viridis pyriformis Fig. 3. 4. 8; maturitate deoperculata, fusca subrotunda, Fig. 5. 9.

**OPERCVLVM** e conuexitate-rostratum est; rostro tenui incuruato, nonnunquam etiam recuruato Fig. 8. Flauescens circa thecae maturitatem amoenissime circum basin rubet.

**PERISTOMA** simplex; dentes sedecim rubri acuti, transuersim striati, rigiduli. Siccati perquam fragiles fugacesque; hinc Ill. IACQVIN non visi. Equidem certe inter plusculos cespitulos exsiccatos, aegrius nonnullas thecas exacte maturas, peristomate illaeso, expiscare valui.

**SEMINA** exigua fusca iis inerant.

**LOCVS.** Gratus debeo elegantem hanc speciem minutulamque adeo quidem, ut omnino solitaria subterfugeret acutissimum oculum, Reuerendo Abbati a WVLFFEN, qui eandem ad Klagenfurth, in iugo saxi montis caluariae, Quarzo et Steatite mixtum reperit idemque tapetis ad instar obducere scribit.

**TEMPVS.** Ab ineunte vere in autumnum vsque continuo generare videtur. Intererant enim cespitulis meis plantulae cuiusuis stadii fructificationis.

## Tab. XXXIX.

## GRIMMIA APOCARPA.

*Grimmia apocarpa*, foliis ovato-acuminatis carinatis, perigonialium apice albo, theca oblonga in pedunculo brevissimo.

*Bryum antheris* (capsulis) sessilibus, terminalibus, calyptra minima LINN. Sp. pl. 1579. n. 1. Syst. Nat. 947. 1. Flor. dan. t. 460.

*Sphagnum subhirsutum*, obscure virens, capsulis rubellis. DILL. Hist. Musc. 245. t. 32. Fig. 4.

*Muscus apocarpos*, hirsutus, faxis adnascens, capitulis obscure rubris. VAILL. Par. 129. t. 27. Fig. 15.


## Explicatio Tab. XXXIX.

- Fig. 1. Planta ramosior et alia; naturali magnitudine.
2. Prior aucta; lente I.
3. Summitas masculo femineoque flore onusta; ad idem augmentum.
4. Folium commune;
5. Folium e superioribus
6. Folium extimum perigonii feminei. } augmento III.
7. Flos masculus
8. Folium perigonii masculi interius
- 8\* Folium simile intimum
9. Genitalia mascula } eodem augmento.
10. Genitale masculum seorsim; auctum num. IV.
11. Genitalia feminea.
- a. Folium perigoniale intimum; augmento IV.
12. Calyptra
13. Theca deoperculata. } augmento III.
14. Semina; ad augmentum IV.
15. item; ad augmentum V.



GRINNIA apocarpa

Grinnia apocarpa



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis brevis atque simplex, per continuas a flore femineo innouationes solitarias, duplices, imo triplices, variam ab vnciae sesquitertia ad duas longitudinem variasque diuisiones indipiscitur. Veteranus inferne saepe culus, nigrescens, fragilis, abinde continuo innouatus dilutius rubet.

**RADICES** paucas de basi sua emittit, neque adeo longas, diuisas tamen rutilantis coloris. *Fig. 2.*

**FOLIA** lanceolato-carinata, inferiora vetustiora decolorata, superiora obscure viridia, ductuum fasciculo satis valido instruuntur, illis rubello, his profundis virente. Summorum, florem femineum recondentium, basis amplior concaua, apex ex absentia parenchymatis albus, *Fig. 6:* saepe omnium ad vnum latus directus. Siccitate apprimuntur; madefacta viuacissime ultra naturales directionis limites reflectuntur, mox autem eo redeuntia.

**FLOS.** *Masculus*, gemmiformis in foliorum alis, *Fig. 2. a. a. a.* dum floret proximus femineo est *Fig. 3.* et nonnunquam quasi capitulum in summitate representat *Fig. 2. b.* Huius foliola perigonii quasi cordato-concaua *Fig. 7. 8.* intimo exfasciculato *Fig. 8.\** concludunt genitalia vel viginti, filamentis succulentis destituta *Fig. 9.* *Femineus* semper summitatem tenet. E foliolis perigonalibus tenerrimis exfasciculatis tribus vel quatuor et genitalibus sex, absque consortio filamentorum *Fig. 11.* componitur.

**VAGINULA** tuberculum viride rotundatum *Fig. 13.*

**CALYPTRA** minuta tenerrima, denique basi in aliquot lacinias fissa, praeualente tamen semper fissura, quae rostellum de operculo curuatarum respicit; color eius fuscus, *Fig. 12.* Vel theca matura, saepe tuba spermatophora, seu stylo munita, restat.

**PEDUNCVLVS** brevis.

**THECA** clausa oblonga, maturitate, deiecto operculo, contrahitur et subrotunda fit. *Fig. 13.*

**OPERCVLVM** conuexum cum rostellum exiguum incuruum, vix theca plenarie grossificata eleganter rubicundum, *Fig. 2.*

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** dentes sedecim e latiuscula basi acuminati, sanguinei coloris, transuersis lineis opacioribus picti sunt, *Fig. 13.*

**SEMINA** exigua fusca. *Fig. 14. 15.*

Locvs. Petras, praecipuis in depresso-ribus roridis locis fitas, inhabi-  
tat, rarissime super arborum truncos reperienda. Sicabunde mihi obuiam fuit  
Penigii ad *Liebichenstein*, et Rochsburgi, quae *Mulda* nec non ad *Lichtenwalde*,  
vbi Tschopauia praeterfluunt. Hic Lipsiae passim ad piscinam Lindenthalen-  
sem, ad pontem *bey dem Kuhthurn* et alibi occurrit.

TEMPVS. Autumno floret, vbi thecae ex praecedente florum im-  
pregnatione grossificatae e foliis emicant. Istarum opercula incunte vere ca-  
dunt.

DVRATIO. Aerumnosam quamuis vitam agat, vtpote paculum  
alibilis terrae, in saxo praecipuis duro exsucco, colligens; tamen per plures an-  
nos eandem protrahit.



D. Holweg del.

HEDWIGIA *ciliata*





---

*Tabula XL.*

**HEDWIGIA CILIATA.**

*Hedwigia ciliata*, trunco ramificato, foliis ovato-lanceolatis, concavis, apice diaphano denticulato, perigonialium ciliato.

---

*Hedwigia ciliata* EHRHART Hann. Magaz. 1781. St. 69. p. 109.

*Sphagnum nodosum hirsutum incanum*. DILL. Hist. Musc. 246. t. 32. Fig. 5.

LINN. Sp. pl. 1571. n. 1.  $\beta$ .

*Muscus saxatilis, tortuosus et nodosus*. VAILL. Paris. 128. n. 3. t. 27. Fig. 18.

---

*Explicatio Tabulae XL.*

- Fig. 1. Plantae naturali magnitudine.
2. Prolongatio de his depromta biennis, duplex prioris anni, cum theca vacua in diu-  
ricatione residua. Harum vtraque, thecam maturantem, prolongationemque sim-  
plicem, ad florescentiam vsque promotam, habet: dextra tantum in statu madido  
representata; ad augmentum I.
3. Folium commune; secundum augmentum III.
4. Flos masculus; ad augmentum idem.
5. Genitalia eius cum filamentis succosis; secundum augmentum IV.
6. Genitalia feminea; impregnato iam ad calyptrae solutionem fere promoti; eodem  
augmento viva.
7. Floris feminei folium perigoniale; ad augmentum III.
8. Calyptra; augmento eodem.
9. Theca operculo clausa, cum vaginula truncique particula; secundum augment. III.
10. Semina; augmento IV.
11. Alia; augmento V. exhibita.

HEDWIGIA CILIATA.  
HISTORIA ANALYTICA.

---

**T**RUNCVS primordialis simplex, vncialis circiter, absoluto quouis floris feminei officio, proxime sub eodem continuationem vel simplicem, vel geminam, *Fig. 2.* agit. Hinc annosus saepius perquam ramosus, et a residuis florum fructuumque inuolucris quasi nodosus fit. Profunde rubet istius basis nec raro caluescit; junioris color fere aurantius. Substantia firma, siccitate admodum fragilis.

**RADICES** primiceriae simplices ramosaeque, validae, obscure rubrae; succedaneae hinc inde e foliorum ramis solitariae, his similes.

**FOLIA** ouato lanceolata, concaua, suo modulo carnosae absque fasciculo, apice lenissime, ad maiora augmenta, denticulato, pulpa penitus destituto, mere membranaceo albo, *Fig. 3.* Hinc madore expansis amoeniusque coloratis foliis, iste diaphanus factus, ad oculum nudum disparet, *vid. Fig. 2. in ramificatione dextra*; demum in conspectum prodit, canitiemque plantae impertit, ubi siccitate et ipse apex contractior, itaque minus pellucens fit, et folia obscuriora facta, imbricatim trunco adprimuntur, (*veluti e Fig. eiusd. parte inferiore et ramificatione sinistra visitur*). Basis foliorum macula aurantii coloris ornata est. *Fig. 3.*

**FLOS masculus** e foliorum alis prodire consuevit gemmiformis, breui pedunculo innixus, *Fig. 4*; reperitur tamen etiam in summitate prolongationum. Constat foliolis perigonalibus sex, ouato-concauis, et genitalibus duodecim, cum filamentis succulentis acuminato-clauatis; superioribus articulis coloratis, inferioribus albis. *F. 5.* **Femineus** flos semper de summitate protruditur. Huius foliola perigonalia oblonge-ouata, etiamnum apicem habent membranaceo pellucens, denticulatum, notabiliorem communibus foliis, atque denticulis aequae ac apice ipso saepiuscule in cilia longa albissima protensis, *Fig. 7.* quibus sese illico manifestat istius sexus flos. Genitalia his concluduntur octo minima, filamentis longissimis argenteis sociata, *Fig. 6.*

**VAGINULA** conoidea viridans, aperturae margine croceo. *Fig. 9.*

**PEDUNCVLVS** breuis thecae concolor. *Fig. eadem.*

**CALYPTRA** exigua, aurei coloris, eleganter reticulata, in plures lacinias finditur. Tubus deferens, seu stylus, quasi tuberculo innixus, huic jungitur, *Fig. 8.* Irretita quasi ciliis perigonii, diu persistit, decussataque a tumida deinceps theca, saepe intra ista retinetur.

**THECA** ouata, primo viridis, maturitate aurantium colorem induit, margine ad aperturam profundiore, *Fig. 9.*

**OPERCVLVM** plano conuexum, centro tantillum eleuatiore sine acumine, *Fig. ead.*

ANNVLVS nullus.

PERISTOMA nullum, *Fig. 2. in diuaricatione.*

SEMINA dilute lutescentia, maiuscula, *Fig. 11.*: lente perquam augente considerata, e centro linea triplici albicante, dum speculo supposito radii in lomellam vitream reflectuntur, quasi triloba adparent, lobis opacioribus, punctulis pellucetioribus eleganter pictis. *Fig. 12.*

LOCVS et DURATIO. Saxa in montanis regionibus incolit, saepius numerosissima grege sibi implexa lateque diffusa in sterili adeo pabulari solo. Frequens est in Saxonia elatiore, praeprimis ad radices montium metalligerorum circuli Misnici. Imo etiam haud adeo procul a nostra Lipsia, Grimmae nimirum, in petris cis Muldam reperi. Arbores quoque inhabitare nonnulli auctores perhibent: ego vero neque iis in locis hoc reperire potui, ubi plantae nostrae prouentui liberalissimo vicinae erant vastae syluae, nec non horti annosistruncis proceriorum stirpium varii generis referti. Perennitatem eius, continuationes sui testantur.

TEMPVS. Autumno ineunte floret, et miro illo in adeo exili teneroque corpore vegetabili, ut Musci frondosi sunt, more, gestatione ultra anni spatium protracta; vigente vere denique dimisso operculo parit.

Cum haud infrequens, praeprimis per Germaniam, facilisque cognitionis sit haec praecedensque species, utraque fere aliena ab hoc opere videri posset. Ego vero credidi, vel ideo hanc suarum partium enucleationem exquisitiorem non superuacaneam fore, quo LINNAEI statutorum, qui hanc pro illius varietate venditauerat, pertinaciores, cum haud exigua celebritate, affectae, manibus sic nunc palpare possint, DILLENIVM et HALLERVM rite vtrumque pro specie distincta habuisse: imo EHRHARTVM meum loco adlegato rectissime docere, quod ipso genere ab inuicem discrepent.

Liceat adhuc hic sub calcem adnectere singularem in superficie foliorum huius Musci, non nisi maximis augmentis, detegendam fabricam et admirandam sane inde pendentem beneficam proprietatem pro sustentanda refocillandaque eius vita in loco adeo sterili exsucco. Papillis nimirum, seu potius vesiculis diaphanis omne eorum exterius planum dense obfitum est, quae spongiae in modum, auide adeo attrahunt humiditatem, ut, si plantulam penitus siccam pollice et indice basi sua surrectam teneas, et minimam aquae guttulam ibi imittas, haec illico adtracta, verticaliter ascendat de folio ad folium, vnde amoenissimo spectaculo sensim paulatimque vnum post alterum ad cacumina vsque, erigatur, expandatur, reflectituraque. En quale demum documentum summae Sapientiae, summae Prospicientiae, summae Benignitatis, qua vel vilissimum hunc quoque, per-mille secula ab omni genere humano praeteruissum Muscum beare voluit, rerum omnium

AVCTOR OMNIPOTENS!



# ERRATA.

## FASCICVLVS II.

Pag. 32. lin. 26. fig. 13.  $\mathcal{S}$  P. 35. l. 24. loco\*\* fac. II. \*\* P. 43. No. 10. ad Tab. XVI. pertinet. Sub No. 12. \* leg. 13. No. 13. leg. 14. N. 14. leg. 15. No. 15. l. 16. No. 16. l. 17. No. 17. l. 18. et 14. l. 15. No. 18. l. 19. No. 19. l. 20. et V. l. IV. adde No. 21. eodem augment. V. Et iuxta hanc correctionem etiam pag. 45. figurae citatae emendandae sunt.

## FASCICVLVS III.

Pag. 69. lin. 22. idem leg. itidem. P. 72. lin. 10. post membranacea fac. sic, et post emetiens. P. 75. lin. 27. operculo l. operculi. P. 76. lin. 2. Fig. 12. 13. l. Fig. 9. 10. P. 76. lin. penult. Annum l. Annuum. P. 81. lin. 7. praedita, l. conspecta.

## FASCICVLVS IV.

Pag. 102. lin. 8. vitro leg. atro. Pag. 106. lin. 9. paculum leg. pauculum.

DESCRIPTIO ET ADVMBRATIO  
MICROSCOPICO-ANALYTICA  
MVSCORVM  
FRONDOSORVM

NEC NON  
ALIORVM VEGETANTIVM  
E CLASSE CRYPTOGRAMICA LINNAEI  
NOVORVM DVBIISQVE VEXATORVM  
*TOMVS SECVNDVS.*

---

GEORGIO III.

M. BRITANNIAE REGI POTENTISSIMO

CONSECRATVS.

---

AVCTORE

D. IOANNE HEDWIG

P. P. E.

SOCIETATIS REG. SCIENT. LONDINENSIS MEMBRO; HONORARIOQVE PHYSIOPHILORVM BEROL.  
ET OECON. LIPSIENSIS.

---

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO I. G. MÜLLERIANO  
MDCCLXXXIX.

DESCRIBITIO ET ALPHABETUM  
MICROSCOPIO-ANALYTICO

# FRONDOSORVM MUSCORVM

REC. NON

ALIORVM VEGETATIVVM

E. CLASSE CRUYTOGAMICA LINNÆI

MONITORII HORTIC. VEGETORVM

TOMVS SECVNDVS

# GEORGIO III.

M. BRITANNIÆ REGI POTENTISSIMO

CONSCRIPITVS

D. JOHANNES NEWTON

IN BRITANNIA REGIA APOSTOLICAE PALATII BIBLIOTHECA  
LONDINI

LONDINI

IN BRITANNIA REGIA APOSTOLICAE PALATII BIBLIOTHECA  
LONDINI

## P R A E F A T I O.

---

**P**raeter vnam *Leskeam attenuatam*, Tom. I. p. 33. t. 12. propositam, profecutus sum haecenus e muscorum frondosorum profapie illas species, quae quovis generationis stadio, genitalia feminea, vel sola, vel femineis juncta, constanter de summitete trunci aut innovationum emittunt; partim plane novas, partim sub Sphagni, Splachni, Mnii, Bryi, Polytrichi generibus linnaeanis, cum omiffas, tum minus recte collocatas aut definitas. Et hoc quidem in volumine praepimis genus Splachni dilucidius reddere tentavi, nec non tria nova genera condidi; nimirum *Swartziae*, *Orthotrichi*, *Bartramiae*.

Perpaucae similis commatis species in manibus meis adhuc restant, quas vna cum illis, quae non, nisi de latere trunci, e foliorum alis, genitalia feminea edunt, atque antea Hypnis Fontinalibusque adnumeratae sunt cunctae, tertio volumine ambiguitati eripere, vel noviter in lucem producere, ac sic hoc opus finire animo concepi, si fatum nunc evulgatorum, quavis de parte ex voto est consecuturum.

Quod interea huic volumini species quasdam Lichenum Pezizarumque spuriarum LINNAEI inspergerem, me invito factum esse fateor: eo minus autem votis bibliopolae, commutationem aliquam figurarum concernentibus, deesse volui, quod ita insimul non solum nexum inter Lichenes et Fungos, ad quos Pezizas illas, seu meas nunc Octosporas, relatas esse notum est, ostenderem, sed aliquatenus etiam rudimentum aliquod propugnaculi inchoarem, ex quo hujus familiae jus civitatis integrum ac perfectum in vegetabili regno defensurus sum contra Botanosophos, qui vel hoc ipso nostro botanices lustro, lucidiores sibi visi, id ipsum plane deturbare satagunt; omnino citra sanae rationis principia. Conficere enim antea debebant genuinam de vegetabili ideam, quam decernerent, atque ab omni fundata objectione immunem reddere. Hic Rhodus! —

Ego vero Lichenes in posterum Cl. HOFFMANNO relicturus sum, qui hanc profapiem demum exactius disquirere et in novo opere elegantius sistere inchoavit. Octosporas autem, Sphaerias, Tremellas, Confervas cet. alio singulari operi reservo,  
etia-



etiamnum ita expedituras, ut non solum Botanici Systematici et nomenclatores inde proficiant, sed quantum in me est, vltro conferrem tessellam meam ad amplificandam cognitionem quasi intuitivam immensae SUMMI NUMINIS sapientiae ac amoris erga mortale humanum genus.

Illam enim nusquam clarius, quam e minimis creaturis elucere, confessi sunt omnes sobrii Naturae scrutatores, veluti et illi, qui summum rationis beneficium non ludicris anilibusque rebus impendunt: istius vero luculentissimum testimonium sunt, rerum vel exilissimarum, suapte Natura, ad Ejus jussum, productarum, ineffabilis pulchritudo et varietas immensa; vtpote quibus beneficentissime invitare ac allicere voluit aeternitati destinatos, cum ad seriam SVAE existentiae contemplationem, tum praeparationem ad illas longe magnificentissimas opes, quarum fructus cis hanc fluxilitatem reservati sunt molientibus accessum ad Eiusdem simulacrum. Cujus quidem primum quasi principium est, amor sincerus atque propensio animi in sui similes, seu omne humanum genus.

Ecquis vero, qui cunctis, perpetim e Naturae sinu prodeuntibus, oculos animumque rite advertit, et serio perpendit, quam sumtuose et quam larga manu vniversi hujus SUMMUS CONDITOR prospexit commodis delectamentisque nostris, qui tamen improbi sumus, imo vel plane adversum nitentes; ecquis inquam sese huic officio non percepturus est perquam obstrictissimum! —





## PRAEMONENDA AD TOMI SECUNDI DECADEM PRIMAM TABVLARVM.



**A**lgae nomine antiquiores insigniuerant uegetabilia, quae intra maris undas degunt, consistentiae mollioris herbaceae, ut plurimum et coloris: unde forsitan a lexicographis per *Gramen marinum* interpretatae sunt. BAVHIVS deinde nonnullas Fucorum et Confervarum species eodem nomine salutauit: RATIO uero Fucus et Alga synonyma fuisse videntur.

Cum interea non solum Fuci plurimi, sed alia quoque a LINNAEO ad suam classem cryptogamicam relata uegetantia, tota quanta in latitudinem quandam, folii ad instar, idque saepius absque vlla notabili, truncum repraesentante prominentia, extensa reperiantur, quarum de superficie vel margine, partes prodeant, fructum referentes; visum est Ill. Viro, cuncta illa genera communi Algae titulo posse comprehendi. Cui itaque subiecit *Iungermannias, Targioniam, Marchantias, Blasiam, Riccias, Anthocerates, Lichenes, Tremellas, Fucos, Ulvas, Confervas* et *Byssos*.

Qui autem definitionem eius de Algis exhibitam, nimirum *plantas esse, quibus radix folium et caudex in unum*, rite considerat, is, vel fugitiuo adspectu, videbit, Iungermanniiis foliis distinctis instructis nequaquam locum inter easdem competere.

Equidem in mea *Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum* ostendi; reliquas non minus, veluti *Marchantias*, et *Anthocerotes*, vi partium essentialium temporariarum, ad Muscorum familiam spectare. Quousque reliqua genera huic definitioni quadrent speciatim disputare nunc sustineo; praeterquam quod hac occasione de Lichenibus pauca momenta, momentanee differere, e necessitate mihi visum sit.

Plurimas species a LINNAEO huic generi addictas sic exstruere rata est ALMA NATURA ut principalis cuiusque indiuidui pars, quam hacte-

2  
 nus truncum diximus, non maxime solenni illo vegetabilibus aequae ac animalibus ritu, secundum longitudinem ad diametrum circulaem, sed in latum extenderetur; in aliis vero etiam aliter. Nam *Ufneis*, *Coralloidibusque* plurimis *DILLENII*, teres, filamentosa, fruticulosa, cylindri aut scyphiformis est, intrinsecus vel caua, vel contextu cellulari, vel solidiori substantia referta. *Aliae* radicibus, forma ab ipsius trunci diuersa, igitur euidentibus, *aliae* minus euidentibus, nutrimentum hauriunt, *aliae* spongiosa textura, villoque superficiei denso, auide halituosos vapores attrahunt.

Quantumuis autem varius sit modus, varia conformatio atque effiguratio, insignis sane inter numerosissimas species *Lichenum LINNAEI*, id tamen commune est omnibus singulisque, quod thalami feminei, impraegnatione celebrata, in peltae, scutellae, rimae, tuberculi, fungilli formam subinde adoleti, onusti reperiuntur uterulis membranaceo-folliculosis, ut plurimum operi filamentoso striato cohaerenti, immerfis, rarius hoc destitutis, quibus includuntur feminula rotunda, ovata, oblonga; maturitate impetu quodam inde expellenda.

At enim vero iste futuram prolem enutriendi et longe lateque dispergendi modus, nequaquam solis *Lichenibus* illis proprius, sed aliis quoque vegetabilium speciebus, partim iamtum a *Botanicis* inter *Fungos* indicatis, plusculis autem adhuc plane neglectis, solennis est. Illis nimirum, quas *LINNAEVS*, nec non *BATSCHIVS* aliique, seducti forma, ad *Pezizas*, retulerunt quae corpuscula concludunt lentes referentia, et *WILLDENOW* nuperrime proprie *Pezizas*, *GLEDITSCHIVS* autem, nec non *SCHAEFFERVS* *Elvelas* dixerunt.

Truncus horum vegetabilium, nonnunquam inferne in concauitatem explanatus, ut plurimum vel rotundus, vel aliquanto contractior, aut plane angustatus inque pedunculi variae longitudinis formam productus, qui *Botanicis* stipes audit, denique in hemisphaerium aliamque formam expansus, ex omni superficie prona, nunc conuexa, nunc plana, nunc concaua, profert numerosissimos uterulos e tenerrima membranula confatos, cylindricae figurae, aut ex angusta basi in clauam ampliatis, feminula itidem rotunda, ovata, oblonga, recipientes. Quae quidem seminum receptacula saepius singula filamentis tenerrimis, summitate tantillum incrassato - rotundata, cincta, nonnunquam iisdem destituta reperiuntur.

riuntur. Id quod vel e nunc tantum, a Tab. III. ad X. propositis speciebus patet.

His momentis si adhuc addatur id, quod SCHREBERVS recte de Lichene *candelario* in suo Spicilegio p. 133. perhibet, scutellas nimirum saepe absque notabili crusta esse; porro, quorundam specierum e Lichenibus, e. g. *L. fabuletorum* huicue similium, vix ullibi propositorum, omnem superficiem pronam trunculi in tuberculum frugiferum abire; denique etiam structurae internae haud exigua conuenientia Lichenes inter atque illas LINNAEI Pezizas aut Eluelas GLEDITSCHII, veluti vel e figuris, hoc obiectum concernentibus, decadis primae tabularum huius Tomi inter se collatis, patet: certe, cunctis rite perpensis, neganda non est summa harum cum illis conuenientia, atque propinquitas. Vt adeo, si vegetabilia huius generis, porro inter Fungos locum obtineant, per eadem ipsa Fungi Lichenibus forent adnectendi in systematibus Botanicorum.

Quibus autem a se invicem discrepant, sunt; I<sup>mo</sup> Perennandi pluribus Lichenum truncis, igitur se ipsos vltro extendendi, generationemque sic innouandi facultas, Pezizis his omnino denegata. *Simpliſſimum enim acceperunt, qui omnem vim vitae suae in primo generationis negotio consumit, et gestatione absoluta breui perit.* II<sup>do</sup> Filamentosum opus, illorum vterulis interpositum, eximie bibulum, cum his ipsis et inter se cohaerens seu connatum; horum vero, sicubi adest, per omnem longitudinem liberum. III<sup>io</sup> Seminum numerus, quem in Pezizis seu Elvelis haecenus constanter octenarium in singulo vterulo reperi.

Quam manca, quamue hinc vacillans et confusa huc vsque exstiterit Botanicorum idea de his vegetabilibus, praeprimis quod eorum Pezizas aut Eluelas attinet, vix non omnium sancitae definitiones genericae testantur. Operae igitur pretium duxi, si exactioribus disquisitionibus meis, clariorem, vt spero, lucem, ambiguo adeo generi hic loci nunc accenderem.

Teneant vero exactiores Botanici, quibus interest mea in tabulis octo nunc proposita, ad trutinam reuocare, et alias quoque species ipsis occurrentes, ab omni varietatis ambiguitate vindicare, hoc vix aliter effici posse, quam ablatione tenerrimae lamellae de thalamo fertili, submersione eius in aquae guttula lamellae vitreae immissa, ibidemque saepius dimotione minutu-

4 PRAEMONENDA AD TOMI SEC. DECADEM PRIM. TABVLARVM.

larum partium tenerrimis accutissimisque acubus aut cultellis, denique contemplatione per vitra conuexiora, radiis lucis, non solis, speculo supposito in lamellam, vario modo, directis.


Cum interea LINNAEVS, alique spectatissimi Botanici, nec non celebris nuperior Mykitigraphus, Elvelas GLEDITSCHII, quo hic propositae plan-  
rae pertinent cum eiusdem Pezizis in vnum hoc genus confunderent; HAL-  
LERVS e contra, et ad eius ductum nuperrime etiam WILLDENOW, Elvelis  
Gleditschianis, Pezizae, et his eiusdem, Cyathi genericum nomen impone-  
ret; deinde vero inter fungos occurrant species, necdum satis determina-  
tae, quibus Elvelae nomen competere posset: aptius fore existimaui, si  
Fungis illis, qui in cavitare trunci campaniformis seminum conceptacula Len-  
tem aemulantia, proferunt, antiquissimum nomen Pezizae relinquerem, et no-  
stras, quae Elvelae sunt Gleditschio, nouo nomine, nimirum Octosporae,  
characterem essentialem generis indicante, salutarem.

OCTOSPORA.

Truncus simplicissimus, superficie terminatus fertili concava, plana,  
reflexa: de qua eriguntur,


Thecae seminales membranulosae, elongatae, numerosissimae, vtplurimum  
stupa filamentosa cinctae; vtrisque inter se non cohaerentibus, semini-  
bus octo foetae.





LICHEN *proboscideus*.


B



LICHEN *decipiens*

D. Hedwig del.

F. G. G. sculp.





## Tabula I.

A.

### LICHEN PROBOSCIDEVS.

Lichen *proboscideus*, umbilicatus explanatus, lobisque centralibus; radicibus marginalibus submarginalibusque ramosis, fusco-atratis, scutellis per superficiem, dispersis disco concentric fulcatis, anthracinis.



Lichen *proboscideus* foliaceus umbilicatus, peltis turbinatis, truncatis, perforatis. LINN. Sp. pl. p. 1617. 54. (*dentis cunctis synonymis*) Syst. veget. p. 962. 89. IACQVIN Miscell. Vol. II. p. 80. t. 9. f. 2.

Lichenoides corneum, marginibus eleganter fimbriatis DILL. H. M. p. 218. t. 29. f. 116.

---

### Explicatio figurarum.

A.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine.
2. Dimidium lobi *a*; ad augmentum I.
3. Segmentum perpendiculare per mascula genitalia; ad augmentum III.
- a a*. Folliculi duo, genituram continententes.
- b*. Radicula submarginalis, seu inferioris plani.
4. Scutella feminea, centro cordiformiter depresso; eodem augmento.
5. Aliud paulo maius, centro gyroso; ad idem augmentum.
6. Perpendiculare segmentum scutellae fig. 4. per centrum pedunculiformis contractionis ipsiusque trunci ductum; ad augmentum III.
- aaa* Trunci parenchymatica substantia.
- bb* Contextus cellularis; aliis medullaris substantia.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS planus, coriaceus, e centro adhaesionis loco natali, quaquam versus extenditur, diuisionibus profundis, intime et ad peripheriam lobatis, irregularibus crispulis. Superficies supina, praeter radículas dispersas, laeuis, ex albido fuscilla: prona, non, nisi ad maiuscula augmenta tenerrime villosa, cinerea, ad oras nigricans, f. 1. madido villo, e dilute fusco rutilans, f. 2.

**RADICES** marginales creberrimae f. 1. 2. submarginales, seu quae de superficie supina procedunt, sparsae; cilia referentes, ramosae, ramis subulatis e fusco nigricantibus; \*) f. 2. et 3. b.

**MASCULA GENITALIA**; sacculus, ad maiora augmenta, reniformis, fuscus, contextui celluloso immerfus, vix in statu perfectionis in prona superficie prominulus, f. 3. aa. continens materiam granulofam, albidam. Dispersa ista sunt inter scutellas, praepremis marginibus proximas, f. 2. Optime deteguntur in stirpe madente luci aduersa. Effoeta in punctulum nigrum transeunt, mediocri augmento expiscandum. \*\*)

**FEMINEA GENITALIA.** Protuberantia exigua superioris laminae de trunci expansione, cuius subinde summitas in scutellae formam ampliatur, inferne conuexam concolorem; superne truncatam, circulis atris concentricis, nunc in depressionem triangularem oblongam, vel cordiformem f. 4. nunc quadrangularem lunulatam, linearem, aut gyros varie flexos, f. 5. abeuntibus.

Inferior protuberantiae pars contracta manet et pedunculum refert. Circuli vero solummodo sulci sunt; neque vnquam centrum perforatum, veluti e fig. 6. patet.

**SEMINA** expiscari non potui; procul dubio antiquitate exemplaris, quod anatomicae disquisitioni subiicere licebat, deperdita. Opus interea disco scutellae simillimum inerat striatum et cohaerens, inferne fuscum f. 6. intra quod in aliis speciebus thecas feminales reconditas reperi.

**Locvs.** Copiosissime supra rupes elatas complurium locorum in alpi- bus carinthiacis prouenire, refert Rev. Abbas klagenfurtensis a WULFFEN, cuius de beneuolentia etiam stirps f. 1. delineata ad manus meas peruenit. Suecia et Lapponia quoque eandem ipsam profert.

Misit inde etiam nuperrime amicissimus THUNBERG. L. *cylindricum* SCOPOLI, Fl. Carn. II. p. 389. a LINNAEO in spec. pl. *proboscideo* subscripto, longe aliam speciem esse, et descriptio et locus natalis, docent. Idem certissime etiam de Lichenoide DILLENII Hist. Musc. 149. t. 20. f. 42. valere, illico perspiciet, qui eius descriptionem, et figuram cum nostris aut WULFFENII exactius conferre voluerit.

\*) Autores quidem hos processus cilia, aut crines dixerunt: radicum autem munere omnino fungi, hauriendo vapores nutritios; punctum vero adhaesionis, quod umbilicus audit, parum aut nihil eo conferre, anatomica disquisitio, contemplatio harum partium in egregio exemplari his ipsis diebus etiam e Suecia accepto, et analogia aliarum specierum huius generis, imprimis L. *ciliaris*, me certiore fecerunt.

\*\*) Egregie ista quoque obseruauit et fufius descripsit Rev. WULFFEN in IAQV. Miscellaneis, loco supra inter synonyma citato.

B.

## LICHEN DECIPIENS.

Lichen *decipiens* trunco complanato simplici oblongo, rotundatoque, decumbente; supra lateritio, infra marginibusque albo; scutellis terminalibus conuexis.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Terrae glebula, indiuidua variae aetatis et figurae continens.  
 2. Particula eius; oclies aucta.  
 3. Plantula inde decerpta seorsim, desuper visa; augmento II.  
 4. Sectio perpendicularis per mediam scutellam et particulam de trunco, secundum longitudinem; ad augmentum II.  
 5. Laminula tenerrima scutellae, perpendiculariter ablata, residua inferne particula thalami fertilis; augmento IV.  
 6. Seminula; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS in planum extensus crassiusculus. Iunior utplurimum orbicularis; adultior oblongus, antice rotundatus. Superne tantillum concavus, laevis, lateritii coloris; pallidioris cum splendore in sicco, saturate amoerioris in madido: subtus albus, conuexus; marginibus inde protuberantibus albis, f. 3. vnde iunior illa orbiculata planta haud male scutellam mentitur. Substantiae superum stratum lateritium, alterum caro viridis, inferum album f. 4. densum, tenerrime vasculosum; vasculis non nisi lentibus maxime augmentibus in laminulis perquam tenuibus aquae immixtis obseruanda f. 5.

RADICES microscopicae, simplices, breues, albae f. 4.

GENITALIA MASCULA in truncis propriis prouenire videntur. Siquidem intererant glebulae inter indiuidua quaedam sterilia, de quorum superficie disgregatim emicabant punctula obscuriora in profunde fuscum colorem vergentia, f. 2.

GENITALIA FEMINEA intra scutellas conuexas atratas, vel de extremitate oblongi trunci, vna alteraque, f. 2. 3. vel de margine rotundatorum f. 2. (sed rarius, ut videtur) eleuatas. Demersa in aquam planta et augmentis conspecta, margo earum albescens adparet f. 3. procul dubio a transparente thalami substantia. Perpendiculariter secta scutella, opus subtilissime filamentoso-striatum cohaerens, dilutissime fuscum, summitate profundius coloratum offert, intra quod thecae exilissimae nidulantur, feminulis foetae. f. 4. 5.

SEMINA rotunda fusca exilissima f. 6.

LOCVS. Terram nudam montium calcareorum et gypsaceorum Saxoniae inferioris inhabitare hanc speciem refert, sagacissimus Naturae scrutator EHRHART, qui eandem prima vice 1780, *auf dem alten Stollberg* inuenit. Cuius quidem beniuolentiae gratus debeo specimem hic propositum.

*Tabula II.*  
LICHEN SEPINCOLA.


Lichen *sepincola* foliiformis, imbricatus, laciniatus, adscendens, castaneus; scutellis concoloribus. Hoffm. Lich. p. 102. t. 17. f. 1.

Lichen *sepincola*; foliaceus, adscendens, laciniatus, subcrenulatus, glaber, superne castaneus, inferne lacunofus, radicans; scutellis subterminalibus, planis, adnatis, castaneis, margine obsoleto, rugoso, crenulato. *Ehrhart Hannov. Magaz.* 1783. p. 206.

*Explicatio Tabulae II.*

- Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.
2. \* Particula inde decerpta; itidem naturali magnitudine.
3. 4. 5. 6. Partes diuersae fructiferae; ad augmentum I.
7. Figura 6 ex aersa superficie praesentata; eodem augmento.
8. Particula de margine scutellae, perpendiculariter secta.
9. Sectio perpendicularis transversum per scutellam et truncum ducta.
10. Seminula; augmento VI.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS tenuis, foliiformis; e basi, ceu communi, in plures lacinias divisus, continuationibus subinde varie directis quasi in puluillum adscendit, planis ex angustiore principio polymorphis, superne elevationibus linearibus connexis, hinc areolas depressiores concludentibus, rugosis, castanei coloris, interne pallidioris; margine subcrenulato, repando, vario, f. 1. 2. 3. 4. 6. 7. Madens gelatinosus tenax, siccitate fragilis; interior substantia alba vasculosa, f. 9.

**RADICES;** processuli ad basin, et hinc inde de margine breues simplices concolores.

**FLORES masculi,** forma punctuli minimi, vetustate profundius fusci, intra substantiam delitescens, tantillumque protuberantis, per discum extensionis disperguntur.

**FL. feminei,** elevatio substantiae marginalis cum foveola, post impraegnationem in scutellam abiens, lenissime concavam, saepius planam, aliquando conuexam; concolorem, margine profundius colorato, laevi rugosoque, crenulato, f. 3. 4. 5. 6. Vbi scutella conuexa est, interior superficies eo evidenti in foveolam elevatur.

**THECAE** in disco exiguae, operi filamentoso striato connato immerfae reperiuntur f. 8. 9.

**SEMINA** perexigua fusca f. 10.

**LOCVS.** Lapides, arbores, virgulta. Vpſaliae prima vice 1773. a Cl. **EHRHARTO**, deinde etiam Hannouerae, in Hercynia, Hollandia, inuenta; *Hannöv. Magaz.* 1783. p. 206. Mihi semel hic Lipsiae ad templum St. Theclae in Crataego *Oxyac.* perquam sene, obuiam fuit.



## Tabula III.

A.

## OCTASPORA SCUTELLATA.

*Octaspora scutellata* planiuscula, margine conuexo piloso. LINN. Sp. pl. 1651. 7. Syst. 979. (sub *Peziza*) BATSCH Fung. p. 123. n. 22. t. 12. f. 54. eodem sub genere.

*Peziza lutea parua*, marginibus pilosis. RAII angl. 3. p. 18. t. 24. f. 3.  
var.  $\beta$ .

*Peziza acetabuliformis coccinea* marginibus pilosis DILL. Giff. 195.

*Peziza fessilis miniata plana*, ora ciliata HALL. hist. 2245.

*Eluella orbicularis excauata coccinea et fessilis*, margine piloso GLED. Meth. fung. p. 84.

*Fungoides coccineum acetabuli forma* Tourn. inst. 561.

*Fungoides coccineum*, lentiforme, oris pilosis Mich. p. 207. t. 86. f. 19.

*Explicatio Tabulae III.*

FIGVRARVM A.

- Fig. 1. Plantulae variae aetatis; naturali magnitudine.  
2. Plantula iuuenca, vertice adhuc clauso; augm. IV.  
3. Plantula prouectior, apertura verticis inchoata membranulaque macula? eandem claudente, in lacinias de centro filia, pilis marginalibus studio inter delineandum omiffis; augmento II.  
4. Particula membranulae; augmento IV.  
5. Plantula adulta; ad augmentum II.  
6. Particula marginis aperturae cum pilis; aucta numero VI.  
7. Thecae cum paraphyfibis filamentosis; ad augmentum VI.  
8. Plantula iuuenca var.  $\beta$  augmento IV.  
9. Plantula eiusdem adulta; augm II.  
10. Thecae cum paraphyfibis; ad augm. VI.

*Peziza (Caricosypha) stercorea* Pers. Cooke page 21 fig. 142

*Chaetomium stercorea* Pers. Hist. & class. de Fung. p. 52

(*Lachnea*) (Humaria)



*OCTOSPORA scutellata.*




*OCTOSPORA hirta*

J. Hering del.

Enker sc.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS plantulae perquam iuuenis, globoso-acuminatus, pilis obsitus dispersis summitate fuscilla, f. 2. 8. Vltiori incremento aperitur de vertice acuminato, osculo membranula albida clauso, continuata diductio-  
ne de centro inaequaliter fissili f. 3. Denique patellae, senio applanatae, for-  
mam induit f. 5. 9., pilis inferioribus vtplurimum euanidis f. 5, marginalibus  
residuis erectis 6. 9. aut reflexis f. 5. Iunior aequae ac adultior  $\alpha$ . citrinus:  $\beta$ .  
exaltatione in rubedinem, miniatus aut coccineus; vtriusque adulti in conca-  
vitate profundior.

**RADICES.** Villus tenerrimus de basi emergens, nonnunquam resisten-  
tiori particulae innata, fibrillis forinsecus conspicuis f. 9.

**MASCVLA genitalia.** Membranula e globulis conflata, aperturæ in-  
choatae praetensa, f. 3. 4. subinde plane euanida; equidem opinor. \*)

**FEMINEA genitalia** impregnationis stadio intra amurcam filamento-  
sam, omnem concavam trunci superficiem occupante, vix discernibilia: ab-  
soluto illo succedunt.

**THECAE** cylindricae, albae, pellucentes, paraphysibus extremitate co-  
loratis f. 7. 10.

**SEMINA** illis insunt octo, maiuscula, alba, ouata f. 7. 10. \*\*)

**LOCVS ET TEMPVS.** In terra degit, locis vmbrosis madentibus; vere lae-  
tissime pullulans. Lipsiae quoque sparsim occurrit ad semitas pratorum vdo-  
rum, e. g. *Schoenefeld, Sellerhausen, im Rosenthal.* Autumno anni 1775 re-  
ieceram finum gallinaceum in locum apricum vmbroso-madidum hortuli, vt  
ibi computresceret. Vere vigente subsequenter anni, ingenti copia pullulabant  
de eius superficie plantulae, cum indicatae speciei, tum varietatis: multo par-  
cius tamen istae. Vnde et factum est, vt pro varietate illius haberem, hicue  
proponerem. Si quis tamen, vel secundum synonymorum copiam, plane in-  
versam sententiam ferre volet, per me licet. Nam errabit. Sufficit e folli-  
culorum feminalium, feminumque ipsorum figura et conditione interna, vt-  
pote quibus penes hoc nostrum genus saepius in ambiguo decernendi vis sum-  
ma inest, aperte constare, nequaquam specie disiungenda esse. Quid vero de  
Cl. BATSCHII varietatibus sentiendum sit, quilibet facile nunc perspiciet.

\*) ita esse, mihi profecto loco, ortu, tempore, duratione, verisimillimum videtur.

\*\*) Occurrebat inter thecas plurimas disquistas vnica, cui feminula fere numero duplo, 14. ni-  
mirum, inerant, quam f. 7. quoque adieci; exemplo sane rarissimo, nunquam per vndecim ab-  
inde annis, in hac aut alia specie demum reperto.

B.

## OCTOSPORA HIRTA.

*Octospora hirta*, trunco simplici, orbiculari, extus fusco rutilante, toto piloso; disco coccineo, feminibus rotundato-ouatis, granulatis.

Eluella hemisphaerica excavata, sessilis et parua, intus coccinea, glabra; extus pilosa GLED. Meth. fung. p. 48. var. *e*.  
Fungoides scutellatum, coccineum, intus glabrum, foris vbiuis pilosum MICH. gen. 206, n. II. t. 86. f. 17.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Plantulae variae aetatis et magnitudinis; ad visum naturalem delineatae.  
2. Plantula iuuenca, summitate adhuc clausa, frustulo ligni de salice putrida insidens; augm. I.  
3. Plantula adulta, margine adhuc conuexo ciliisque marginalibus depressis; augmento II.  
4. Granula fusca, marginis cilia interlocata; augmento IV. et V.  
5. Theca cum paraphysibus; augmento IV.  
6. Binae aliae; ad augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex, exiguus, prima aetate ipsi oculo armato nil, nisi glomerulum ciliorum, e fusco atratorum, refert. Vtteriori incremento in conspectum venit globulus, vertice obtuse acuminato, e fuscello rutilans, vndique ciliatus; ciliis ascendendo longioribus, conniuentibus f. 2. Apertus deinde de vertice, oraque satis patula, totus orbiculatus est, margine aperturae conuexo, ciliisque extimis disco coccineo quasi adpressis f. 3. Denique applanatur senescens ciliis vel erectis vel repositis; in dimensionem variam, a lineis tribus ad semunciam, f. 1. auctus.

**GENITALIA mascula.** An globuli fusci f. 4. marginales, inter cilia locati?

**GENITALIA feminea** exigua intra amurcan gelatinofo-striatam concavitate trunci perquam exigua. Concepta genitura adolefcunt inde

**THECAE** cylindricae pedunculatae, pellucentes, summitate rotundata f. 5. 6. paraphysesque, summitate varie intumescente, colorata f. 6.


**SEMINA** rotundato-oualia, alba pellucida, ad maxima augmenta globulis minutissimis referta adparent.

**LOCVS et TEMPVS.** Equidem hanc speciem solummodo ad ligna putrefactione emollita, e. g. infima basi Salicum, aut Populi nigrae deiectionum reliquiis fere consumptis, necnon in scippis trabeculisque, locis vdis vmbrosis reiectis, florentem inveni praeprimis Iunio Iulioque, si pluuiosa fuerit tempestas; imo etiam autumnis.


Hanc cum praecedente specie omnino confundit WILLDENOW in Prodr. Fl. Berol.

Tabula IV.

*Pyrenopeziza (Pezizomyces) scutellata* Linn. Cooke page 12 fig. 124  
*Altharia scutellata* Linn. Hist. a class. & Boettger page 61



OCTOSPORA *leucoloma*




OCTOSPORA *fasciculata*

D. Hedberg del.

W. Schmitt sc.

PLATE I



OCTOBER 1880

---

*Tabula IV.*

A.

## OCTOSPORA LEVCOLOMA.

*Octospora leucoloma* exigua, depressa, tota miniata, margine niueo, lacinulato.

---

*Explicatio figurarum.*

A.

- Fig. 1. Plantulae variae aetatis in caespitulo Bryi argentei; naturali magnitudine.  
 2. Iunior plantula, summitate tantillum aperta; augmento III.  
 3. Filamenta, membranulam albam marginalem constituenta; ad augmentum V.  
 4. Plantula in acmi incrementi constituta; augmento III.  
 5. Thecae maturae cum paraphysibus; ad augm. V.  
 6. Perpendiculare segmentum trunci adulti, demta exteriori lamina productionibusque thecas et paraphyses concludentibus; augmento IV.  
 7. Semina seorsim; ad augmentum V.
- 

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex, vnus alteriusque lineae; iunior globosus, f. 2. adultior orbicularis planiusculus, scutellaeformis f. 4. externe ciliis albis conspersus, dilute rubente disco aperturae fertili, concauo, eleganter cinnabarinus. Huius margo quoque albescens f. 4.

**RADICES** e basi trunci emissae albae, simplices diuisaeque f. 5.

**GENITALIA mascula**, membranulam illam albam, de margine terminali disco fertili praetensam, denique de medio in oram quasi lacinularam dehiscentem f. 2. esse, omnino arguit pollen perquam subtilissimum, opacum, quo filamenta, membranulam hanc constituenta, augmentis maioribus, adspersa reperiuntur, f. 3.

**GENITALIA feminea** indiscernibilia inter gelatinosa filamenta disci, propter pelluciditatem exiguitatemque. Impregnatione peracta succedunt

**THECAE** pellucentes membranaceae, albae, e basi angusta clauatae; filamentis succulentis his interpositis, dilutissime e cinnabarino coloratis f. 5. 6.

**SEMINVLA** illis contenta, ouata pellucida f. 5. ad vitra conuexissima globulum in medio recondentia, f. 6. 7.

**LOCVS et TEMPVS.** Super muros nostros argillaceos, Bryo *argenteo* interspersam, vigere reperi, Augusto, insequentibusque mensibus.

---

*Sejiza (Humana) leucoloma Hedw. Cooke fig. 18 fig. 22*

B.

## OCTOSPORA FASCICVLATA.

*Octospora fasciculata*, trunco bilineari globofo, concauo, albido; margine aperturae ciliis longiusculis piloso, inde breuioribus fasciculatis punctato.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Duo indiuidua, naturali magnitudine.  
 2. Horum vnicum; secundum augmentum I.  
 3. Particula sectionis perpendicularis per marginem factae.  
 aaaaa Fasciculi ciliorum; augmento IV.  
 4. Thecarum vnicum cum paraphyfis; augmento VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS adultus circiter trilinearis, globosus, e fusco albidulus f. 1. 2. summitate concaua, inflexo-marginata, profundius colorata, ciliis densis, interioribus longissimis articulatis fuscis f. 3. b. obsita. Ab inde cilia breuia non articulata quasi in fasciculis exterius dispersa, f. 2. 3. naturali visui, imo et parum augmentibus vitris, externam superficiem punctatam, repraesentantia, f. 1. Substantia exterior f. 3. laxiuscula cellulosa, intima, quae thalamus, itidem cellularis, at multo densior f. 3. d.

**RADICES** ex ima rotunda basi, breues validiusculae, ramificatae f. 2.

**GENITALIA mascula** non vidi.

**GENITALIA feminea**; folliculi exigui intra filamenta gelatinosa, impregnatione perpeffa, grossificata in

**THECAS** cylindricas, summitate rotundata, inferne sensim coarctatas, paraphyfis albisimis sociatas, semina octo continentes, f. 3. 4.


**SEMINA** ista ovata f. 3. maximis augmentis lustrata, duos globulos contiguos, intro comprehensos visui offerunt.

**LOCVS et TEMPVS.** Terrestris est; hic Lipsiae in arcis fabulosis hor- ti apeliani et villae schambergianae ineunte vere inuenta, itaque iamtum Mense Februario.


*Gyssa (Sarcosypha) hemisphaerica* Wigg. *Arche* pag. 60 fig. 115  
*Lachnea hemisphaerica* Wigg. *Hist. & Class. & Methodus* pag. 58



OCTOSPORA *rhizophora*



OCTOSPORA *hamastigma*




OCTOSPORA *appplanata*

D. Hering del.

K. Schum. f.





---

 Tabula V.

A.

## OCTOSPORA RHIZOPHORA.

*Octospora rhizophora* conuexo-pulvinata, fusca, subtus concaua  
albida, granulata; euidenter radicata.

---

*Peziza rhizophora*; hemisphaerica, conuexa, fusca, sessilis; inferne albida con-  
caua, radicibus simplicibus teretibus donata. WILLDEN. Prodr. Florae  
Berol. n. 1170.

*Phallus acaulis* conuexus glaber; subaggregatus; ovalis et rotundus, crassus;  
supra fuscus infra albus, radicibus disci pluribus, crassis, albis. BATSCH.  
fung. p. 129. n. 1.

Eluela sexta. SCHAEF. fung. t. 53.

---

## Explicatio Tabulae V.

FIG. A.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine, superficie prona;  
2. eadem superficie supina visa.  
3. Particula segmenti transuersi; augmento IV.  
4. Duo vteruli, feminibus grauidi, seorsim, ad idem augmentum.  
5. Semina tria seorsim; ad augmentum V.  
6. Eadem; ad augmentum VI.
- 

*Rhizopus lacryzatus* Fr. British Microscopical Society page 41

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS adultus in hemisphaerium expansus margine saepius reflexo f. 1. Superficies prona profunde fusca, supina albida, granulosa f. 2. Sæctus ad perpendiculum, substantiam inferiorem farinoso-albidam, superiorem profunde fuscam, adiphanam, f. 3. *b. c.* exhibet.

RADICES ex inferiori concava superficie emergunt, numero inconstanti validae, teretes, albae, ut plurimum simplices; nec non aliae multo breviores, tenerrimae, diaphanae, itidem simplices, non, nisi vitris conuexioribus, in sæctis lamellis perrenuibus, aquae guttulae immixtis, adparentes, f. 3. *d.* *Vfus utriusque contemplanti locum natalem, illico patebit.*

Thecae ex omni superficie supera protruduntur clauatae, diaphanae, interpositis paraphyfis filamentosis, extremitate fusca, f. 4.

SEMINA illis inclusa ouato-oblonga quam dilutissime lactea; intra quae, ad summa augmenta, duo globuli segregati conspectui sese offerunt, f. 5. Amoensissimo spectaculo ista ab uterulis, de laminula demta inque aquae guttulam demersa, extra paraphyses emergentibus, tanta vi exploduntur, ut, nisi etiam ipsam explosionem animaduertas, tamen e commotione aquae percepturus sis.

Locvs, solum arenosum: Ratisbonae, Ienae; et Berolini *im Grunewald* et *Jungfernheide*.

TEMPVS; Auctumnus.

Equidem huius speciei aliquot indiuidua anno 1786. ab optimo Dn. WILLDENOW accepi, quorum maximum hic f. 2. delineavi. Abludere aliquo modo a Schaefferianis, quilibet facile perspiciet: num vero istae meae figurae magis fidae, penes autoptas iudicium esto. De feminibus autem, secundum Schaefferi fig. 81. fere vereor, a Viro Reuer. vere vnquam visis.

B.

## OCTOSPORA HAEMASTIGMA.

*Octospora haemastigma*, minuta, sessilis, conuexa, dilute sanguinea.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.  
 2. Harum minima et maxima; auctae Numero I.  
 3. Segmentum huius vtrinque perpendicularare; ad augmentum III.  
 4. Thecae; ad augmentum IV.  
 5. item; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS iuuenis contractior inferne, superne globiformis, unicolor carneus, f. 2. *a.* deinde in hemisphaerium explanatus f. 2. *b.* Substantia albida, tenerrime vasculosa f. 3.

**RADICVLAE** e centro collectim prodeuntes, mox diuergentes, tenerimae, albae f. 3.

**THECAE** cylindricae, tenerrimae, membranaceae, pellucidae; stupa filamentosa interposita, extremitate colorata f. 4. 5. Harum congeries numerosissima, superficiem, ad augmenta, quasi papillosam fistit.

**SEMINA** rotunda margaritiformia, diaphana; ad maxima augmenta, globulum opaciusculum in medio, aliquando geminum ostendentia f. 5.

**LOCVS.** Lipsiae in fabulo ad piscinulam *hinter Lindenthal*, nunc disgregatam, nunc confertius nascentem reperi.

**TEMPVS.** Sub finem Octobris et Novembri viget.

*Seyzer (Hemisepta haemastigma Hedw. Cooke page 24 fig. 70  
 Subinula haemastigma Hedw. Hist. class. & Bonduis page 70*

C.

## OCTOSPORA APPLANATA.

*Octospora applanata*, cinnamomea, expansa, superne plana rugosa, inferne dilutius colorata.

*Explicatio figurarum.*

C.

- Fig. 1. Plantulae variae aetatis naturali magnitudine.  
 2. Laminula plantulae perpendiculariter sectae; ad augmentum IV.  
 3. Thecae cum paraphysibus seorsim; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS iuuenilis inferne rotundatus, dilute cinnamomeo colore fucatus; inde superne quadantenus concavus: adultus magis applanatur, f. 1. Substantia; ductuli albi pellucidi, filiformes, simplices et diuisi, undulatim sursum tendentes f. 2. b.

**RADICES** vix vllae: media vero particula, terrae immersa, minutis prominentiis adsperfa, procul dubio illarum munus supplet f. 2. c.

**THECAE** ex angusta basi sensim in clauatam formam ampliatae, tennerrimae, pellucidae, interpositis paraphysibus filamentosis, f. 2. a; et f. 3. magis auctae.

**SEMINA** ouata alba.

**LOCVS** in corrupto pauimento murorum argillaceorum, in Gohlis.

**TEMPVS.** Sub finem Augusti et Septembri post pluuias diuturnas.

*Septoria (Aspilota) applanata Fr. Gohlis Aug 18 1842*




OCTOSPORA *pustulata*



OCTOSPORA *viridans*

OCTOSPORA *minuta*




OCTOSPORA *varia*



OCTOSPORA *elastica*

D. Hooker del.

PLATE I



OSTEOPORE

## Tabula VI.

A.

## OCTOSPORA PVSTVLATA.

Octospora *pustulata*, globosa sessilis, forinsecus albo-pustulata.

## Explicatio figurarum.

A.

- Fig. 1. 2. Plantae in terrae glebula; naturali magnitudine.  
 3. Thecae et paraphyses filamentosae segmenti perpendicularis, cum thalami strato; augmento IV.  
 4. Thecae duae cum filamentis seorsim, augmento V.  
 5. Semina eiecta; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS sphaeroideus, sessilis, superne in foueam dehiscens, margine conuexiusculo aequali. Externe pallidus, albo punctatus; intra aperturae concauitatem profundioris coloris, f. 1. 2. Substantia duriuscula vesicularis.

RADICVLAE e terra emicant dilutissime fuscae f. 2.

GENITALIA mascula in prouectioribus a me repertis, indiuiduis, non vidi; procul dubio iam tum abolita.

GENITALIA feminea intra concauitatem numerosissima, paraphysibus filamentosis immerfa.

THECAE clauatae, summitate rotundata, pellucentes f. 3. 4.

SEMINA ouata pelluentia, duos globulos, nunc distantes nunc approximatos, nonnunquam tenerrima lineola coniunctos, continent f. 4. Paraphyses apice dilutissime coloratae.

LOCVS et TEMPVS. In pineto lindenthalensi, ad fossae, aquam de piscina deducentis, latera reperi, Octobri et Novembri.

*Geizya (Aspergillus) pustulata* Pers. Cooke page 172 fig. 278.  
*Galactina pustulata* Hedw. Hist. - class. 2. Bondicor page 48



B.

## OCTOSPORA VIRIDANS.

*Octospora viridans*, trunco conuexo, sessili, patellaeformi; dilute fusco, margine viridante.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Plantulae *Hypno cupressiformi* innatae; naturali magnitudine.  
 2. Alia decerpta et radicularum gratia elata; etiamnum naturali magnitudine.  
 3. Thecae tres cum paraphysibus suis filamentosis; secundum augm. VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS mediocris e basi rotundata patellaeformis, sessilis: coloris extus dilute, intus obscurius fusci, margo viridis.

**RADICES.** Fibrillae albae tenerrimae, e basi infima prodeuntes, gelatinosae f. 1. 2.

**GENITALIA mascula** procul dubio iuniorum stirpium margini insident.

**GENITALIA feminea** paraphysibus tenerrimis filamentosis intersunt, vix in impraegnationis stadio ab his distinguenda.

**THECAE** folliculosae, ex angustissima basi clauatae, rotundato-obtusae f. 3.

**SEMINA** ouata, quam tenerrima f. 3.

**LOCVS et TEMPVS.** In muro argillaceo, muscis innascentem reperi in *Gohlis*, initio Septembris.

*Szegiza viridans Fr. (Streng)*

*Hungaria viridans Hedw. Hist. - Champ. Bonnier pag 70*

C.

## OCTOSPORA MINUTA.

Octospora *minuta*; sessilis, fusca, margine aequali terfo.*Explicatio figurarum.*

C.

- Fig. 1. Afferis particula, hac specie obfita; naturali magnitudine.  
 2. Plantula explicata, defuper vifa; augmento IV.  
 3. Eadem, a latere vifa; eodem augmento.  
 4. Particula thalami cum thecis paraphyfibusque; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS exiguus sessilis, e basi plana, lateribus rectilincis ampliatus in paitellam, margine aequali, terfo, disco parum concauo. Color dilute fuscus f. 3.

**RADICES.** Arctius loco natali adglutinata est plano suae baseos, procul dubio earum munere fungentis.

**MASCVLA genitalia** aequae ac *feminea* in vigore suo expiscari vix possibile est, propter stirpis totius minutulam staturam; quum certe insignem difficultatem inquirenti pariat extricatio sequelae functionis illorum, nimirum,

**THECAE** folliculosae, tantillae ad maxima augmenta, f. 4. paraphyfibus sociatae, in thalamo vesiculoso luteolo, f. eadem.

**SEMINA** perquam sunt exigua rotundata.

**LOCVS et TEMPVS:** gregatim in ligno putrescente et afferibus observauit, exeunte Septembri.

*Seziza minuta Link (Steing)*

D.

## OCTOSPORA VARIA.

*Octospora varia*, trunco simplici, laeui, cartilagineo, dilutissime fusco; e breui basi angustata, pedunculum aemulante, in cyathum cauum ampliato.

*Explicatio figurarum.*

D.

- Fig. 1. Luti glebula, plantulis iuuenis obsita; naturali magnitudine.  
 2. Plantula tantillum prouectior, contractionem baseos inchoans; naturali magnitudine.  
 3. Plantula adulta, circumscriptione aequali, oblongo-rotunda; magnitudine naturali.  
 3. b. Plantula adulta ex altero latere impressa, margine profundius colorato; itidem naturali magnitudine.  
 4. Lamella, perpendiculari sectione de cyathiformi expansione demta; augmento IV.  
 a. Thecae.  
 b. Linea profundius colorata  
 c. exterioris superficiei stratum.  
 5. Thecae tres seorsum; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS iuuenis orbicularis ouatusque, f. 1. aut oblongus f. 2. aequabiliter extensus de basi; quam subinde adultus per breue spatium, pedunculi in modum, contractam retinet: inde vero in cyathi formam, nunc oblongi aequaliteris f. 3. nunc depressi, unico f. 3. b. pluribusque sulcis inaequalis, extenditur. Margo tunc parum conuexus, aut erectus, integer, concolor profundiusque coloratus: concauitas profunda. Totus laeuis est, coloris ex albido fuscilli, intus cinnamomei. Substantia cartilaginea: ad anathomen reuocata, segmentulum perpendiculare vitris conuexioribus lustratum, vesiculoso-succosam exhibebat; strato thecas gerente, superficieiue externae densiore\*) f. 4. a. c. linea autem circa eius medium, mediae densitatis, f. ead. b.

RADICES albae, tomentosae, arctissime loco natali implexae.

GENITALIA mascula ad marginem aperturae perquam exigua, lituram halituosam, fugacem maxime, praesentantia.

GENITALIA feminea per omnem concauitatis superficiem, forma gelatinosae striatae compagis. Haec impraegnata abit in

THECAS folliculosas, nudas, cylindricas, pellucentes, summitate rotundata, f. 4. 5.

SEMINA cuique illarum insunt octo, tenerrima, ouata, f. 5. \*\*)

LOCVS et TEMPVS. In muris argillaceis nec non tectis stramineis vetustioribus, ut plurimum in societate, nonnunquam et solitaria hic Lipsiae frequens occurrit, Iunio Iulioque.

\*) Stratum hoc in veteranis plantis crustae in modum secedit.

\*\*) Semina ista, e thecis, aquae guttulae immixtis, vi exploduntur: idem vero a madore concauitatis praestari, me edocuit plantula f. 3. exhibitae, quae post delineationem in scutulam inclusa, toties fumum quasi de suo cratere spargebat, seminulis illis refertum, quoties eandem inde eximerem.

E. OCTO-

*Sezija varia Fr. (Hkmg)*

*Alenia varia Hedw. = P. catinus P. Dan. = P. repens G.*  
 Hist. Descrip. Candia pag 46

E.

OCTOSPORA ELASTICA.

*Octospora elastica* trunco simplici, carnosio elastico; summitate denique applanata, nigra.

Elvela vndecima SCHAEF. Fung. t. 158.

Peziza *brunnea* BATSCH Elench. p. 125. f. 50.

*Explicatio figurarum.*

E.

Fig. 1. Planta iuuenca

2. Planta mediae aetatis

3. Planta prouectior

5. Planta adulta

5. Planta perpendiculariter dissecta

} naturali magnitudine.

6. Thecae cum paraphyfibis, feminibusque explosis; augmento V.

*Dulpora inquinans* Fr.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS iunior, quandoque figura Pezizam *lentiferam* L. aemulans, intra aperturam verticis concauam, cum splendore e profunde fusco nigrescit f. 1. Vltiori incremento, basis contracta, nunc pedunculum breuem euidenter refert, f. 2. nunc obscure f. 3. 4; aperturae cauitate interea magis magisque in planitiem, f. 2. 3. 4. imo nonnunquam conuexitatem f. 5. eleuata. Ista atrata splendet; \*) reliqua superficies varie rugosa, aliquanto dilutius colorata \*\*) non splendens, quasi furfurosa est. Interior substantia glutinosa-ceruminosa, tenax, elastica, \*\*\*) ad carneum colorem accedens; striis vasculosis, a basi sursum diuergendo, e carneo fuscis, interspersa f. 5.

RADICES omnino sistunt papillae, pabulari loco solidiori infixae.

GENITALIA mascula procul dubio in margine iuniorum stirpium, verticis aperturam molientium, locum acceperunt.

GENITALIA feminea intra cauitatem latentia, exigua; post impregnationem denique grossificata in

THECAS folliculosas, clauatas, totas dilute coloratas; paraphysibusque filiformibus, f. 6.


SEMINA intus contenta octo, ouata obscurius fusca, f. 6. In aquae guttulam repositis thecis, vi eiaculata semina, post pauca minuta, tantillum aucta mihi videbantur.

LOCVS et TEMPVS. In trunci deiecti putrilaginosi, *Quercus robur*, rimis, initio Septembris reperi, bey dem Brandvorweg.

\*) CL. BATSCH l. c. dicit, *interne atra absque nitore*, qui autem in nostris indiuiduis certe aderat.

\*\*) SCHAEFFERI f. 3. 4. quoad colorem superficiei externae nostris conueniunt, reliquae, veluti et Batschii neutiquam. Nihilominus specie nequaquam discrepare, fig. nostra 5. collata cum Schaefferiana fig. 9. euincunt.

\*\*\*) Haud exiguum hoc passu similitudinem habet cum resina elastica. Compressa enim illico abinde in pristinam formam redit, veluti etiam diducta vel integra vel demtae particulae.



OCTOSPORA *porphyrospra*


B



OCTOSPORA *carnea*.

*Polyporus sarcobus* Jacq.


01200



Faint, illegible text or a list of items, possibly a catalog or inventory list, with several lines of small print.



OCTOBER



OCTOBER

---

*T a b u l a VII.*

A.

## OCTOSPORA PORPHYROSPORA.

*Octospora porphyrospora*; trunco exiguo simplicissimo sessili, luride viridi, superne dilatato in patellam hirsutulam, fertilem, semina purpurea.

---

*Explicatio figurarum.*

A.

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine congregatae in stramine fimi equini.  
 2. Harum nonnullae desuper visae; secundum augmentum IV.  
 3. Plantula iuuenca  
 4. Plantula aliquanto prouectior  
 5. Plantula adulta  
 6. 7. Plantulae diuersae figurae, semina enitentes  
 8. Particula thalami cum thecis  
 9. Thecae; ad augmentum V.  
 10. Semina eiecta seorsim; eodem augmento.

} augmento IV.

---

 HISTORIA ANALYTICA.
 

---

**T**RUNCVS iuuenis nunc conoideus, summitate lenissime striata, f. 3. nunc globosus f. 4. Ille aequaliter in cylindriformem f. 7. hic superne in rotundatam patellam incresecendo ampliatus f. 5. 6. lenissime hirtam, ad augmenta maiora. Color luride viridis; baseos leuigatae dilutior.

**RADICVLAE** tenerrimum tomentum circa basin sistunt.

**THECAE** cylindricae pellucidissimae, paraphysibus destitutae; maturae de thalamo carnosio striato f. 8. eleuantur prius, quam seminula sua explodunt f. 6. 7.

**SEMINA** ouata, e fusco rutilantia, luci aduersa purpurea, f. 9. 10. Numerosissima ista sic explosa, plantulas ipsas locumque natalem circum circa polline impalpabili contegunt.

**LOCVS** et **TEMPVS** straminibus fimi veteris equini, areolis variae dimensionis, tremellulam nudis oculis mentientibus, innatam reperi mense Augusto.

---

*Dasybolus porphyrosporus Hedw. Hist. et class. botanicae page 23*



B.

## OCTOSPORA CARNEA.

*Octospora carnea* trunco simplici, inferne ventricose angustato  
inque patellam margine repando dilatato.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Plantulae duae in frustulo ligni; naturali magnitudine.  
2. Thecae tres cum suis paraphylibus; augmento IV. et  
3. eadem, ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS vncialis, basi perangusta, mox abinde gibbofo-ventricosa facta, innixus, porro in patellam, plus minus concavam, expanditur, limbo inaequali repando. Totus carneus est; profundius coloratus intra patellae discum, f. 1. Substantia interna dilutissime carnea, fere albida.

**RADIX.** Arctissime basi sua inhaeret duriori loco natali. Procul dubio organa ista, succum nutritium sorbentia, vel tenerrimorum filamentorum forma interstitiis fibrarum lignearum immissa sunt, vel solummodo papillis tenerimis id praestant.

**THECAE** omne patellae cauum replentes ex angusta basi in cylindrum, extremitate rotundata, protensae, albae diaphanae sunt; Paraphylibus in summitate dilutissime carnis, f. 2: 3.

**SEMINA** ovata alba.

**TEMPVS et LOCVS.** Mense Nouembri adultam inueni vna cum *Lycoperdo pisiformi*, super planum trunci *Quercus robur* ante aliquot annos deiecti, in nemore aliquanto clatiore praedii haud longe a ciuitate *Eilenburg* sito, Gota dicto.

*Coryne sarcoides* Jacq. Hist. et Class. de Boerhaave page 97




OCTOSPORA violacea



OCTOSPORA citrina

Hedwig del.

Endlicher sc.



---

*Tabula VIII.*

A.

## OCTOSPORA VIOLACEA.

*Octospora violacea*, trilinearis simplex, e basi angusta, elongata, cyathiformis, violacea; feminibus rotundis.

---

*Explicatio figurarum.*

A.

Fig. 1. 2. 3. Plantulae variae aetatis; naturali magnitudine.

4. Plantula iuuenis, mediae aetatis et adulta, ad augmentum I.

5. Segmentum perpendiculare de thalamo cum suis thecis paraphysibusque; augmento IV.

6. Thecae cum paraphysibus, et

7. Seminula eiecta, seorsim; augmento V.

---

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS prima aetate cylindrum praesentat truncatum, tribus quasi dissepimentis notatum, f. 4. a. de quibus inferior, angustata basis manet, medium in ventrem plus minus prominulum, et summum subinde in craterem, nunc regularem, limbo reflexo striato f. 4. b, nonnunquam irregularem excrescit. Superficies laevis; color dilute violaceus; caro vesicularis structurae, albida f. 5.

**RADICES** tomentum tenerrimum loco natali immixtum.

**THECAE** folliculiformes, clauatae, pellucentes, numerosissimae; cum paraphysibus omnem crateris concauitatem occupant, f. 5. 6.

**SEMINA** alba, pellucentia, rotundata.

**LOCVS** et **TEMPVS.** Mense Septembri e Salicibus, putredine fere consumtis, hic Lipsiae ad Gohlis legi.

---

*Corone violacea Hedw. Hist. - Class. & Boudier pag 97*

B.

## OCTOSPORA CITRINA.

*Octospora citrina*, trilinearis simplex, gregaria; e basi contracta stipitiformi in patellam ampliata; tota citrina; feminulis rotundis minutissimis.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Grex plantularum variae aetatis in frustulo ligni; naturali magnitudine.  
 2. Eadem; aucta numero I.  
 3. Plantula iunior; ad augmentum III.  
 4. Tres plantulae, diuersae aetatis; eodem augmento.  
 5. Plantula penitus adulta, margine plano, vndato; quoque ad augmentum III.  
 6. Sectio perpendicularis plantulae mediae aetatis; secundum augmentum IV.  
 7. Thecae cum paraphysibus; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS iunioris iamtum plantulae, vix in punctuli magnitudinem prouectus, inferne cylindrum breuem, sustinentem globiformem productionem perforatam, refert f. 3. Vtraque pars subinde ulteriori incremento aequabiliter secundum omnem dimensionem augetur, solummodo ostio globuli excedente. Ampliatur enim denique cum eius parietibus in patellae formam, modice concauam, margine aequali, nunc circulari f. 2. 4. nunc varie introrsum flexo f. 2. 5. Altitudinem trium de vncia linearum indipiscitur. Totus laevis, eleganter citrinus. Substantia mediae aetatis plantulae perquam succulenta, quasi vesiculosa, lutescens; saturatius in thalami superficie, f. 6.

**RADICES** tenerrimae, hinc e duriori natali loco non euellendae.


**THECAE** et paraphyses filamentosae, in media stirpis aetate, massam mere gelatinoso-striatam, referunt f. 6. denique in clauas albas pellucidas abeuntes: paraphysium apicibus coloratis f. 7.

**SEMINA** octo cuiusque thecae, alba, minutissima, rotunda, f. 7.

**LOCVS** et **TEMPVS**. In Truncis deiectis putrescentibus *Quercus robur*, loco umbroso vdo in *Rosenthal* obuiam mihi fuit mense Septembri.

*Calycella citrina Herw Hist. a. class. de Montier page 95*

Tabula IX.



OCTOSPORA *nana*




OCTOSPORA *albidula*



OCTOSPORA *lutescens*


1844



OTOPURA



OTOPURA



OTOPURA

---

*T a b u l a IX.*

A.

## OCTOSPORA NANA.

*Octospora nana*; laevis e cinnamomeo rutilans inferne angustata, ora incrassata, circulo profundius colorato; femina rotunda.

---

*Explicatio figurarum.*

A.

- Fig. 1. Plantulae primae aetatis in terrae glebula, naturali magnitudine.  
 2. Duae ex his per 14. dies incretae; naturali magnitudine.  
 3. Plantula minima f. 1. ad augmentum IV  
 4. Alia prouectior eiusdem glebulae; ad augmentum I.  
 5. Thecae cum filamentis; augmento V.
- 

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS prioris aetatis, dum nudo oculo conspicibilis fit, e basi contra-  
 Etiore, ut plurimum sensim aucto diametro, pyri formam aemulatur f. 3.  
 nonnunquam basis stipitem quasi repraesentat, cui insidet globulus, in summitate perforatus, f. 4. linea tunc fere tumidula, e fusco nigrescens aperturam cingente. Deinde in patellam ampliatur, diuersae magnitudinis f. 2. margine parum conuexo. Superficies laevis. Color cinnamomeo rutilans, concauitatis adulti dilutior. Substantia vesiculosa.

**RADICES** mucosae substantiae, e centro baseos ingenti numero in terram demittuntur; de ambitu vero proximo superficiei terrae, tomentum quam tenerrimum album dependet.

**MASCULA genitalia**, num in linea granulosa, aperturam cingente in stirpe iuuenca? f. 3.

**FEMINEA genitalia** concauitatem patellae occupant filamentis gelatinosis immersa: grossificata denique post absolutam impraegnationem in

**THECAS** clauatas pellucidas abeuntia; foetas,

**SEMINIBVS** octo albis rotundis. f. 4.

**LOCVS et TEMPVS.** E terra pullulat Octobri. Mihi quidem in cistulis, educationi vegetabilium inseruentibus, obuia.

---

*Collyella ferruginea Schum var. nana Hedw.  
 Histum et clas. h. Boudier page 95*



B.

## OCTOSPORA ALBIDULA.

*Octospora albidula* trunco exiguo, pedunculiformi, in patellam, conuexo-marginatam terminato; toto laeui, albido.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Straminis particula, plantulis his onusta.  
 2. Vnica harum plantularum, aucta, numero IV.  
 3. Thecae duae; augmento V.  
 4. Semina ciecta, seorsim; eodem augmento.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS VIX bilinearis, inferne angustus; ascendendo, sensim tantillum robustior, pedicellum referens; summitate in patellam, margine conuexo expanditur. Totus quantus laeuis est et albidus, basi coloratiore f. 2.

**RADICVM** munere fungitur tenerrimum tomentum, infimam basin cingens, nudis oculis nequaquam conspicibile, f. 2.

**GENITALIA mascula** expiscari ob minuciam non potui.

**GENITALIA feminea** paraphysibus destituta, omnem superficiem concuam patellae occupant.

**THECAE** impraegnationi succedentes cylindricae, summitate rotundata f. 3. et

**SEMINA** ouata f. 4. prae exilitate aegrius maximis augmentis discernibilia.

**LOCVS ET TEMPVS.** Straminum contegentium muros argillaceos, extremitatibus vdis, innatam reperi Mense Augusto.

*Helotium cyathoides* Bull. Hist. class. H. Boudier pag. 114

C.

## OCTOSPORA LUTESCENS.

*Octospora lutescens*, trunco exiguo, angusto, pedunculiformi; in patellam conuexo-marginatam terminato; toto laeui lutescente; spora didyma.

*Explicatio figurarum.*

C.

- Fig. 1. Trabecula ligni Pini *Abietis* putrilagine contaminata, isthac *Octosporae* specie onusta; naturali magnitudine  
 2. alius similis trabeculae superficies cum plantulis diuersae aetatis cultello ablata; secundum augmentum I.  
 3. Plantula adulta seorsim in ligni lamella; augmento III.  
 4. Thecae duae cum paraphysibus; augmento IV.  
 5. Semina eiecta; eodem augmento  
 6. 7. Eadem; ad augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS igniori aetate, vix semissem lineae auctus, cylindricus, f. 2; ab inde continuo de summitate ampliatus, hippocrateriformis fit, *fig. eadem*; et denique in patellam concauam, margine conuexo, diffunditur f. 3. Pars contractior, praesertim media aetate, albidior est, ac prouectioris; abinde totus lutescens; superficieque laeuis.

**RADIX.** Huius munere fungitur ima basis, in adolescente amplior et quasi in bulbillum eleuata, f. 2.

**THECAE** folliculosae clauatae, pellucentes, paraphysibus filamentosis, summitate lenissime coloratis stipatae f. 4. 6. subsequuntur impraegnationem genitalium femineorum, omnem patellae concauitatem replentes.

**SEMINA** in quavis theca octo, oblonga niuea f. 5. media pellucentiore linea in duas partes quasi diuisa f. 7.

**LOCVS et TEMPVS.** Lignis abiernis putrilagine in superficie contaminatis, insidentem inueni exiguam hanc speciem, Mense Septembri et Octobri.

*Dasycephala cerina Pers Hist. & class. 2. Monstr. page 121.*

## Tabvla X.

A.

## OCTOSPORA PYRIFORMIS.

*Octospora pyriformis*; exigua, trunco tenui, patella pyriformi margine albido terminata.

## Explicatio figurarum.

A.

Fig. 1. 2. 3. 4. Plantulae variae magnitudinis, ad visum naturalem.

5. Plantula f. 1. } ad augmentum I.  
6. Plantula f. 2. }

7. Segmentum perpendiculare de patella; ad augmentum IV.

8. Thecae quatuor cum suis paraphysibus; augmento IV.

9. Harum vnica; ad augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS filiformis, curvulus, albidus, longitudine a linea vna ad septem vel octo, varius, teres; in patellam pyriformem, concavam, forinsecus fuscellam, margine dilutissimo, fere albo, crenulato, intus pallidam terminato. f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Substantia vesiculosa f. 7.

**GENITALIA mascula** dubio procul margo continet.

**GENITALIA feminea** omnem concavitatem patellae occupant.


**THECAE** clauatae, aquae limpiditudo; paraphysesque filiformes albae, f. 7. 8. 9.

**SEMINA** in quavis theca octo, rotunda, niuea, f. 8. 9.

**LOCVS et TEMPVS.** In horto bosiano constanter e foliorum alis Mnii *ligulati* emortui et humo sabuloso sepulti f. 5. vel eius superficiei adpressi f. 6. enascentem reperi Februario.


*Ciboria canens* Rabent = *Ciboria pyriformis* Hedw.

Hort. - class. de Boudier pag 105




*OCTOSPORA pyriformis*

B



*OCTOSPORA tuberosa*


C



*OCTOSPORA bulbosa*

D. Harvey del.

Engraver's mark



B.

## OCTOSPORA TUBEROSA.

*Octospora tuberosa* trunco tenui elongato, in cyathum, extus profunde fuscum, intus pallidum exeunte; thecis nudis.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Plantula iuuenca }  
 2. 3. Plantulae adultae } naturali magnitudine.  
 4. Plantula monstrofa }  
 5. Globuli, mascula, vt opinor, genitura referti, aperturam marginem occupantes; augmento V.  
 6. Thecae; ad augmentum V.  
 7. Semina inde eiecta seorsim; eodem augmento.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS gracilis, elongatus; quousque terrae immerfus est, tumidulus, inaequalis, dilute fuscus; emersa particula, multo coloratior, contractior, laevis f. 2. 3. *a. a.* Abinde iunior de summitate pyriformis, f. 1. vltiori incremento et diductione aperturam, craterem refert, intus e fuscello albidum. f. 2. 3. Rarius ista pars, mox de terrae superficie egressa, in patellae formam expanditur; et semel altera patellula de latere prioris monstrofe excreta f. 4. mihi obuiam fuit.

**RADICEM** tuber nigrescens repraesentat, f. 1. 2. 3. 4. *b*: Sed peregrinum certe corpus, \*) cui continuo parasitica est haec species, fibrillis tenerimis infixa.

**GENITALIA mascula** sistunt globuli pallidi, breuissimo tenerrimoque tomento, f. 7. ad marginis aperturam implexi.

**GENITALIA feminea**, gelatinoso-striatam amurcam, omni cavitatis superficie inductam, referunt. Succedunt

**THECAE** membranaceae clauatae, pellucidae, nudaе.

**SEMINA** in earum qualibet octo, ouata alba.

**LOCVS et TEMPVS.** E terra limosa fruticeti, *hinter der Wiese der grossen Funkenburg*, Aprili 1783. prima vice prognatam inueni.

\*) Mihi quidem, trunculus, seu vt Botanicis haecenus placuit, radix emortua *Anemones nemorosae*, esse videtur.

*Sclerotium tuberosa* Hedw. Hist. class. & Bot. pag. 106

C.

## OCTOSPORA BULBOSA.

*Octospora bulbosa*; trunco e bulbosa basi gracili, elongato; patella rotundata, exterius albo punctata, cauitate pulla, terminato.

*Explicatio figurarum.*

C.

Fig. 1. 2. 3. Plantulae naturali magnitudine.

4. Segmentum de patella perpendiculare; ad augmentum IV.

5. Thecae cum paraphysibus seorsum; augmento V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS, e bulbillo fusco, angustus, ab vncia dimidia f. 2. ad integram f. 3. elongatur, laevis, finitus in summitate patella, inferne rotundata, apertura ampla, aequali, repanda. Color externe vtriusque castaneus; elongationis albo-nebulosa litura, patellae, punctis albis adspersus; concauitatis pullus, quasi holosericeus. Substantia tenerrima; cellulosa f. 4. *b.* punctula alba autem squamae esse videntur ad maiora augmenta f. eadem *c.*

**RADICES** e bulbillo tenerrimae, fuscillae, simplices diuisaeque prodeunt f. 1. 2. 3.

**GENITALIA mascula** non vidi.


**GENITALIA feminea** in omni concauitatis superficie gelatinam striatam referunt, grossificatam deinde in

**THECAS** clauatas membranaceas, pellucetas, paraphysibus, extremitate tumidula colorata, stipatas, f. 4. *a* et f. 5.

**SEMINA** cuiusque thecae octo, rotunda, pellucetia f. 5. Exploduntur, theca prius extra paraphyses elongata.

**LOCVS et TEMPVS.** Ad fossas sylvarum vdas e. g. aquaeductus piscinae pineti lindenthalensis hic Lipsiae, iam Iulii initio post pluuiosam tempestatem hinc inde prodit; copiosius autem laetiusque Octobri et Nouembri.

*Scypha (macrospora) bulbosa Hedw. Cooke pag 110 fig. 111*  
*macrospora macrospora Pers. Hist. class. in Boudier pag 41*




D. Steud. del.

SPLACHNUM *mnivides* L.

Labour.

*Petrapsidom mnivides* L.





HISTORIA BRYOPHYTORUM

# S P L A C H N V M

## CHARACTER \*) GENERICVS EMENDATVS.

PERISTOMA simplex; octodentatum, dentibus geminatis: thecae apophysis obconica umbraculiformisque.

FLORES hermaphroditi; dimorphi: disciformium genitalia feminea infocunda, elongatorum fertilia.

### T a b u l a X I.

## S P L A C H N V M M N I O I D E S.

*Splachnum mnioides*, foliis lanceolatis longius cuspidatis, erectiusculis: apophysi exacte obconica.

*Phascum Mnioides*, subacaule, receptaculo oblongo LINN. Meth. Musc. p. 6.

*Phascum pedunculatum*, acaule, anthera pedunculata LINN. Syst. Veg. 944. Huds. angl. 191. Fl. Dan. 192. \*\*)

### Explicatio Tab. XI.

- Fig. 1. Plantula flore terminali elongato  
 2. Plantula flore terminali discoide  
 3. Plantulae frugiferae, thecis deoperculatis  
 4. Plantula f. 1. ad augmentum 1.  
 5. Plantula f. 2. ad augmentum 0.  
 6. Plantula utraque florum specie gaudens: eodem augmento.  
 7. Plantula f. 3.; ad idem augmentum.  
 8. Plantula f. 3.; quae innovationem inchoavit; eodem augmento.  
 9. Folium perigoniale floris discoidei; augmento III.  
 10. Genitalia utriusque sexus ejusdem floris, cum suis paraphysibus; eodem augmento.  
 11. Genitale masculinum defloratum cum filamentis, seorsim; augmento IV.  
 12. Folium perigoniale floris oblongati;  
 \*) Genitalia masculina.  
 13. Hujus genitalia masculina tria; et.  
 14. Genitalia feminea.  
 15. Feminea pars plantulae f. 6. secundum augmentum III. repraesentata. *d*, Calyptra. *e*, Pedunculus. *f*, Vaginula. *g*, Genitalia masculina residua; ad augmentum III.  
 16. Theca deoperculata.  
 17. Operculum. } augmento III.

\*) Nostrae Hist. Musc. frond. P. II. p. 88.

\*\*) Synonymon DILLENI, veluti etiam LINNAEUS fecerat, utpote a quo Ipso haec mea specimen sunt, omnino omittere duxi, cum ille in descriptione Bryi t. 54. n. 4. apicis foliorum, adeo evidenter quidem producti, ne verbulo mentionem faciat; porro basin Capsulae, quae nostra apophysis est, crassioris ac *Ph. ampullacei* et nigricantem praedicit.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS erectus theciger f. 6. simplex, subinde continuans innovatione simplici vix altera; sterilis f. 5. saepiuscule ramificans ex alis foliorum, etiam inferiorum, flosculo terminalis minoris molis f. 5. a. b. ad summam partem innovans, c. Inferne gracilis fuscellus, extremitate incrassata, dilute e flavo virescente.

**RADICES** tenerae fuscae simplices, rarius divisae; basiferae f. 4. demumque axillares f. 5. 6. 7. 8. residuae, etiam consumptis foliis veteranis, truncos inferius arte inter se connectentes.

**FOLIA** communia lanceolata, integerrima, ut plurimum erecta, f. 7. 8. concava, e ductulorum per maximam partem paginae coadunatorum, denique divaricatorum productione longe acuminata: inferiora decolora, superiora amoene viridia.

**FLORES** hermaphroditi terminales. \*) Disciformis, nonnunquam ejusdem individui, solitarius, saepius plures; e foliolis perigonalibus cordato-acuminatis f. 9. quatuor, patentibus, masculis genitalibus vel 20, femineis 4. 5. paraphysibusque articulato-clauatis numerosis f. 10. 11. formantur: elongatorum, f. 4. perigonalia folia ovato-acuminata concava f. 12. contegunt genitalia mascula minora paucioraque praecedente f. 12. (magis aucta ad \*\*) et feminea tieptem consuetae figurae f. 14. paraphysibus destituta. Hujus ista impraegnationem recipiunt, frugifera; illius recusare videntur.

**CALYPTRA** oblonga, inferne ventricosa, tenuis, dilute fusca f. 15.

**VAIDNVLA** pyramidata f. 15.

**PEDUNCVLVS** tener, rectiusculus, mediocriter longus, e croceo rutilans f. 7. 8. vix tortilis.

**THECA** ovata, e luteo-viridi fusca, limbo croceo, f. 7., et f. 8. evacuata, cylindrica, dilute fusca; siccitate infra limbum contracta. *Apophysis* obconica, contractiuscula, viridis; denique fusca.

**OPERCVLVM** obtusum, tandem umbilicatum, rutilans f. 17.

**PERISTOMA** simplex; e dentibus octo latiusculis coadunatis puniceis, transversim striatis f. 16. exstructum est.

**SEMINA** mea exemplaria jamtum dimiserant; procul dubio similia reliquarum specierum.

**LOCVS** alpestris. \*\*)

**TEMPVS** nec in Meth. Musc. neque in chartulis indicavit b. LINNAEI fil. quibus inclusa ad me olim miserat.

**DVRATIO** perennis; innovationibus de summitate.

\*) Cacumen trunci justae proceritatis nunquam non ornatur flore, et oblongatae formae semper solitario. Raro tamen forsitan exemplo intererat plantulis meis individuum, flore discoide in summitate et prope basin, alterius vero formae alari ditatum, vid. f. 6. et hujus floris genitale femineum ab impraegnatione ad calyptrae de vaginula solutionem usque provectum, extricatum et ad convexiorem lentem repraesentatum f. 15.

\*\*) Praeantibus DILLENIO et LINNAEO, communis Botanicorum erat opinio; Splachnorum locum natalem esse sumum veterem vaccinum aut similia stercorata. At certum est, omnes singulasque cognitae species natalia uda spongioso-turfosa amare.



D. Peckel del.

SPLACHNUM angustatum L.

Schubert sc.

Petalopodon angustatum BE



## T a b u l a X I I .

## SPLACHNUM ANGVSTATVM.

*Splachnum angustatum*, erectum, foliis variis; theca conoidea,  
ex apophysi gibbula, cernens.

*Splachnum angustatum*; caulescens, foliis piliferis, pedunculo brevissimo  
LINN. Meth. Musc. p. 33. \*)

## Explicatio Tab. XII.

- Fig. 1. 2. Plantulae disciflorae, steriles; naturali magnitudine.
3. 4. Plantulae oblongiflorae fertiles; naturali magnitudine.
5. Plantula f. 1. sub flore maxima pro parte calva, continuatione notabiliter promotam; augmento o.
6. Plantula similis f. 2. inferne foliis insignibus praedita, continuatione ad florem inchoata; ad idem augmentum.
7. Plantula thecigera f. 3.; secundum idem augmentum.
8. Similis plantula f. 4. e basi innovata; etiam ad augmentum o.
9. Folium margine integro.
10. Aliud paulo provectius, ad summitatem denticulatum. } ad augmentum II.
11. Folium dentibus evidentioribus instructum. }
12. Genitalia floris hermaphroditi, oblongi fertiles, cum foliis perigonalibus; augmento III.
13. Genitalia masculina femineumque, floris disciformis f. 5. 6. secundum idem augmentum.
14. Calyptra; ad augmentum III.
15. Theca cum sua apophysi, pedunculique particula; eodem augmento.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex erectus, disciflorus uncialis superne innovans, f. 1. 2.: fertilis f. 3. 4. una tertia minor, pallidus f. 7. 8., vetustate inferne fuscus f. 5. 7. de basi innovans f. 8.

**RADICES** simplices; tenerrimae fuscellae, basilares densae f. 8., alaresque f. 8. 7.

**FOLIA** inferiora minutula, ascendendo aucta, oblongo-lanceolata, processu vasculosi fasciculi in apicem piliformem, et margine, varia. Ille enim nunc brevior nunc longior, albus vel luteolo-viridis; iste vero integer f. 9. aut apicem versus denticulatus est f. 10. 11.

**FLORES** hermaphroditi disciformes, terminales f. 6., innovatione pone eosdem emissa, laterales videntur, f. 5. Perigonialia hujus foliola quatuor ex ovata concava basi linearia, recurva, margine integro; genitalia mascula numerosa; femineis duobus aut quatuor sterilibus, et paraphyses clavatae, superne aurantii coloris, f. 13.: alterius formae floris f. 8. perigonialia folia lanceolata, mediis ductulis in pili formam productis; concava, denticulata, genitalibus masculis paucis, exiguis, femineis fertilibus quatuor, paraphyses nullae f. 12.

**CALYPTRA** f. 14. repraesentata, quam inter folia exemplarium meorum reperi, superne profunde, inferne dilutius fusca, vasculoso-striata, cernua, lateraliter fissâ erat; igitur et oblique secedens.

**VAGINULA** exigua, conica f. 16.

**PEDUNCULVS** brevis, summitate tantillum incrassata, perichaetii apices parum exsuperat, f. 7. 8.

**THECA** truncato-conoidea, tantillum obliquata fusca e gibbositate apophyseos f. 7. 8. 15. dilutioris coloris. \*)

**OPERCULVM** deorat.

**PERISTOMA** dentes octo binati, transversim striati, dilutissime fusci f. 15. \*\*)

**SEMINA.** Etiam deerrat plantulis meis!

**LOCVS.** In Lapponiae humidis ab ipso LINNAEO lectam accepi.


**TEMPVS.** Neque publice neque mihi indicavit piaae memoriae Vir.

**DVRATIO** perennis.

\*) LINNAEVS coloratam quidem dicit, sed absque determinatione.

\*\*) sic in vetustioribus meis exsiccatis exemplaribus inveni. An lutei vel albicantes in recenti statu? — Indicent post haec autoptae.






D. Hebig del.

*SPLACHNUM urceolatum.*

Engraver

*Pachyodon minuscula* BE





Tabula XIII.

SPLACHNUM URCEOLATUM.

**Splachnum urceolatum** trunco erecto simplici, divisoque, bifloro: foliis cochleariformibus imbricatis apiculatis; apophysis tumidiuscula, obconica, viridans.

*Splachnum urceolatum* DAVID CRANZ Hist. Groenl. III, p. 284.

*Splachnum bryoides* foliis ovatis nervo carinatis, fetiferis. ZOEGA flora Islandica p. 239. adnexa Olafsens Reise durch Island Zweyter Theil Copenhagen 1775. 4.

Explicatio Tab. XIII.

- Fig. 1. Plantae naturali magnitudinæ.
2. Eadem; ad augmentum q.
  - a. Planta simplex deflorata.
  - b. Planta divisa; altera divisione florida, altera fructu maturo praedita.
  - c. Alia utraque divisione fructu, sed diversae paulo aetatis instructa.
  3. Folia; secundum augmentum III.
  4. Summitas plantulae f. 2. a. florida, foliis communibus, excepto unico, denudata; ad augmentum III.
  - a. Flos disciformis sterilis.
  - b. Flos oblongus frugifer.
  5. Folium perigoniale intimum, floris f. 4. b.; augmento III.
  6. Summitas trunci genitalibus utriusque floris terminata; demtis perigoniorum foliolis cunctis; augmento III.
  - a. Genitalia floris disciformis.
  - b. Genitalia floris angustati.
  7. Genitale masculinum defloratum cum paraphysi folitarium; seorsim, ad augmentum IV.
  8. Theca cum apophysi et particula pedunculi, antea clausa; augmento III.
  9. Alia decrepita, praecedentis anni; ad idem augmentum.
  10. Operculum de theca f. 8. decussum; augmento III.
  11. Semina; secundum augmentum IV.
  12. Alia; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS erectus simplex f. 2. *a.* divisusque superne ut plurimum simpliciter f. 2. *b. c.*, debilis, e luteolo virore pallidus, basi fuscellus.

**RADICES** subinde e foliorum alis copiosissimas ad notabilem altitudinem usque editae, f. 2. quibus cohors eximia individuorum adeo arcte inter se connexa reperitur, ut, quamvis bene madefacta, tamen vis haud leuiuscula, ac cautior adhiberi debeat, dum solitarium inde avellere cupimus. Quare haec inter etiam occurrunt saepiuscule, trunco inferne solummodo foliorum fasciculi vasculosi ramentulis restantibus f. 2. *b.* Ut plurimum simplices dilutissimeque fuscae sunt.

**FOLIA** imbricata, ex angustiori basi dilatata concava, obtusa, apicula a summa pagina procedente varie flexa f. 3. Per mediam longitudinem excurrentia vascula validiora coloratioraque, ad lentes mediocriter augentes, fasciculum mentiuntur.

**FLORES** duo hermaphroditi dimorphi, in qualibet summitate unius ejusdemque trunci f. 4. *a. b.* intra folia valentiora, stellae Mnii dilleniani in modum hiantia, f. 2. *a. b.* reconduntur. Horum alter *discoideus* f. 4. *a.* e quatuor aut quinque foliis perigonalibus cordatis, longius acuminatis, concavis, masculis genitalibus 20. femineis parvis f. 6. *a.*, paraphysibus clavatis f. 7. fruentibus, constat; alter vero frugifer *elongatus*, f. 4. *b.* intra folia perigonalia 6-7. quorum intimum perquam minutum, longissimo mucrone areolisque inferioribus vasculosis densioribus instructum est, f. 5. totidem genitalia feminea, mascula perpauca, paraphysibus destituta f. 6. *b.* recondita habet.

**CALYPTRA** meis exemplaribus non intererat.

**VAGINULA** ovata, fuscella.

**PEDUNCULVS** mediocris, validiusculus, *croceus*, summitate dilutior, f. 2. demum leniter tortilis f. 8.

**THECA** maturans ovata, e viridi fusca, porro rutilans f. 2. 8. vetusta cylindrica dilute fusca f. 9. *Apophysis*, illius oberse conica, viridis f. 8. hujus magis tumida, ampullacea, fusca \*).

**OPERCULVM** obtuse conicum rutilans f. 10. *eleganter reticulatum*.

**PERISTOMA** simplex, e dentibus octo biiugis, aurantiis, transversim striatis f. 8.

**SEMINA** exigua, rotunda, viridia f. 11. 12.

**LOCVS** Groenlandia et Islandia. Legit ibi **DAVID CRANZ**, et **EGGERT OLAFSEN**. Ego specimina mea benevolentiae **Cl. SCHREBERI** gratus debeo.


**TEMPVS**.

**DVRATIO**. Omnino perennis esse videtur; intererant enim gregi trunculorum thecae aunatinae.

\* Aqua emollitae superior particula, dum luci adverterem minus pellucebat, infra columnula transparente; unde conjicere licet ejus structuram internam similem esse *Spl. ampullacei*.

SPLACHNUM AMPULLACEUM - SARTORIUS


To: II, Tab. XIV.



D. Hering del.

SPLACHNUM ampullaceum.

Engraver



## Tabula XIV.

## SPLACHNUM AMPULLACEUM.

*Splachnum ampullaceum* trunco erecto simplici, divisoque; apophysi inverse ampullaeformi, colloque longo virente.

*Splachnum ampullaceum*, umbraculo ampullaceo obconico. LINN. Spec. pl. p. 1572, 3. Syst. Veg. 945. n. 4. Fl. Dan. t. 822.: umbraculo clauso obverse ovato. Amoen. acad. p. 182,  $\beta$  \*).

## Explicatio Tabulae.

Fig. 1. Plantula prolongationis gemellae; magnitudine naturali.

2. Plantulae congregatae; naturali magnitudine.

3. Plantula deflorata; Numero 9. aucta.

4. Plantula fig. 1.; ad idem augmentum.

5. Folium commune; ad augmentum III.

6. Folium perigoniale intimum; eodem augmento.

7. Folium perigoniale exterius; secundum augmentum IV.

8. Summitas trunci f. 3. denudata; sistens inchoatam jam grossificationem impraegnati rudimenti fructus, duo genitalia feminea sterilia et folliculos masculos evacuatos; ad augmentum III.

9. Summa pedunculi particula cum apophysi et theca calyptra adhuc tecta; ad augmentum III.

10. Vaginula; ad augmentum III.

11. Calyptra, a maturante theca decussa; augmento IV.

12. Segmentum perpendiculare utrinque per operculum thecam et apophysin factum; secundum augmentum IV.

13. Thecae maturae particula, mox a dimotione operculi viso, itaque Peristomate reflexo, seminulis circum circa elevatis, et eminente de centro colummula; ad augmentum IV.

14. Operculum; ad idem augmentum.

15. Semina; secundum augmentum IV.

16. Semina; secundum augmentum V.

\*) Hoc synonymon indubium faciunt exemplaria, quae ab ipso LINNAEO aliisque accepti, in Svecia lecta: reliqua autem a magno Viro adjecta omisi; cum vix genuina esse, merito e momentis, alia vice exponendis, suspicarer.

## HISTORIA ANALYTICA.

~~VII. *Analys.*~~

**T**RUNCVS primitivus simplex, duplicem nonnunquam prolongationem promovens f. 2. 4.; inde vel biuncialis; tenuis infirmus, erectus tamen adnuculo cohortis; rutilans f. 1. 2. 3.

**RADICES** tenerrimae, simplices, longiusculae, fuscellae; veteranorum axillares, f. 3. aut e ramentis foliorum. Emittunt vero secundum omnem longitudinem etiam alias breves, simplices mere microscopicas.

**FOLIA** amoene viridia ovato-lanceolata, carinata, vasorum fasciculo valido profundius colorato, in brevem apicem extra paginae summitatem producto. Inferiora integra, mediae magnitudinis f. 5.; superiora seu perigonalia exteriora maxima, versus apicem, ad augmenta majora, denticulata f. 7.; intima demum minutissima margine levi f. 6. Vetusta decolora.

**GENITALIA** utriusque sexus, unum eundemque truncum terminantia. *Mascula* 8-10. *Feminea* 3-4 conservatae figurae. Impregnatum prominente nunc femineum genitale, in summitate sub stylo profunde rubet f. 8. Paraphyses nullae.

**CALYPTRA** campanulata, fusca, inferne in aliquot lacinias demum fissa f. 11. recta secedens.

**PEDUNCVLVS** longus, tener, rubens, splendens.

**APOPHYSIS** thecae, ampullam inversam, collo longo instructam, repraesentat. Ubi hoc incipit, color pedunculi nunc derepente nunc pedetentim definit, et dilute viridis fit; venter vero ampullae nunc magis nunc minus tumidus, imo aliquando etiam matura theca fere nullus, eleganter viret, f. 4. senescens luteolus.

**THECA** huic insidet angusta, cylindrica, recta viridis; maturitate aurea f. 4. 13.

*Dispositio interna* utriusque, quam hic ob singularitatem, succincte tradere placet, cum copia mihi facta sit, vivam plantam disquirendi, haec est. Ubi collum apophyseos de pedunculo orditur, huius ductuli recta procedere pergunt; lamina autem externa sensim sensimque discedit. Confunduntur vero abinde sub theca f. 9. et pedetentim in globulum intumescunt, f. 12. procul dubio mora succorum, quam elaboratio et enutritio seminulorum innumerabilium exigit. Unde etiam evenire existimo, quod hic maxime dimoveatur lamina externa in ventrem: urgentibus nimirum ductulis, qui per omnem hunc tractum eo secedunt, f. 12. Denique e globuli cellulosi summo emergunt collecta vascula, per omnem thecae longitudinem ascendentia inque operculi cavitate diffusa, quae columnulam constituunt, circumfusam seminulis.

**OPERCVLVM** convexum coloris aurantii f. 4. Recens in guttula aquae demersum, circumfusum lamina pellucente, striata, albida, et de summitate truncatum, cavitate vero eleganter vasculis reticulatum adparet, si lente convexiore lustratur f. 14. Hujus casu

**PERISTOMA** unius seriei in conspectum venit. E dentibus octo geminatis, transversim striatis constare videtur, siccitate reflexilibus, thecae tunc quasi adpressis; revertentibus autem quam vivacissime madefacti. Sed quilibet horum dentium e duobus, sibi quasi adglutinatis constat; quod jam vel e recentissimorum apice manifestum est, f. 13. manifestius vero in veteranis thecis sese prodit illa disjunctio.

**SEMINA** perquam exigua. Dum operculum sicca tempestate dentibus cedere cogitur, eleuatur quasi in coronula illorum series extima, succedente mox contractione thecae f. 13. Viridia sunt dum madent f. 15. 16.; sicca decolorantur.

**Locus.** In Saxonia non nisi Halae adhuc repertus; unde prima vice recentem accepi: deinde etiam e Ducatu Megapolitano insignes cespites misit, officiosissimus Dn. TIMM. Caeterum per omnes fere provincias, praecipue septentrionales, communis esse videtur in palustribus turfosis; in Dania, Syecia, Lapponia cet.

**TEMPVS.** Mense Majo floret; thecas vero Julio maturat.

**DVRATIO** perennis.



## Tabula XV.

## SPLACHNUM VASCULOSUM.

*Splachnum vasculosum* foliis spathulatis integris, obtusiusculis;  
apophysi subglobosa sanguinea.

*Splachnum vasculosum* umbraculo amuplaceo subgloboso LINN. Sp. pl. 1572.  
Amoen. acad. 2. p. 282. Syst. Veg. 945.

## Explicatio Tab. XV.

Fig. 1. Planta disciflora sterilis, annoſina; naturali magnitudine.

2. Planta frugifera; itidem naturali magnitudine.

3. Planta f. 1.

4. Planta f. 2.

} ad augmentum o.


5. Folium commune; ad augmentum III.

6. Folium petigoniale floris disciformis; seorsim; augmento o.

7. Genitalia mascula; ad augmentum III.

8. Eadem; ad augmentum IV.

9. Theca cum apophysi et exigua particula pedunculi; secundum augmentum III.



D. Harvey del.

*SPLACHNUM vasculosum*

Zadner sc.




Fig. 1. Plant showing leaves and flowers.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex erectus, gracilis: disciflorus, vel biuncialis, f. i. theciger ultra dimidium brevior.

**RADICES** tenerrimae, simplices, fuscae.

**FOLIA** spathulato obtusifuscula, parum concava, medio vasculorum fasciculo pone extremitatem evanido f. 5. alterna, distita; maxime in summitate plantularum disciflorarum f. 3.

**FLOS** disciformis, e foliis perigonalibus quatuor, ex ovato-concava basi lanceolato-linearibus, reflexis, f. 3., genitalibus masculis plus triginta, femineis duobus, paraphysibusque clavatis constat. Alterum itidem pauciora perigonii folia habere, arguit f. 4.: non intererat autem exemplaribus meis.

**CALYPTRAM** non vidi.

**VAGINULA** minutula.

**PEDUNCVLVS** longus, sanguineus, tenerascens.

**THECA** cylindrica, dilute e luteolo fusca. *Apophysis* ovata, sanguinei, inferne dilutioris coloris f. 4. 9.

**OPERCVLVM** deerat. **PERISTOMA**, simplex; dentium octo geminatorum, transversim striatorum, coloris aurantii f. 9.

**SEMINA** evolaverant.

**LOCVS.** Paludes cespitosi. Upsaliae a Cl. SCHREBER lecta, Ejusque benivolentia communicata habui, specimina hic delineata. Itaque omnino Spl. *vasculosum* L. Et vi horum Buxbaumii *Muscus capillaceus capitulis pyriformibus tubulosis* Cent. 2. t. 1. f. 1. ab ILL. LINNAEO in Spec. pl. suo *vasculoso* adscriptus, mihi sane potius ad praecedentem speciem, nimirum Spl. *ampullaceum*, figura et descriptione, pertinere videtur. Reperit etiam Cl. EHRHART abunde Brueteri Germaniae in paludosis; e. g. *dem Lerchenfeld, zwischen der Achtermannshoeh und den Hirschhoernern.* Vide *Hann. Mag. Ann.* 1784. St. 9. S. 140.

**TEMPVS.**

**DVRATIO.** Perennis.



Tabula XVI.

SPLACHNUM SPHAERICUM.

Splachnum sphaericum foliis spathulato-acuminatis, apophysi globosa.

Splachnum sphaericum receptaculo globoso LINN. Meth. Musc. p. 33. t. 1. f. 1. Syft. Veg. p. 945. n. 3.

Explicatio Tab. XVI.

Fig. 1. Plantula disciflora simplex.

2. Similis, e fol. superioris ala et floris annotini centro innovans.

3. Plantula flore oblongo, jam tum deflorato.

4. 5. Plantulae theca matura instructae.

6. Plantula f. 1.

7. Plantula f. 2.

8. Plantula f. 3.

9. Plantula f. 4. pedunculo maxima pro parte demto.

10. Plantula f. 5.

11. Folium; augmento I.

12. Theca deoperculata, cum pedunculi particula; secundum augmentum III.


naturali magnitudine.

ad augmentum o.

TEMPVS.

DVRATIO. Perennis.

HISTORIA ANATOMICA




SPLACHNUM *sphaericum* L.

D. Botany Ed.

EXAR. 10

182



PLANTAE

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplex; disciflorus, nonnunquam una f. 2. 7. alteraque innovatione, quasi ramificatus, tenuis, debilis, ex societate tamen erectus, e luteo virore pallidus, denique infra e fusco sordescit.

**RADICES** primordiali - basilares, quas LINNAEVS validiusculas, pro plantularum suarum modulo, ramosasque pinxit, in meo exemplari f. 10. residua, succedaneis, cum inferiori de trunco f. 9. tum e foliorum alis f. 7. 8. actis, similes, tenerrimas nimirum, simplices, dilute fuscillas reperi.

**FOLIA** ex angustiore basi dilatata, lanceolata, carinata, f. 11. alterne sparsa, tenerrima, dilute viridia; inferiora decolora; vasorum fasciculo obscuriori lutescente.

**FLOS disciformis** f. 6. 7. inter folia perigonialia quinque aut sex, e latiuscula concava, subinde in aurantium colorem abeunte basi, in productionem linearem protesa, concludit genitalia similia praecedentium, paraphysibusque succulentis, clavato-articulatis stipata. *Oblongus* f. 8. folia perigonialia quatuor habet, latiuscula concava; et in unico hoc individuo, quod ad me pervenerat, intra intimum quartum, genitale femineum, jamtum grossificatum, tubo purpureo superimposito, involutum erat, reliquis minutissimis corruptis, absque ullo paraphysium succulentorum vestigio. Uterque terminalis.

**CALYPTRA**, praefens omnino statuenda; neque tamen ipse inventor hujus speciei ullam ejus mentionem fecit.

**VAGINVLAM** oblongam, superne tantillum incrassatam, fuscam, per folia plantularum 9. 10. transparentem vidi.

**PEDUNCVLVS** tenellus, bene longus, flexuose ascendens, inferne rufus, deinde viridis, f. 10. siccitate tortilis est, f. 12.

**THECA** obesiuscula, teres; siccescens, tantillum sub apertura contracta f. 12. e luteo fuscilla. *Apophysis* rotundata, thecam diametro transversali excedens, viridis est f. 10 - 12.

**OPERCVLVM** obtusum.

**PERISTOMATIS** dentes, ut in reliquis; inter quae columnula eleganter fungilli in modum de summitate expansa, albo-luteola, emicabat f. 12.

**LOCVS** natalis; spongiosa turfosa, in Lapponia Lulensi, ubi cum proxime sequentibus duabus speciebus legisse, loco supra citato scribit Cl. hujus inventor, b. LINNAEVS junior; cujus singulari, dum viveret, in me propensione animi etiam ista hac et sequentibus duabus tabulis delineata specimina, gratissima memoria debeo.

**TEMPVS** florescentiae, vigente vere cum luteo et rubro esse, conicere licet.

**DVRATIO** perennis, ex innovationibus patet.



Tabula XVII.

SPLACHNUM LUTEUM.

*Splachnum luteum*; trunco simplici erecto, foliis sparsis, obverse ovatis, perigonalibusque integerrimis; apophysi umbraculiformi planiuscula, lutea.

*Splachnum luteum*, umbraculo orbiculari plano LINN. Sp. pl. p. 1573. 2. Syst. Veg. p. 945. 2. Amoen. acad. Vol. II. p. 277. t. 3. f. 1.

Explicatio Tab. XVII.

Fig. 1. Plantula flore terminata stellato sterili; magnitudine naturali.

1. \*) Tres plantulae fertiles, diversae aetatis, interposita alia f. 1. simili, et sterili, eisdem indolis; magnitudine naturali.

2. Plantula f. 1.

3. Plantulae f. 1. \*)

auctae lente o.

a. Pl. sterilis, prolongationem parans.

b. Pl. disciflora.

c. Pl. theca operculata.

d. Pl. nunc deoperculata.

e. Pl. theca deoperculata, apophysi planarie expansa.

4. Folium plantulae florentis non disciformis; auctum lente II.

5. Genitalia plantulae oblongiflorae; augmento IV.

6. Genitalia e flore disciformi deprompta; eodem augmento.

7. Genitale femineum ex eodem hoc flore separatim; ad augmentum IV.

8. Summitas trunci cum vaginula et particula pedunculi; secundum augmentum III.


9. Theca cum apophysi umbraculiformi, dentibus repositis f. 3. e; augmento III.



SPLACHNUM luteum L

T. Walley del

Godwin sculp



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS simplicissimus, erectus vel tantillum flexus, diversae longitudinis. Evidenti capitulo floridus, vix theciger, uncialis, f. 1. et b. 3. b. capitulo oblongo florens thecasque promovens, semuncialis, imo linearis tantum. Ille e luteo viret, f. 2. 3. a. b. iste profunde rubet torus f. 3. c. d. 5. 8.

**RADICES** simplices, nec f. 2. non aliquando tenerrimis brevissimisque hinc inde a latere dimissis, divisae: omnes fuscellae.

**FOLIA** sparsa, integerrima pellucida cum nitore; stelliflorarum obverse ovata obtusiuscula; oblongiflorarum ovato-lanceolata, cuspidata, f. 3. 4. Superiora viridia, inferiora decolorata. Illis inferiora setacea non esse, uti MONTIN apud LINNAEVM in Amoenitatibus perhibet, docent f. 2. 3. a. b. imo ipsius ejusdem t. III. 1. f. 6. exhibita.

**FLOS** terminalis hermaphroditus. *Disciformis*, f. 2. et 3. b. e. perigonalibus foliolis 4. 5. basi latiuscula concava, colorata, inde lineari-lanceolata, integerrima, recurva ut plurimum, et genitalibus masculis pluribus, femineis duobus vel tribus et paraphysibus clavato-articulatis 6. 7. constat; alter aequaliter tumidulus, foliis perigonalibus ovato-cuspidatis, integerrimis, genitalibus masculis paucioribus, femineis itidem 2-3., paraphysibus articulatis filiformibus, luteolis, instructus est f. 5. Hunc solummodo frugiferum esse, suadent exemplaria, cum e Suecia ad me missa, tum illa in Amoenitatibus delineata.

**CALYPTRA**, deerat meis exemplaribus, neque a Dn. MONTIN l. c. vel verbulo indicata, quamvis ab infantia ad decrepitam aetatem, ut ipse scribit, hanc speciem observandi habuerit occasionem. Adesse tamen, dubium certe nullum superest.

**VAGINULA** perbrevis, dilute fusca, f. 8.

**PEDUNCVLVS** longus 3 et 4 uncialis, ex aureo purpurascens, summitate angustiore dilute viridi f. 3. c. d. e.

**THECA** senescens e rubro fusca; plena ovata f. 3. c. d. evacuata cylindrica f. 3. e. et f. 9. Columnula semper de apertura, peristomate reposito, prominet summitate orbiculari concava f. 9. *Apophysis* ante plenariam expansionem contracta rugosa, viridis f. 3. c. d. \*) expansa subinde in umbraculi formam, lutea, f. 3. e. et f. 9. \*\*).

\*) Adnatum tunc esse marginem pedunculo, perhibet MONTIN, et Fig. 2. 3. t. cit. simillimam delineavit, Ph. *ampullacei*. Haec mea exemplaria autem forte jam tum erant provectiora.

\*\*\*) In planum expandi habet Idem: ego vero pinxi, veluti aqua bene emollitam vidi.

**OPERCULVM** convexum; ferrugineum dicit **MONTIN**: in meo exemplari citrinum erat.

**PERISTOMA** simplex, dentium octo geminatorum, lutescentium, lenissime transversim striatorum f. 9.

**SEMINA** exigua viridia, f. eadem.

**Locvs.** In udis limosis Lapponiae Tornensis et Lulensis e. g. ad latus montis alpini Snirack et ad Ioemoek: nec non Westrobothnia ad ostium fluvii Colicensis.

**TEMPVS.** Iunio ineunte thecas maturat. Procul dubio itaque vere vigente floret.

**INVENTOR.** **PETRVS ADLERHEIM**, Praefectus rei metallicae per Westrobothniam, anno 1746 primus hanc speciem detexit. Et quamvis hoc passu posterior sit sequenti; tamen hic vel ideo praemittere volui, quod uberio-rem eandem disquirendi habuerim copiam, praepimis ab optimo *b.* **LINNAEO** nec non amicissimo **THVNBERG** mihi benevole suppeditatam.

Opusculum hoc meo exemplari, neque a De Montin, e vel  
vtriusque, quia de materia et descriptione accenti, ut in fide  
hanc speciem observandi hanc occasionem. Adhuc tamen dubium esse  
nullum superest.

VAGINULA peristoma, dilata f. 8.

EPIDERMIS longius et 4 unciis, ex parte purpurascens, summi  
tate angustiore dilata viridi f. 3. a. w.

THECA semelans striato sulca. Peristoma ovata f. 3. a. d. evanescit cylindrica  
f. 3. a. d. Columnula semper de operculo, peristomate reposita, promi-  
net summae orbiculatae concavae f. 9. utrophysa sine planitie expansionem  
contacta rotunda, viridis f. 3. a. d. expansa subinde in umbilicatum formam  
f. 3. a. d. f. 9.

Adhuc tamen est materiae probanda, quod De Montin, et f. 3. a. d. et f. 9.


Adhuc tamen est materiae probanda, quod De Montin, et f. 3. a. d. et f. 9.



D. Hering del.

SPLACHNUM rubrum L.

PLANTAS



PLANTAS

---

*Tabula XVIII.*
**SPLACHNUM RUBRUM.**

*Splachnum rubrum*; trunco simplici erecto; foliis sparsis, ovatis, concavis, perigonalibus denticulatis; apophysi umbraculiformi convexa rubra.

---

*Splachnum rubrum*, umbraculo orbiculari hemisphaerico. LINN. Spec. pl. 1572.  
Syst. veg. 945. Amoen. acad. 2. p. 272, t. 3. f. 2.

Muscus norvegicus, umbraculo ruberrimo insignitus Pet. Mus. 70. t. 1. f. 10.  
Dill. Hist. Musc. 547. t. 83. f. 9.

---

*Explicatio Tab. XVIII.*

- Fig. 1. 2. Plantulae disciflorae diversae altitudinis; naturali magnitudine.
3. 4. Plantulae thecigerae, trunci pedunculique altitudinae diversae; magnitudinae naturali.
5. Plantula f. 1. }  
6. Plantula f. 2. } auctae Numero o.  
7. Plantula f. 3. }
8. Folium perigoniale plantulae thecigerae; augmento II.
9. Genitalia e plantula f. 1. decerpta; ad augmentum IV.
10. Theca deoperculata, cum apophysi umbraculiformi nondum plenarie expansa.
-



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS disciflorus aequae ac theciger, diversae altitudinis. Illius a femunciam ad unciam virens, gracilis f. 5. 6. istius a lineis tribus ad femunciam altus sit ruber, valentior f. 7. Uterque erectum situm servat.

**RADICES** simplices, demissae, tenerae, secundum longitudinem fibrillosae, dilute fuscae, f. 5. 6. 7.

**FOLIA** communia sparsa, patentia, obverse ovata, integerrima, superiora thecigerarum plantularum, ad augmenta, denticulata f. 8., cuncta fasciculo vasorum validiusculo, excedente in his limites, donata; inferiora decolora, superiora, ut ex siccato dudum exemplari f. 7. vidi, saturate viridia.

**FLOS disciformis** hermaphroditus. Inerant enim plantulae f. 5. pluscula genitalia mascula, et feminea tria, paraphysibus articulato clavatis stipata f. 9. Hujus foliola perigonia, e lata, ovata, punicea basi, lineari lanceolata, recurva, denticulata f. 5. 6. *Alterum*, aequabiliter de summitate, veluti praecedentis speciei, tumidulum, etiam hic adesse, solumque thecigerum, verosimillimum est e foliorum f. 3. 4. 7. 8. olim perigonialium, quoque denticulatum forma.

**CALYPTRA**, ne ulli quidem descriptorum, innotuisse videtur. Neque ego quidquam de hac parte dicere possum, cum tria, quae possideo, exemplaria, multo proVectiora essent. Nihilominus ejus praesentiam arguit analogia et genitalis feminei f. 9. forma.

**VAGINULA** multo longior robustiorque est quam praecedentis speciei; eleganter rubicunda.

**PEDUNCVLVS** quo vetustior, eo profundius rubens; nonnunquam duplo longiorem fieri, docet exemplar f. 4. delineatum. Siccitate torquetur.

**THECA** integre expansa ovalis, basi contracta, coloris ochrei, dum matura est, f. 10. Eminens columnula, minus in summitate dilatata erat, ac *Ph. lutei*. *Apophysis* contracta adhuc, omnino viridis est; quod e reliquiis ad summitatem nondum plenarie expansae, et per omnem ambitum plicis longitudinalibus notatae f. 10., quae meis exemplaribus intererat, patet. Subinde vero convexitatem indidiscitur hemisphaericam f. 3. 4. 7. totaque saturate rubro colore ornatur.

**OPERCVLVM** deest exemplaribus meis videturque omnibus descriptoribus defuisse.

**PERISTOMA** simplex, e dentibus octo geminatis, aurantii coloris, lenissimeque transversim striatis f. 10. exstructum est.


**SEMINA** praecedentis speciei similia esse, non sine ratione suspicor.

**LOCVS**: In humidis turfosis Norvegiae ad Portsgrund, ubi speciosum hunc muscum primus invenit RICHARD WHEELER, anno 1693. Sibiriae omnis, **GELIM.** Finlandiae, prope Aboam.

Omnem ejus historiam collegit MONTIN in LINNAEI Amoenitatibus academicis Vol. II. p. 273. *sqq.*



OCTOSPORA *Fungicola* Steud.




OCTOSPORA *villosa* Steud.



OCTOSPORA *craterella* Steud.

D. Henry del.

Engr. J. G. Smith sculp.



## T a b u l a XIX.

A.  
OCTOSPORA FVNGOIDASTER.

*Octospora Fungoidaster*, trunco exili, gracili, elongato,  
albido, patella fuscescente terminato.

## Explicatio Tab. XIX.

FIG. A.

- Fig. 1. Frustillum ligni putridi, plantulis obfitum, naturali magnitudine.  
2. Plantulae binae juvencae in particula foli natalis; ad augmentum I.  
3. Tres plantulae adulrae; eodem augmento.  
4. Thecae cum paraphyfibus; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS e basi valentiore tomento albo circumfusa, recta vel et oblique ad-  
furgendo gracilefcens, coloris, dum madet, albicantis est, siccitate di-  
lutissime fusci. Terminatur expansione patellaeformi forinsecus profundius  
colorata, margine exiguo convexo, disco plano, f. 2. 3.

**RADICES** simplices, albae tenerrimae, lentibus convexioribus tantum  
conspicuae, infra basin tomentosam, in putrilagine emollitam ligni superficiem  
penetrant. Sequaces sunt caetae evulsioni plantulae, si antea aqua bene irri-  
gatur locus.

**GENITALIA mascula** in speciminibus acceptis, ante quatuor annos jam  
lectis et exsicccatis, invenire nequii. *Femineorum* vero sequelam, nimirum,

**THECAS** in bene emollitis plantulis reperi consuetae figurae, paraphyfi-  
bus tenerrimis stipatas, f. 4.

**SEMINA** cuique inclusa octo, rotundata, perquam minuta, pellucida,  
sunt, f. ead.

**LOCVS ET TEMPVS.** In truncis putridis Sylvae *Eilenriede* legit Novem-  
bri Cl. EHRHART; cujus benivolentiae has sequentesque species gratis debeo.

*Aspergillus putridus* Bull. *Stromb.*  
*Aspergillus putridus* Bull. *Hist. & Desc. Bourb. page 113*

B.

## OCTOSPORA VILLOSA.

*Octospora villosa*, trunco mediocri elongato, patellaque convexo-marginata villosa, villis connexis sursum spectantibus.

*Explicatio figurarum.*

B.

Fig. 1. Plantula solitaria debita aetatis.

2. Plantula solitaria senescens.

3. Plantulae tres basi connatae diversae proceritatis.

4. Plantula f. 1.; ad augmentum 0.

5. Segmentum perpendiculare patellae; ad augmentum IV.

a. villi superficiei externae.

b. parenchyma.

c. thalamus.

d. Thecae cum paraphysibus; ad augmentum IV.

6. Thecae binae cum paraphysibus seorsim; ad augmentum V.

} naturali magnitudine.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS uncialis e basi validiuscula gracilescendo, ut plurimum recta ascendens, albidus, villis brevissimis ad summitatem oblitus, albescens: terminatur expansione patellaeformi concolore, villis, praesertim ad marginem longioribus densioribusque tectus, sursum spectantibus, hinc summis supra marginem incurvatis, articulatis f. 1. 4. Patellae margo convexus integer, f. ead.; senescens exprorectus fissilis f. 2. Concavitas nigricans.

**GENITALIA** mascula non vidi; feminea omnem patellae internam superficiem occupant et ab impraegnatione abeunt in

**THECAS** e tenui membrana clavatas stipatasque paraphysibus tenerrimis filiformibus f. 5.

**SEMINA** quaevis theca octo, nitida, rotunda f. 6. continet.

**LOCVS** et **TEMPVS**: Hannoverae legit CL. EHRHART auctumno Gregaria.

*Sezija macrospora Pers (Steering)*

OCTO *Macrospora macrospora Pers.*

Hist. & class. h. Koudon page 401

C. OCTO.

## OCTOSPORA CRATERELLA.

*Octospora craterella*, trunco gracili elongato, albescente patellaque ampliuscula cum margine aequali, concolore, brevissimo tomento adperso.

*Explicatio figurarum.*

Fig. 1. 2. 3. Plantulae diversae staturae; magnitudine naturali.

4. Theca cum paraphyibus; augmento IV.

5. Eadem; ad augmentum V. exhibitae.

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS e basi validiuscula gracilescendo elongatus, longitudine varius, teres, albicans; de summitate dilatatus crateris in formam, margine aequali forinsecus concolorem, tenerrimo brevissimoque, non nisi lentibus augmentioribus conspicibili villo obductum. Concauitas a paraphysium apicibus fulco in nigrum vergente colore tineta est, f. 1. 2. 3.

GENITALIA *mascula* exemplaribus meis cunctis bene adultis, deerant: *feminea* vero nunc ab impraegnatione grossificata abeunt in

THECAS clavatas, membranaceas, albas pellucentes, stipatas paraphyibus filiformibus, summitate incrassato - rotundata tantillum colorata f. 4. 5. continentes

SEMINA octo ovalia alba, f. 5.

Locus; Upsaliae in sylvia regia legit Cl. EHRHART 1774. Et quamvis abinde sicca asservata, dum aquae submergerem, brevi emollicbatur et segmentula non solum thecas, seminulis suis refertas, eleganter ostendebant, sed etiam easdem subinde ad illorum explosionem elevabant.

ENDOCARPON.

CHARACT. GEN.

Thalamus fructificationis intra substantiam plantae ipsius.

Thecae, e membranula tenerissima clavatae, di-tetrasporae.

Etymologia. Ab ἐνδον vel ἐνδοθεν intus, intrinsecus, et ὁ καρπός fructus.

Tabula XX.

ENDOCARPON PVSILLVM.

Endocarpon pusillum trunco plano, exiguo, vario, profunde viridi, nigropunctato; desuper albido.

Lichen pulmonarius terrestris, clypeatus, minimus et indivisus, virefcens. MICH. Gen. p. 101. 4. t. 54. Ord. 36. f. 3. DILL. Hist. M. p. 228. t. 30. f. 133. \*)


Explicatio Tabulae XX.

FIG. A.

- Fig. 1. Tetrae glebulae plantulis variae magnitudinis obstita, naturali magnitudine.
- 2. Aucta; lente I.
- 3. Plantula scorsim, cum radiculis; ad augmentum III.
- 4. Alia maximae molis lobata; augmento I.
- 5. Plantula mediae magnitudinis; augmento IV.
- 6. Segmentum perpendiculare.
  - a. Thalamus, thecis feminalibus refertus. } ad idem augmentum.
- 7. Seminula excussa.
- 8. b. Thecae; c. tria feminula excussa; secundum augmentum V.


\*) Hallerus quidem suo Licheni foliis anguiofis, imbricatis, calcariis, spadiceis Hist. fl. n. 2010. t. 47. f. t. idem MICHELII synonymon subjecit: sed cum figura ejus ipsa, tum et attributa in definitione posita suadent, hanc plantam potius ad praecedentem Michellii speciem pertinere.

A



ENDOCARPON *pusillum*

B



LICHEN *cupularis*

C



LICHEN *citrinus*



PLATE XXX



B





PLATE XXXI

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS planus, variæ, a linea una ad quatuor, rarius sex, dimensionis nec non figuræ. Truncus ut plurimum rotundus vel ovalis est, margine integro; extensione cordiformis, reniformis, irregulariter emarginatus, bilobus, trilobus, et ultra, lobis profundius scissis f. 4. rarius quamvis, evadit, f. 1. 2. 3. 5. *Color*, supra profunde viridis, hinc sericeo nigrescens: subtus albidus; quare madore bene vegetus ista superficie prominula, albo marginatus, ad augmenta adparet f. 2. 4. 5. *Substantia*, radicans stratum densiusculum callosum; intermedium vasculosum album, superinducta linea coloratiore, quam sequitur parenchyma omnino viride, diffusum denique in tegmen cuticulare, continuo dilutius viridans, f. 6.

**RADICES** simplices, altae, tenerrimae, f. 3. cautissima tantum elutione extricandae.

**GENITALIA** *mascula* mihi nondum exacte constant: an superae superficiei eminentiae minutissimae, decolores? *Reminea* demum intra substantiam intermediam, thalamo membranaceo, ovato, fusco, emissario sursum tendente, conclusa f. 6. Hinc ad nudum oculum puncta nigra f. 1. ad armatum vitris, globuli fusci, centro dilutissimo pertusi f. 2. 3. 4. 5. in supera superficie adparent. Grossificata nimirum tunc ista genitalia continent

**THECAS** obtusas clavatas, membranaceas, tenerrimas pellucen-tissimasque, f. 6. a. et 8. b. paraphysibus destitutas.

**SEMINA** his insunt duo ovalia, ex albo dilutissime fuscilla f. 7. 8. b. c.

**LOCVS** et **TEMPVS**. In terra nuda degit, individuis nunc appropinquatis nunc invicem tantillum remotis, imo et hinc inde solitariis. Omni fere tempore reperiunda; laetissime tamen viget Septembri post pluvias. MICHELIVS primus omnium hanc stirpem in castaneto monialium divae felicitatis et in umbrosis ambulacri viridarii Boboli detexit. Mihi circa Lipsiam obviam fuit Schoenfeldi supra murum antiquum argillaceum, et ad declivitatem aggeris praestructi piscinae, in sylva lindenthalensi.

*Obs.* Truncus Lichenis: fructificatio Ricciae: thecae Octosporae: hinc genus Riccias Lichenibus et hos Octosporis arctius nectens.

LICHEN CUPULARIS.

Lichen cupularis; crustaeformis, ex albo virescens, scutellis hemisphaericis, dilutissime lateritiis, margine convexo exalbido.

Explicatio figurarum.

- Fig. 1. Frustillum lapidis calcarei, plantula obductum; naturali magnitudine.
- 2. Idem auctum; numero I.
- 3. Particula scutelligera avulsa; ad augmentum III.
- 4. Semina; augmento V.

Locus: Tria in terra nuda sicut, individua nunc sp. ...  
 Semina: in istis sunt duo ovula, ex albo dilutissime fulcra ...  
 Tria: clavata, membranae, tenacitas pellucida ...  
 Particula scutelligera: clavata, membranae, tenacitas pellucida ...

Observatio: Lichenis: virescens, lateritiis, hemisphaericis ...  
 Lichenis: virescens, lateritiis, hemisphaericis, dilutissime lateritiis, margine convexo exalbido.

## HISTORIA ANALYTICA.

**TRUNCVS**, seu primordialis plantae pars, e qua reliquae partes succedunt, **grumofus**, **crustae** in modum naturali loco supercensus; inferne omnino, superne ficitate albidus, rimofusque f. 3. madens viridulus inaequalis, f. 2. Substantia fere cartilaginea, stria superficiali gelatinofa.

**RADICES** nullae. Artiffime enim cavernulis impascibilium lapidum adglutinatus, nutrimentum ex atmosphaerae humiditate gelatinoso tegmine capere videtur.

**GENITALIA mascula**, substantiae immerfa, denique punctorum nigrorum, ad convexiora vitra satis notabilem f. 3. in sicca planta planorum, prominentium in humida, sese produnt, perquam tenerrimo polline referta. **Feminea** intra monticulos sphaericos albos, e crusta elevatos, reconduntur, qui subinde ulteriori incremento, vertice dehiscunt et in scutellas hemisphaericas corneas, forinfecus dilutissime lateritio colore tinctas, margine laevi, tumidulo, exalbido increfcunt; cavitate profundius colorata f. 2. 3.

**THECAE** intra illas contentae, exiguae, cylindricae, paraphyftibus cohaerentibus immerfae.

**SEMINA** perquam exilia, ovalia, ex eodem colore albida f. 4.

**Locvs.** In rupibus calcareis Hercyniae, praefertim ad *Rübenland*, ubi *Marmora blankenburgica* effodiuntur 1781. invenit et benevole communicavit **Cl. EHRHART.**

## LICHEN CITRINVS.

*Lichen citrinus*; extensus, varie divisus lobatusque; supra citrinus, subtus albus; scutellis concoloribus inaequaliter marginatis, disco rufo.

*Explicatio figurarum.*

C.

Fig. 1. 2. Plantulae Bryis immerfae; naturali magnitudine.

3. 4. Plantulae de f. 1. seorsim; ad augmentum 1.

5. Semina; secundum augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS in planitiem extensus, prolongatione teneriore et magis glabra, diversimode divisus lobatusque fit, f. 1. 2. 3. 4. Superficies prona perquam tenerrime villosa, hinc valde bibula, tuncque madens citrina, sicca albescente colore praedita, hinc inde leuissimis sulcis insculpta, supina autem omnino alba est.


**RADICES** sunt villis tenerrimis, quo natali solo arcte adhaeret.

**FLOS masculus**, punctula tantillum elevata, polline intus referta, demum eleganter de vertice e luteo punicea, f. 3. 4.: *femineus* monticulus e substantia elevatus, in summitate depressus, deinde expanditur in patellam ovatam, rotundam, extrinsecus paulo profundius concolorem, margine in junioribus quasi crenulato, vetustioribus integro. Discus rufus continet

**THECAS** paraphysibus connatas, summitate sua colorem exhibentibus.

**SEMINA** intra has rotundata alba f. 5.

**LOCVS.** In monticulis Hannoveranis et Hassiacis legit et benevole communicavit Cl. EHRHART.




LICHEN *atratus*.



LICHEN *cetrinus*

D. Hedley del.

Endler sc.



Faint, illegible text or markings at the bottom left of the page.

---

## Tabula XXI.

A.

# LICHEN ATRATUS.

Lichen *atratus*, trunco mere scutellaeformi, atro; disco concolore.

---

### Explicatio Tab. XXI.

FIG. A.

- Fig. 1. Particula ligni e Tiliae ramo emortuo, cuticula consumpta; naturali magnitudine.  
2. Eadem; aucta ad numerum 0.  
3. Plantulae segmentum perpendiculare in aquae guttula visum, feminibus continuo de opere filamentoso evadentibus; secundum augmentum IV.  
4. Tria feminula seorsim; ad augmentum V.  
5. Eadem; ad augmentum VI.
- 

## HISTORIA ANALYTICA.

---

**T**RUNCUS mihi nunquam aliter, quam scutellaeformis, margine convexo, obviam fuit; omnis de reliquo expansionis dimensione expers: forinfecus ater splendens, disco concolore non splendente, ad lentes augmentiores lenissime granuloso, f. 2.

RADICES quam tenerrimae, e fusco nigrescentes, defiguntur in locum natalem putrilagine emollitum f. 3: non nisi simili encheiresi observandae.

FLOS *masculus* forsitan punctula nigra, in epidermide residua nigrescente, occurrentia? *Femineus* in concavitate expansionis trunci, genitalibus thalamo carnosio albo innixis, f. 3.

RECEPTACULA *feminum* abinde cylindrica, filamentosis connatis paraphysibus, superne atratis, immersa.

SEMINA continent albissima oblonga f. 3. ad maxima augmenta conoidea, lenissime punctulata, f. 4. 5. Elastica quadam vi de suis claustris emergunt, accedente madore. Unde procul dubio postmodum subsequente sicciore tempestate ventis auferuntur sicque disseminantur.

LOCUS. In acervulos congregatam reperi super Tiliae *europaeae* ramulos emortuos, putrilaginosos, cuticula, ubi adhuc aderat, rupta ac elevata.

TEMPUS. Omni fere tempore occurrit; praepremis autem vere viget.

---



B.

## LICHEN CERINUS.

*Lichen cerinus* trunco tenerrimo crustaeformi albido; scutellis concoloribus, disco luteo.

*Explicatio figurarum.*

B.

- Fig. 1. Frustulum corticis siccitate rimosi, hoc lichene obsitum; naturali magnitudine.  
 2. Dimidia hujus pars; ad augmentum 0.  
 3. Particula inde exenta in sicco statu. } ad augmentum I.  
 4. Eadem madesacta, }  
 5. Scutella, cum particula sui trunci, irrigata; ad augmentum III.  
 6. Ejus segmentum perpendiculare; secundum augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS liturae tenerrimae albescens in modum supra corticem arboris annosi extensus; madesactus, ad augmenta maiora, superficie inaequali; terfa, f. 2. 5. elevatusque loco frugifero in tubercula alba, subinde in scutellam ampliata.

**RADICES** tenerrimas fuscas agere videtur; quae, praesertim circa scutellas in superficiem trunci emergunt, f. 5. 6.

**FLOS** *masculus* effoetus; punctula nigra dispersa f. 3. 4. *Femineus*; monticuli albidi, in summitate lanuginosi cum exigua subinde depressione f. 2. 3.


**SCUTELLAE** inde denique emergentes ejusdem coloris: adolescentes adultioresque, dum siccusculae sunt, marginem plus minus regularem convexum et discum luteolum ostendunt f. 3; madidae illum magis erigunt tantillum dilatatae: discus vero viridulus fit f. 4. 5. Et hoc quidem efficit stratum globuloso-viride, thalami albissimi, ceu cortilaginei, medalliam occupans, cujus de centro striae vasculosae in fundum scutellae penetrant. Sequitur abinde portio vasculosa, tantillum coloratior, f. 6.

**SEMINA** intra filamentosum opus nidulantur tenerrima albissima.


**LOCUS et TEMPUS:** Misit celeb. EHRHART lectum Ann. 1787 in truncis arborum horti regii qui Herrenhausi prope Hannoveram est.



OCTOSPORA *purpurea*



OCTOSPORA *calyciformis*



OCTOSPORA *discolor*

D. Harvey del.

Knobel sc.

200 104



OF THE ...



OF THE ...



OF THE ...

## T a b u l a X X I I .

## OCTOSPORA PURPUREA.

*Octospora purpurea*, trunco coriaceo, e breui angustiore basi in patellam ampliato, extus obsolete purpuream, siccitate tenerime ex albido-papillofam, disco profunde sanguineo.

## Explicatio figurarum.

A.

- Fig. 1. 2. Coacervatae plantulae; naturali magnitudine.  
 3. Plantula sub solitaria, margine regulari et irregulari. } naturali magnitudine.  
 4. Alia similis, maximae staturae, senio margine patellae reflexo. }  
 5. Plantulae f. 1. secundum augmentum I.  
 6. Solitarium individuum; ad idem augmentum.  
 7. Segmentum perpendiculare, per patellam ductum; ad augmentum IV.  
 8. Thecae cum paraphysibus et seminulis ejectis; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS ab exigua angusta, sulcis longitudinalibus tenerrimis notata basi, vix ad lineae altitudinem elevatus, diffunditur in formam patellae, f. 6. concavam, diversimode, cum ex consortio, tum alias propter circumstantias, patentem f. 5. margine convexo aequali repandoque; deinde explanato f. 3. demum fere replicato f. 4. Totus quantus purpura, aquam maceratione tingente, perfusus: infima basi nigricante; patella forinsecus obsoleta, concavitate virida. Superficies externa patellae tenerrime papillofa, unde siccescens, praeprimis marginem versus, lenissime pruina quasi conspersa adparet. Substantia albida solidiuscula, fere coriacea, vasculis perquam tenerrimis, in callum thecigerum pellucentem contexta, f. 7.

THALAMUS fructificationis in perpendiculari sectione dilutior apparet sub vitris convexioribus f. ead.

THECAE omnem summam concavitatem cum paraphysibus replentes semina continent oblonga, nitida f. 8.

LOCUS: supra basin residuam, truncorum dejectorum Quercus, putrilaginosam, circa Lipsiam haud infrequens: inque sylva regia Upsaliae legit Cl. EHRHART.

TEMPUS: Octobri, Novembri.

R 2

B. OCTO.

*Cougue purpurea Hedw = C. sarcoides protall?*  
*Hist. class. de Bourd. page 97*

B.

## OCTOSPORA CALYCIFORMIS.

*Octospora calyciformis*, trunco minutulo albicante, summitate niveo-villosa, disco dilute puniceo.

*Peziza calyciformis* stipitata, convexa, intus fuscescens, extus cinerascens. — WILLDENOW. Prodr. 1774.

*Peziza calyciformis* pileo ochraceo, glabro, subtus cum stipite carneo-furfurosa. BATSCH. Fung. Cont. I. 195. n. 135. t. 26. f. 135.

### Explicatio figurarum.

B.

- Fig. 1. Ramulus Pini, plantulis variae aetatis oblitus; naturali magnitudine.  
 2. Hujus particula; ad augmentum II.  
 3. Plantula mediae aetatis; ad augmentum IV.  
 4. Segmentulum perpendiculare de patella; ad augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS exiguus, prima aetate bulbillis quasi sustentatus f. 2. (plantula fere in medio figurae locata) elongatur ab inde forma cylindri f. 3. aut fere saepius inverse conica, summitate terminatus patella, marginem protuberantem arcum referentem. Ista forinfecus albiissima villosa, discum habet (secundum mea exemplaria) eleganti ochra tinctum. Abinde inferiora versus, in vivis forte, carneus, at dilutissime; superficie transversim quasi rugosa. Caute decerpti basis tenerrimam concavam membranam, dilutissime fuscillam, secum auferbat; dubio procul pristini bulbilli residuum: quae cuncta f. 3. ad naturam delineata visuntur. Substantia interna alba tenerrima vasculosa, f. 4.

**THECAE** disci, paraphysibus stipatae, tenerrimae minutissimae f. 4.

**SEMINA** rotunda, summis augmentis globuli punctiformis ad instar aegrius discernibilia.

**LOCUS.** In arborum truncis; ramulis Pini dejectis putrescentibus Berolini inventam misit hoc nomine Cl. WILLDENOW; vix alias secundum Cl. BATSCHII descriptionem, pro ipsa Ejus specie habendam.

**TEMPUS:** Autumnus.

C. OCTO-

*Peziza calycina* Schum (Horn)  
*Erichoscypha calycina* Schum.

Hist. et Descrip. 2. Banden pag 14

C.

## OCTOSPORA DISCOLOR.

*Octospora discolor*, e basi exigua arcata in patellam planam adpressam, disco siccitate ochraceo, madido dilutiore versusque marginem grisecente, expansa.

### *Explicatio figurarum.*

C.

- Fig. 1. Frustillum ligni putridi, individuis quinque oblitum; naturali magnitudine.  
 2. Idem; repraesentatum ad augmentum I.  
 3. Plantula madida Scorfm, desuper visa; ad augmentum III.  
 4. Segmentum perpendiculare; ad augmentum IV.  
 5. Thecae cum paraphysibus; ad augmentum VI.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCI basilaris contractior particula exigua adeo est, ut quasi nulla adpareat; mox enim inde explanatur in orbiculum perquam tenuem, margine non, nisi in sicca plantula, adparente. evanido irrigatione: siquidem turgidula inde patellaeformis expansio, quasi adpressa loco natali adparet. Neque tunc hujus transversalis dimensio lineam excedit. Color baseos e fusco nigricat, abinde continuo dilutius fuscus: disci autem color siccitate in ochraceum tendens, multo dilutior fit, dum madet, inque ambitu, tunc ab illo transparente, grisecit. Substantia admodum tener vasculosa f. 4.

**GENITALIA** feminea, foecundata, exsurgunt inter paraphyses tenerrimas, in

**THECAS** clavatas, albas, membranaceas, quibus insunt

**SEMINA** rotunda, f. 6.

**LOCUS.** In cortice arborum horti regii in Herrnhausen prope Hannoveram invenit et misit optimus EHRHART.

*Gezya bicolor* Bull (Hartig)  
*Dasycephala bicolor* Bull. Hist. Champ. Bonduin page 119

## Tabula XXIII.


## LEERSIA LANCEOLATA.

*Leersia lanceolata*, trunco erecto, simplici divisoque; foliis lanceolato-concavis, apiculatis; thecis ovatis.

## Explicatio Tab. XXIII.

Fig. 1. Plantula simplex, et 1<sup>a</sup> plantula per innovationem divisa; naturali magnitudine.

- |   |                            |
|---|----------------------------|
| 2. Plantula f. 1.   | } ad augmentum I.          |
| 3. Plantula f. 1 <sup>a</sup> .   |                            |
| a. theca calyptrata.  |                            |
| b. theca decalyptrata.  |                            |
| c. theca deoperculata.  |                            |
| 4. Folium e superioribus; ad augmentum III.                               |                            |
| 5. Plantulae summitas cum floribus; ad idem augmentum.                    |                            |
| 6. Flores masculi.  | } ad augmentum IV.         |
| 7. Genitalia inde deprompta.  |                            |
| 8. Genitalia feminea.   | } secundum idem augmentum. |
| 9. Folium perigoniale intimum.  |                            |
| 10. Calyptra; augmento III. exhibita.                                     |                            |
| 11. Vaginula; ad idem augmentum.  |                            |
| 12. Theca deoperculata; ad augmentum III.                                 |                            |
| 13. Particula similis thecae, peristomate expanso; secundum augmentum IV. |                            |
| 14. Semina; ad augmentum IV.  |                            |
| 15. Alia; ad augmentum V.   |                            |




LEERSIA lanceolata.

*Pottia lanceolata* Mull.

D. Heston del.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS erectus simplex, f. 1. 3. duas tres vel quatuor lineas aequat; innovationibus subinde, et eo magis quidem, si non conceperint feminae, multiplicatus, f. 1\* 2. fere ad uncialem, altitudinem, quamvis rarius, accedit. Ut plurimum enim veterani, obvolitante terra collecta sepulti, disparent consumuntur.

**RADICES** basilares validiusculae, axillares teneriores; ut plurimum simplices, nec non parum fibrillosae, colorem offerunt e luteolo fuscum, veteranorum profundiore, f. 2. 3. Posteriores tamen non, nisi e particula trunci, terra jam tecta, oriri videntur.

**FOLIA** inferiora superis multo minora: lanceolata, concava, a varum fasciculo validiusculo ita, ut detracta, particulam petiolum mentientem de trunci superficie secum auferant, extremitatem excedente, apiculata sunt. Infima brevi corrumpuntur, annotina, annique floridi inferiora, decolora et strictiora reperiuntur, summis patentioribus folisque amoene virentibus, f. 2. 3.

**FLOS masculus** f. 6. vel quaternarius unius individui, gemmae forma foliorum alis infidet; exstructus e quatuor foliolis perigonalibus, ovatis concavis, aequabiliter reticulatis, et genitalibus fere totidem, minutissimis f. 7. paraphysibus carentibus. *Femineus* intra folia perigonalia, quorum intimum minutissimum f. 9. recondit genitalia sui sexus decem, stylo longo gracili, dilutissime, etiam post impraegnationem, colorato; quoque paraphysibus succulentis fere integre destituta.

**CALYPTRA** pallide viridis erecta, demum fere albicans, apice profunde fusco, lateraliter finditur f. 10. et secedit f. 3. a.

**VAGINULA** cylindrica, tantillum curvula, e sordide viridi fusca, margine fusco f. 11.

**PEDUNCULUS** modice longus erectus, senio e luteolo-viridi rutilans, ficitate tortilis, f. 12.

**THECA** erecta, ovata, viridis; matura rufa. f. 2. 3. 12.

**OPERCULUM** dilutius coloratum, rostratum; rostello recto, ut plurimum curvato, f. 2. b. apice luteolo, communiter cum Calyptra secedente.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA** simplici serie, e dentibus sedecim pyramidatis, in dilutissime croceum colorem vergentibus constat; a casu operculi viridissime semireflexilibus, abinde ficitate divergentibus. f. 13.

**SEMINA** luteo viridia, ab accessu aeris siccescentia, brevi fuscum colorem contrahunt, f. 14. 15.

**LOCUS:** Lipsiae, praeprimis in muris argillaceis, nec non ad ageres et supra lapides, per omnem fere Germaniam vulgaris. Latuit tamen procul dubio diutius observatoribus ideo, quod habitu, herba, thecis, operculo perquam similis sit haec species *Gymnostomo truncato*, cujus deinde et consortio saepe fruitur, et fere eodem tempore fructus maturat.

**TEMPUS** florescentiae enim est autumno et primo vere; maturationis autem Maji initio anni subsequens.

**DURATIO:** innovationibus per plures annos vitam conservat.

## Tabula XXIV.

## GYMNOSTOMUM RECURVIROSTRUM.

*Gymnostomum recurvirostrum*, trunco pallido, debili. erecto, innovationibus frequentibus diviso; foliis recurvis capillaceis.

*Pottia curvirostra* EHRHARTII.

## Explicatio Tab. XXIV.

- Fig. 1. a. Plantula sterilis.  
 b. Plantula mascula. } naturali magnitudine.  
 c. Plantula feminea.
2. Plantula f. 1. b; secundum augmentum II.  
 3. Plantula f. 1. c; secundum augmentum o.  
 4. Folium perigoniale floris masculi cum genitali unico evacuato; ad augmentum IV.  
 5. Flos femineus; augmento III.  
 6. Ejusdem folium perigoniale externum, a tergo et.  
 7. Intinum, ab antica facie visus cum genitalibus. } ad augmentum III.  
 8. Theca operculata calyprataque.  
 9. Vaginula, cum particula trunci et pedunculi.  
 10. Semina; ad augmentum IV.  
 11. Eadem; ad augmentum V.

HISTORIA ANALYTICA.



Tab. II.

Tab. XXIV.

D. Hedvig del.

GYMNOSTOMUM curvirostrum.

1724

SYMPHYTUM V. SYMPHYTUM



... densis, erecto, in ...  
... recurvis capillaceis

Parte ...

Tab. XXIV.

- 1. ...
- 2. ...
- 3. ...
- 4. ...
- 5. ...



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primordialis simplex procul dubio. Frugifer subinde continuo pone summitatem simplici, duplici f. 3. imo triplici et ultra innovatione, bifidus trifidusque, sterilis autem quinquefidus, f. 1. a. sex octofidusque adparet. Hinc cespites dense implexi. Perquam tenuis ac debilis, erectus tamen intra gregem, altitudine bi- et triplicari, sustentatur; pallidissime fuscello colore tinctus.

**RADICES** primordiales validiusculae fuscae: succedanae e foliorum alis, f. 3. praesertim baseos innovationum f. 2. perquam tenerae, simplices, et pallidae sunt.

**FOLIA** linearia, ut plurimum recurva, summa dilute viridia, inferiora decolora, vasorum fasciculo mediam longitudinem emetiente pollent.

**FLORES** utriusque sexus distincti, distincto in individuo, truncum innovationesque terminant. *Masculus* f. 2. e e. intra foliola quatuor ovato lanceolata, f. 4. exfasciculata, recondit genitalia totidem. *Femineus* f. 5. quoque quatuor f. 7. genitalibus instruitur, quae foliola quinque aut sex, exteriora ovato-acuminata, f. 6. interiora oblonga, concava, fasciculo obscuriori praedita f. 7. contegunt. Paraphyses succulentae utrisque nullae.

**CALYPTRA** exigua, pallida, lateraliter fissa. f. 3. f. et 8.

**VAGINULA** cylindrica, demum fuscilla. f. 9.

**PEDUNCULUS** tenuis e luteo viridans, senex fuscus, f. 3. non tortilis.

**THECA** ovata, viridis; matura fusca f. 3. 8.

**ANNULUS** nullus.

**OPERCULUM** rostratum; rostro curvato. f. 3. g. 8.

**PERISTOMA** nullum. f. 3. h.

**SEMINA** exigua viridula, demum fusca. f. 10. 11.

**LOCUS.** In rupibus-gypfaceis prope Osterode, et Nieder-Saxen-werfen hanc speciem \*) invenit Cl. EHRHART, cujus benevolentiae debeo.

**TEMPUS.**

**DURATIO** perennis in cespitibus densis.

\*) Cujus triviale omnino, ut in Tabula, *curvirostra*, audire debet.

*Tabula XXV.*

## TRICHOSTOMUM HETEROSTICHUM.

*Trichostomum heterostichum*, foliis lanceolatis, in apicem ca-  
num denticulatum productis; thecis oblongis.

*Explicatio Tab. XXV.*

Fig. 1. 2. Plantulae naturali magnitudine.

3. Plantula f. 1. theca gemella; altera operculata, altera deoperculata; aucta numero I.

4. Particula plantulae flore masculo alari terminalique praedita; ad idem augmentum.

5. Foliae summitas; aucta lente IV.

6. Flos masculus seorsim.

7. Folium perigoniale.

8. Genitalia mascula duo.

} ad augmentum III.

9. Folium perigoniale floris feminei extimum; ad augmentum III.


10. Genitalia feminea, cum residuo foliolo perigoniali intimo; ad idem augmentum.

11. Theca junior calyptrata; ad augmentum I.

12. Theca adulta deoperculata; ad augmentum III.

13. Particula peristomatis; ad augmentum IV.

14. Semina; secundum idem augmentum.



TRICHOSTOMUM *heterostichum*.

*Phacomitrium heterostichum* Brid

D. Walp. del.

Enders.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus simplex erectus; continuis subinde pone summitatem oriundis innovationibus, haud raro una pluribus invalens, suberectus fit. Annotinae enim partes ut plurimum procumbunt, extremitate solum erecta. Sic, ubi aliis non remissa manet ista species, furculi ejus e centro quasi diffusi, latiusculos cespites formant. Longitudinem innovando bi- et triunciale indispicitur. Superficies e luteo fusca.

**RADICES**, decumbens vel e foliorum alis validiusculas radiculosas promovet, obscurius trunco coloratas, f. 3.

**FOLIA** truncum operiunt oblongo-lanceolata, concava, ad alterutrum latus magis inflexa; extremitate parenchymate destituta, inde cana, ad majora augmenta denticulata, nequaquam in pitum exeunte. Vasorum enim fasciculus eandem quidem adit f. 5. neque tamen vero solus efficit. Margō saepiuscule reflexus, f. 5. 6. Superiora viridia, inferiora decolora. Humida patentia, in unum latus flexa; sicca adpressa, non tortilia.

**FLOS masculus** gemmiformis alaris ut plurimum, terminalisque. f. 4. Exstructus est e foliis perigonalibus tribus aut quatuor f. 6. interioribus ovato-acuminatis concavis f. 7. Genialibus circiter octo, sustentaculis longiusculis superimpositis, f. 8: paraphysibus nullis stipatis. *Femineus* terminalis, inter folia perigonalia ovato-mucronata, pariter concava, f. 9. intimo genitalia ipsa longitudine vix excedente, horum sena concludit f. 10. paraphysibus brevibus, parvis, tenerrimis ditata.

**CALYPTRA** tenella, pallida, apice fusca, subinde aliquoties, ex opposito tamen flexionis operculi latere, vel ad medium suae longitudinis fissā. f. 11.

**VAGINULA** oblonga, viridans, summo margine fuscilla, genitalibus infoecundis obsita.

**PEDUNCULUS** modiocris longitudinis, luteo-viridis, demum fuscidulus, summitate valentior, f. 3. leviter tortilis est. f. 12.

**OPERCULUM** rostratum; rostro leniter curvulo, pedunculo concolor; inferne rutilans. f. 4.

**ANNULUS** nullus.

**THECA** oblongo-ovata, demum fere cylindrica; immatura viridis, maturitate luteolo-fuscidula evadit, ora purpurascens. f. 3. 12.

**PERISTOMA**: dentes sedecim purpurei, ad basin usque fissi, divisionibus quasi nodulosis. f. 13. Detruso operculo exsiccati eriguntur.

**SEMINA** matura humentia, viridula; siccitate fuscilla. f. 14.

**LOCUS**: montosa, lapidosa, et saxosa. Ad pagum Erwenschlag prope Chemnitzium, dynastiam Dittersdorf, et in jugo montis ad Tschopenthal abunde. Misit etiam Cl. TIMM e ducatu megapolitano prope Witzerhof supra lapides inventam.

**TEMPUS**: Aestatis initio thecas maturat.

**DURATIO**: perennis.

ADITYA

## Tabula XXVI.

## SWARTZIA CAPILLACEA.

*Swartzia capillacea*, foliis bifariis semivaginantibus, e fasciculi  
productione setaceo-capillaceis; theca crecta.



## CHARACTER GENERIS.

*Peristoma* simplex e sedecim paribus denticulorum; theca absque apophysi.

*Flos* hermaphroditus terminalis.

## Explicatio Tab. XXVI.

- Fig. 1. Plantula florida. }  
 2. Plantula thecigera operculata. } naturali magnitudine.  
 3. Plantula similis deoperculata, islandica. }  
 4. Plantula f. 1. }  
 5. Plantula f. 2. } ad augmentum I.  
 6. Plantula f. 3. }  
 7. Folium; secundum augmentum III.  
 8. Flos defloratus; secundum idem augmentum.  
 9. Genitale masculinum cum paraphysi filamentosa; ad augmentum IV.  
 10. Thecae superior pars cum peristomate; ad augmentum IV.

HISTORIA ANALYTICA



SWARTZIA capillacea:

*Psidium capillaceum* B. E.

1777

SPERMATOPHYTES

1. *Pinus strobus* L.  
2. *Pinus resinosa* A. Mill.  
3. *Pinus rigida* Mill.  
4. *Pinus taeda* L.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS simplex erectus semuncialis, tener viridis, f. 4. veteranus fuscidulus, f. 5. 6: innovat prope summmitatem.

**RADICES** primordiales fuscae, fibrillis lateralibus albidis; succedaneae, cum basiferae, f. 4. tum e trunci, vel superiori parte, innovationis periodo oriundae, itidem albae, perquam tenerrimae f. 5.

**FOLIA** quoad expansionem membranaceam, lanceolato-carinata, adpressa, dilute viridia f. 7; vasorum fasciculo ex ejus medio longius procedente, varie directo et praepremis circa apicem colorato, capillacea videntur. Situs alternatim bifarius, f. 4. 5. 6.

**FLOS** terminalis hermaphroditus f. 4. componitur e foliolis perigonialibus exiguis, intra summa folia absconditis, duobus, vel tribus, et genitalibus utriusque sexus paraphybisque filiformibus, viridulis; cunctis perquam tenerrimis f. 8.

**VAGINULA** cylindrica viridans, demum fuscilla.

**CALYPTRA** e viridi luteola, pallida, apice coloratiore; subinde lateraliter fissilis.

**PEDUNCULUS** longiusculus, tenuis; superne viridulus, dehinc continuo magis purpurascens; f. 5. 6.

**THECA** cylindrica, tantillum nonnunquam ad oram cernula; maturitate amoene e fusco rutilans f. 5. 6.

**OPERCULUM** breve conicum dilutioris coloris. f. 5.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA** simplici ordine denticulorum tenerrimorum per paria sibi approximatorum, purpurascens f. 10. gaudet.

**SEMINA** perquam exigua fusca.

**LOCUS:** Prope Nieder-Saxenwerfen et Neuhof lectam, nec non ex Islandi acceptam, eodem sub nomine generico misit amicissimus EHRHART.

**DURATIO:** perennis.

## T a b u l a XXVII.

## SWARTZIA INCLINATA.

*Swartzia inclinata*, foliis semivaginantibus, e fasciculi productione setaceo-capillaceis; theca cernua, dentibus perforatis.

## Explicatio Tab. XXVII.

- Fig. 1. Planta deflorata. } naturali magnitudine.  
 2. Planta frugifera innovans. }  
 3. Planta f. 1. } ad augmentum I.  
 4. Planta f. 2. }  
 5. Folium e medio trunco; ad augmentum III.  
 6. Particula trunci, cum folio perigoniali residuo, genitalibus decrepitis, vaginula et calyptra soluta, cujus in summitate residuum styli; secundum idem augmentum.  
 7. Thecae superior pars cum peristomate, et nonnullis feminibus; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus simplex, erectus, maximae staturae uncialis f. 1. circa stadium solutionis calyptrae a vaginula innovationem inchoare videtur. Evenit haec duplex, triplex, quadruplex; ut plurimum e vicinia baseos f. 4. rarius circa summitatem. Deprimitur subinde veteranus et denique consumitur. Color ab initio pallide viridis, deinde ruber, denique profunde fuscus; idque eo magis quo vetustior.

**RADICES.** Simples fuscae, basilares, nec non e foliorum inferiorum alis, imo etiam undique e depresso sepultoque trunco veterano, f. 3. 4. oriundae.

**FOLIA** quoad paginam, lanocolata, carinato-semivaginantia, imbricatum adpressa, alterna, disticha; superiorum fasciculo vasorum in setam longam, ut plurimum recurvatam, procedente, f. 3. 4. 5. Iste validus, praecipue versus summitatem rufescit; pagina amoene viridi. Inferiora in fuscum decolorata: infima minima, processu fasciculi destituta.

**FLOS** terminalis, f. 3. folia perigonialia conformia habet, nisi quod paginae summitas derepentius in productum fasciculum desinat, f. 6. Genitalia *mascula*, quantum e diu exsiccatis exemplaribus expiscari licuit, continet decem; *feminea* duo aut tres, paraphysibus succulentis quam tenerimis stipata f. 6.

TABULA XXVII



Vaccinium e luto viridi tubella, cylindrica, ...  
 Calyptrae in hinc atris, lignis, ...  
 Pedunculis truncatis ...  
 Tuberculis ovatis ...  
 Operculis ...  
 Antheris ...  
 Peristoma dentes longos ...


Tabula XXVIII

SWARTZIA *inclinata*  
 Distichum inclinatum BE

D. Hering sc.

Thunberg sc.





VAGINULA e luteo-viridi fuscilla, cylindrica, superne tantillum contractior et saturate fusca est. f. 6.

CALYPTRA mediae aetatis luteola, summitate fusca, f. 6, demum colorator, lateraliter fissilis.

PEDUNCULUS trunco longior, inferne ruffus, junior amoene purpureus, superne dilute viridis f. 4-6. Exhaustus officio, siccitate torquetur.

THECA elliptice-ovata, cernua, f. 4. operculo decusso feminulisque dimissis ad angulum rectum usque inclinatur. Maturans e viridi in fuscum colorem transit.

OPERCULUM conicum, obtuse acuminatum, profundius theca coloratum, f. 4.: an recens rubrum?

ANNULUS nullus.

PERISTOMA dentes bijugi purpurei, transversim striati nec non media quadam linea longitudinali, orta supra basin et infra summitatem deficiente notati, in qua, ad maxime augmenta vitra, duo vel tria foraminula oblonga, adparent f. 7; unde fissuram hic conicere licet.

SEMINA mediocria e luteo virentia f. ead.

LOCUS. Upsaliae legit Cl. EHRHART.

DURATIO perennis.

*Tabula XXVIII.*

## SWARTZIA TRIFARIA.

*Swartzia trifaria*, foliis imis lanceolatis, superioribus subulatis  
 carinatis, trifariis; theca ovata erecta.

*Explicatio Tab. XXVIII.*

- Fig. 1. Plantula operculata. }  
 2. Plantula deoperculata. } naturali magnitudine.
3. Plantula f. 1. }  
 4. Plantula f. 2. } ad augmentum I.
5. Plantula cum innovationibus defloratis; ad augmentum II.
6. Folium de inferioribus. }  
 7. Folium e superioribus. } ad augmentum III.
8. Trunci particula cum residuo folio perigoniali et vaginula; ad augmentum II.
9. Thecae particula cum peristomate; ad augmentum IV.

TABULA XXVIII

HISTORIA ANALYTICA

**T**UNCUS primordialis vix seminealis, simplex, vix  
 absoluta, incoatione una alteraque f. 3, una tribus  
 vix plurimum posse lammmitatem, nonnumquam et  
 quasi ramolis sic. Color juvenilis viridis, deinde  
 fuscus, senescente infusca

Ramula admodum tenerae, deorsum brevem totam, minus  
 diae aetatis concoloran, referunt: quae etiam supra basin, f. 4, et a  
 foliis inis, madore foliis in illisec omnia dissoluta, f. 3, 5.

Folia inferiora exigua decolora, superiora volumine continuo  
 lanceolata, remotiora, superiora confertiora, f. 2, 4, 5, 6. et  
 foliolaria, carinata, f. 7, utram f. 3: cunctis foliis  
 instructis.

Florae terminalis capituliformis f. 3, et genitalibus vix  
 paucis, arboribus numerosis semineis, perigonialibus  
 ad quosdam, loci tunc concavis, demum in  
 gurgis f. 3 componitur.

Varietate cylindrica, viridis, f. 3, et parte  
 rata, f. 3.

Calyx meo exemplaribus non intererat.

Planta mediocri, rutilans, senescente  
 toralis 3

Viridis, deinde fuscilla, vix f. 3, 4.

oblique concolora.

lenissime

Seu perquam exigua, vix f. 3, 4.

Locis Uptalae legi et bene

D. H. perennis.



Tab. II.

X

Tabula XXVIII

D. H. perennis

SWARTZIA bjarica  
 Sida bjarica Linn. duo Plurim.  
 fide juvenil. Baris

Faint signature or text at the bottom right.

W 1741 II-1

PLANTARUM RARISSIMARUM



T. 1741. XXXIII

ARTZIA TRIFARTA

in orbibus subularis

Tab. XXXIII



ARTZIA

W 1741 II-1

## HISTORIA ANALYTICA.

---

**T**RUNCUS primordialis vix femuncialis, simplex, erectus; florescentia absoluta, innovatione una alteraque f. 3, imo tribus f. 4. et quatuor, ut plurimum pone summitatem, nonnunquam et inferius f. 4. oriundis, quasi ramosus fit. Color juvenilis viridis, deinde fuscus, senescens fuscus.

**RADICES** admodum tenerae, densam brevem comam, trunco mediae aetatis concolorem, referunt: oriuntur etiam supra basin, f. 4. et e foliis imis, madore subinde in isthaec organa dissolutis, f. 3. 5.

**FOLIA** inferiora exigua decolora, mediaque volumine continuo aucta, lanceolata, remotiora; superiora confertiora, f. 3. 4. 5. 6. e latiuscula basi subulata, carinata, f. 7. trifaria f. 3: cunctis fasciculo vasorum validiusculo instructis.

**FLOS** terminalis capituliformis f. 5 e genitalibus utriusque sexus paucis, attamen masculis numerosioribus femineis, perigonalibus foliolis tribus ad quatuor inclusis, basi tunc concavis, demum in suctam figuram elongatis f. 8. componitur.

**VAGINULA** cylindrica, viridis, summitate parum angustiore, colorata, f. 8.

**CALYPTRA** meis exemplaribus non intererat.

**PEDUNCULUS** mediocris, rutilans; senescens siccitate tantillum tortilis.

**THECA** ovata, viridis; deinde fuscella, erecta f. 3. 4.

**OPERCULUM** oblique conicum t. 3.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA:** e dentium paribus subulatis, lenissime transversim striatis constat. f. 9.

**SEMINA** perquam exigua, maturitate fuscella.

**LOCUS:** Upsaliae legit et benigne communicavit Cl. EHRHART.

**DURATIO:** perennis.

---

---

*Tabula XXIX.*

A.

## WEISIA PUSILLA.

*Weisia pusilla*, trunco exiguo simplici thecisque ovatis rectis;  
foliis capillaribus.

---


*Swartzia pusilla* EHRHART Dec.

---


*Explicatio Tab. XXIX.*

FIG. A.

- Fig. 1. Plantulae masculae et femineae; naturali magnitudine.  
 2. Plantula mascula, trunco conspicuo.  
 3. Alia, trunco vix conspicuo.  
 4. Plantula feminea trunco conspicuo, theca deoperculata.  
 5. Duae aliae trunco brevissimo instructae, quarum vnus theca operculo adhuc tecta est. } ad augmentum II.  
 6. Flos masculus seorsim; ad augmentum IV.  
 7. Vaginula cum folio perigoniali intimo; secundum augmentum III.  
 8. Theca plantulae f. 4.; secundum augmentum IV.  
 9. Semina; ad idem augmentum.  
 10. Eadem; augmento V. exhibita.
-



WEISIA pusilla. = Seligeria pusilla B.E.




B. DICRA-

DICRANUM pusillum

Dicranella curvicauda Schp.  
pusillum Schp.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS exiguus saepius adeo, ut plane, vel ad vitrorum augmenta, inconspicuis lateat inter foliola duo aut tria infima, f. 3. 5. nonnunquam tantillum ad lineae semissem elongatus visibilis fit f. 2. 4. lenissime fuscus.

**RADICES** perquam tenerrimae profundius coloratae, f. 4. 5. adeo breves arteque cum solo natali connexae sunt, ut difficulter inde erui queant. Hinc pauca individua intererant, numerosis fatis ad me missis, quae illibatas possiderent.

**FOLIA** trunci inferiora minutula, non nisi vitris usurpabilia, superiora e basi tantillum ampliata multo longius producta, capillaria, vasorum fasciculo destituta, pallide virentia, f. 2. 3. 4.

**FLOS masculus** e foliolis perigonialibus, vix ultra tres, cordato concavis, extimo apice tantillum productiore, et quatuor genitalibus perexiguis constat. f. 6. *Femineus* foliola perigonialia habet oblonga, concava f. 7. et genitalia circiter duo. Uterque terminalis est, et utriusque foliola perigonialia vasorum fasciculo destituta sunt.

**VAGINULA** cylindrica trunco, at tantillum dilutius, concolor est. f. 7.

**CALYPTRA** e luteo dilutissime fuscescens, ad apicem saturatius coloratur: denique albida fit et ab uno latere finditur.

**PEDUNCULUS** mediocris longitudinis, tenuis, sub theca tantillum ampliatur dilute e luteo viridans, f. 4. 5. tandem lenissime tortilis fit.

**THECA** ovata, erecta, maturitate e luteo fuscum colorem induit, f. 4. 5. ad majora augmenta eleganter vasculis reticulata, elastica manet, nec vacuata contrahitur. f. 8.

**OPERCULUM** oblique rostratum, basi profundius colorata. f. 5.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA** simplex dentes sedecim pyramidales e fusco rutilantes f. 4. 8. constitutum.

**SEMINA** perquam exigua, f. 9. 10. demum siccitate fuscescentia.

**LOCUS.** Dura lapidosa amare videtur. Hannoverae lectam misit Cl. EHRHART.

**TEMPUS.** Omni forsitan tempore reperiunda, cum cespituli accepti obtiti essent plantulis thecis operculatis, deoperculatis, vix defloratis, et quae calyptram jam extra folia elevatam haberent.

**DURATIO:** vix perennis.

B.

## DICRANUM PUSILLUM.

*Dicranum pusillum*, foliis capillaribus rigidiusculis, erectis, fasciculo carentibus; summis fastigiatis.

*Explicatio figurarum.*

B.

Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.

2. 3. Plantulae masculae; ad augmentum I.

4. Plantula feminea; ad idem augmentum.

5. Folium.

6. Genitalia feminea.

} ad augmentum III.

7. Vaginula cum folio perigoniali intimo.

8. Theca deoperculata.

9. Peristomatis dens scorsim.

} ad augmentum IV.

10. Semina; secundum idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS erectus simplex, unam vix, alteram lineam aequans, si innovationes exceperis; quae cum inferiori loco f. 3. tum proxime sub flore f. eadem et 2. oriuntur. Color e fusco rutilat.

**RADICES:** primitivae basin tenentes paucae et valentiores sunt, coloris dilute fuscescentis; reliquae, etiam e foliorum inferiorum alis actae, stupam tenerrimam albam aemulantur. f. 4.

**FOLIA** e tantillum dilatata concava basi sensim in longum acumen contracta, erecta, amoene viridia, vasorum fasciculo destituuntur. f. 2. 3. 4. 5.

**FLOS masculus** exiguum capitulum refert. Hujus foliola perigonalia ovata, colorata, in longum recurvum processum exeuntia, concludunt genitalia pauca, paraphysibus filiformibus, summitate tantillum valentiore, ditata. **Femineus** e foliis perigonalibus carinatis, derepente in processum angustatis f. 7. et genitalibus quatuor, paraphysibus destitutis f. 6. componitur. Uterque trunci primitivi, aut hujus continuationis acmin occupat.

**VAGINULA** cylindrica est, saepius curvula, ad oram tantillum angustior; coloris fusci. f. 7.

**CALYPTRA** pallida, lateraliter fissilis.

**PEDUNCULUS** e luteo viridis, denique exsuccus siccescens torquetur.

**THECA** ovoidea, maturitate e basi in brevissimum obliquum collum contracta, cernua est, infima interiore particula tantillum turgidula. Color tunc e luteo fuscus; ora ochrea f. 8. Evacuata longitudinaliter fulcata fit.

**OPERCULUM** oblique longius rostratum, basi rutilat.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA**: dentes sedecim semi-bifidi purpurei, transversim striati f. 8. 9.

**SEMINA** exigua, viridia, abinde fuscilla f. 10.

**LOCUS**: Berolini invenit et misit Cl. WILLDENOW.

**TEMPUS**: Autumnno floret.

**DURATIO** perennis in densis cespitulis.



## Tabula XXX.

## DICRANUM SPURIUM.

*Dicranum spurium*, erectum, foliis nitidis, acute-lanceolatis concavis, in summitate confertioribus patulis.

## Explicatio Tab. XXX.

Fig. 1. Plantula madida; naturali magnitudine et habitu.

1<sup>o</sup> Alia sicca.

2. Illa, aucta lente o.

3. Folium commune e superioribus; ad augmentum I.

4. Axillarium radicularum tunica; ad augmentum IV.

5. Trunci particula foliis decussis, residuo in summitate ad *a* flore femineo, *b* innovatione jantum ad plenariam evolutionem promota et alia *c* quae in folii ala sub gemmae forma adhuc latitaverat; secundum augmentum II.

6. Flos masculus; ad augmentum III.

7. Hujus de foliis perigonalibus extimum; ad augmentum IV.

8. Genitalia duo; ad idem augmentum.

9. Folium perigoniale exterius feminei floris f. 5.; secundum augmentum II.

10. Intimum; augmento III. exhibitum.

11. Genitalia feminea floris f. 5. ad augmentum III.

12. Operculum.

13. Theca deoperculata. } ad idem augmentum.

14. Dentes peristomatis duo, altero tricuspido; ad augmentum IV.

15. Semina; ad idem augmentum.



*[Faint Latin text from the reverse side of the page is visible through the paper.]*

*Semina exiguia viridula L. 15.*

*DICRANUM spurium.*

*Locus.*



*D. Sneyd del.*

ESCHSCHOLIA

DICORNUM SPURGIUM

Herbae, radices. Folia ovata, acuta-lanceolata  
in densitate verticillata parvis

Replicata Tab. XX



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus, simplex, erectus, circiter uncialis; innovationibus bifidus, trifidus quadrifidus quinquefidusque, bi- et triuncialis fit, totus e luteolo fuscelle, inferne paulo profundius, coloratus.

**RADICES** basillares validae, simplices, fuscae. f. 2. Istaе vero successu temporis, vix praeter firmitatem nexus cum solo natali aliud quid praestant. E cujusvis enim folii, summorum aequae ac infimorum, ala, eriguntur quatuor ad sex aliae breves, in planum ramificatae f. 4. quae oculo nudo ceu tenerrima stupa apparent; juvenes basi e luteo viridulae, abinde fuscae, extremitatibus albis. Atque his adultae plantae nutrimentum suum praepriis hauriunt vitamque protrahunt.

**FOLIA** inferiora, primitivi trunci aequae ac prolongationum, ovato-lanceolara, imbricatim eundem operientia, superiora oblonge-lanceolata concava, f. 3. dense congesta, fastigiata, vasorum fasciculo validiusculo instructa sunt. Summa dilute e luteo amoene virent; reliqua, quo vetustiora, eo magis decolorata visuntur. Siccitate magis apprimuntur superiori parte contracta et tortali f. 4.

**FLORES masculi** minutissimi gemmiformes f. 6. pedunculati, in foliorum superiorum alis congregati, resident. Radiculis axillaribus contacti, non nisi amoeno virore se produnt, utpote pluribus eodem loco productis. Intra hujus folia perigonalia cordato-concava eleganter reticulata, resident folliculi tres vel quatuor, admodum minutuli, virides f. 8. parophysis destituti. *Femineus* f. 5. continuo terminalis. Exstructus iste est e foliis perigonalibus circiter sex, e lata, marginibus se amplexante, basi, derepente in longum reflexum processum angustatis, f. 9; intimo perquam minutulo f. 10., ad basin tantum rudimento fasciculi vasculosi instructo, cum exteriorum omnem longitudinem evidentissime percurrat. Genitalia his amplexantur sex consuetae figurae, post impraegnationem perquam dilute colorata, parophysis paucis tenerrimis stipata f. 11.

**CALYPTRA** pallide viridis, longa, denique lateraliter finditur.

**VAGINULA** cylindrica, gibbula e viridi fuscidula, ora fusca.

**PEDUNCULUS** pallide e luteo viridans, inferne deinde fuscillus, absolute officio torquetur f. 13. Nonnunquam duplex ex eodem flore existit.

**THECA** cylindrica, e basi inaequali, cernua. Juvenis viret, f. 2. matura in luteo fuscum colorem vergit, convexo latere rutilans, f. 13. orae margine ruffo. Tenera est indeque evacuata longitudinaliter rugosa fit.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA.** Dentes rubri, transversim striati, ad medium bifidi f. 13. trifidique f. 14.

**SEMINA** exigua viridula f. 15.



**LOCUS.** In sylvaticis arenosis ducatus megopolitani primus detexit optimus TIMM, mihique benevole communicavit.

**TEMPUS.** Majo, Junio thecas maturat.

**DURATIO.** Per plures annos superstes continuis innovationibus in densos cespites, aegrius ab invicem extricandos, coalescit.

**Observatio.** Vi definitionis Dicrani in meis Fundamentis Hist. Nat. Musc. Frondosorum, haec species non ad hoc, sed ad genus Fissidens pertineret: sed propter nimiam similitudinem cum Dicrano *scopario* (Bryo *scopario* LINN.) cujus mares capituliformes jamtum DILLENIIUS vidit et t. 46. f. 16. H., quamvis parum accurate, delineavit, sejungere nolui. Accedit, quod varietas polyseta *tab. et fig. ead ad litt. D.* simillimos nunc proposito proferat masculos flores, quamvis aliquanto minores. Hinc igitur cognomine *spurium* indigitare placuit. Cum vero quoad habitum tanta hoc inter atque *scoparium* sit adfinitas, haud alienum fore existimo, hic notas subungere, quibus hoc ab illo vere distat; quo omni in posterum confusio praecidatur occasio.

### DICRANUM SCOPARIUM.

**Folia** communia in summitate pauciora, subulato carinata, rigidiuscula, torsionem nullam recipientia, heteromalla, perigonaliaque versus apicem, ad vitrorum augmenta, denticulata, intimo oblongo.

**Flos masculus** capituliformis, gemmiformisque.

**Genitalia feminea** quinque; in varietate pelycarpa spolyseta, pluribus vel omnibus, impraegnatis.





D. Hedley del.

*FISSIDENS polycarpus.*

*Onisphorus polycarpus* Brid.

✓✓✓✓✓



1870



*Tabula XXXI.*

**FISSIDENS POLYCARPOS.**

*Fissidens polycarpus*, foliis linearibus, siccate tortilibus; floribusque de summitate confertis.



*Explicatio Tab. XXXI.*

Fig. 1. Plantae annosioris pars; naturali magnitudine.

2. Eadem; ad augmentum 0.

3. Divisio summitatis triflora; masculo unico et duobus femineis; ad augmentum II.

4. Folium perigoniale externum masculi floris; ad idem augmentum.

5. Genitalia hujus floris cum paraphysibus residuoque tertio ac intimo foliolo perigonii; secundum augmentum IV.

6. Folium perigoniale intimum floris feminei; ad augmentum III.

7. Genitalia feminea deflorata;

a. Radiculae interfoliares;

} ad augmentum IV.

8. Vaginula cum trunci et pedunculi particula; ad augmentum III.

9. Thecae summa particula peristomate denudato; secundum augmentum IV.

10. Seminula; ad augmentum IV.

11. Alia; ad augmentum V.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primordialis procul dubio simplex; instante florescentia in summitate et flores et innovationem vnam alteramque, perpetim eundem ritum servantem, parat. Hinc divisus sublivifusque quovis hoc stadio, altitudinem assequitur biuncialem, triuncialem, vel ultra, nisi veterani terra quisquiliisque illatis sepeliantur: quare et cespitibus dense implicati fiunt. Ceteroquin firmulus, coloris ad summitates usque fuscilli.

RADICES priores inferioresque validiusculae. Subinde vero e foliorum alis plane ad modum praecedentis speciei, aliae prodeunt breves divaricatae f. 7a.

FOLIA sunt tenera, linearia, fasciculo vasorum tenui instructa, f. 3. versus apicem, argentiore vitris conspecta, lenissime denticulata, siccitate tortilia; innovationum amoene viridia, reliqua decolorata. Conferuntur ex angulo acuto truncum operientia, variam deinde, bene madefacta, sequuntur directionem f. 2. 3.

FLORES *masculi* gemmae forma praepremis loco variant. Reperi in foliorum alis infra summitatem; reperi intra pristinum perigonium ad basin vaginulae: saepius tamen vnus aut alter vnico, duobus f. 3. tribusque alterius sexus in summitate innovationum iactus est. Perigonalibus foliolis tribus ovato-concavis, obtuse acuminatis, fasciculatis f. 4. et genitalibus sedecim circiter, junctis paraphysibus filamentoso-articulatis, tantillum coloratis constat. *Femineus* semper terminalis, perigonalibus foliolis quatuor vel quinque lanceolato-concavis, e fasciculoso longe apiculatis, f. 6. obvelat genitalia sex, paraphysibus filamentosis perquam tenerrimis stipata f. 7.

VAGINULA cylindrica, curvula, hinc gibbula, dilutissime e luteo-viridi fusca; ad oram profundius fusca f. 8.

CALYPTRA tenerrima subinde albida, acumine fusco; lateraliter finditur f. 2.

PEDUNCULUS mediocris longitudinis, gracilis, rectus aut lenissime flexus, inferne e luteo dilutissime virens, abinde rutilans, decrepitis fuscillus, minime tortilis, f. 2. Adeo arte vaginulae ora continetur, ut neque vi inde evelli queat. Hinc vel quadriennes cum thecis corruptis residui.

THECA ovata, recta aut tantillum cernens, eleganter viret immatura. Deinde fuscescit ora rutilante: decrepita dilute fusca fit ac longitudinaliter striata f. 2.

ANNULUS nullus.

OPERCULUM rostratum: rostro ut plurimum incurvo, f. 2. b. c. d. nonnunquam recto, luteo-viridi; basi aurantii coloris eleganterque vasculoso reticulata.

PERISTOMA dentes sedecim purpurei, apicibus dilute aurantiis; transversim striati, f. 9.

SEMINA exigua, levia viridantia; sicca dilutissime fuscella, f. 10.

LOCUS. In sylva Hercyniae legit Cl. EHRHART, mihi que specimina, ad penitiorum disquisitionem sufficientia, perquam benevole communicavit.

TEMPUS.

DURATIO perennis.

Obs. Multa quidem haec species cum DILLENII Bryo *cirrato*, *setis et capsulis brevioribus et pluribus*, *Hist. Musc.* 378. t. 48. f. 41. communia habet. Neque tamen eandem speciem esse, suadent; colyptrae divisio, thecarum operculique cuspidis directio, tum etiam quod specimen a DICKSONO ex Anglia mihi communicatum, nequaquam responderet nostrae speciei.



*Tabula XXXII.*

## FISSIDENS STRUMIFER.

*Fissidens strumifer*, foliis linearibus tortilibus; thecis cernuis,  
basi interiore strumosis.

*Explicatio Tab. XXXII.*

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Planta f. 1.

4. Planta f. 2.

} ad augmentum 0.

5. Innovatio florida, decerptis foliis inferioribus et stupa radiculosa, praeter duo infima cum residua stupa; ad augmentum I.

a. bini flores feminei.

b. prolongatio nova inchoata.

6. Genitalia mascula, residuo foliolo unico perigoniali; ad augmentum III.


7. Folium perigoniale feminei floris; ad augmentum II.

8. Genitalia feminea; ad augmentum III.

9. Vaginula; secundum idem augmentum.

10. Theca deoperculata; ad augmentum III.

11. Peristomatis dentes tres; ad augmentum IV.



D. Hedwig del.

Indur f.

**FISSIDENS** *strumifer*.

*Onocarpus polycarpus* var. *strumiferum* Schp.



1777



1777

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS erectus, primitivus simplex, semuncialis et ultra f. 1. 2. innovando saepe bifidus, subsecutive trifidus f. 4. quadrifidusque, totus quantus e dilute fusco rutilat f. 5.

**RADICES** basilares valentiores, simplices, breviusculas fuscillas f. 3. 4. reperi, quibus vero vix diu indigere videtur stirps, cum e folii cusque ala, aliae erigantur, divisionibus longioribus harumque extremitatibus, ad augmenta majora, cuspidatis, pallidi coloris, totum truncum, et vbi folia consumta sunt, solae investientes f. 3. et 5.

**FOLIA** lineari-lanceolata, e vasorum fasciculo pallido extensa, minus conferta, ac in specie antecedente, ex angulo acuto patent, nec non vno lateri adversa f. 4.

**FLOS.** *Masculum* ego in speciminibus acceptis solummodo in foliorum alis gemmiformem compressum reperi, compositum e duobus aut tribus foliolis perigonalibus ovato-concavis, genitalibusque circiter decem, paucis paraphysibus filamentosis stipatis, f. 6. *Femineus* nunc solitarius, binarius f. 4. 5. ternariusque in summitate trunci et ejus innovationum residet. Hujus perigonalium foliolorum fasciculum, expansio membranacea ut plurimum altius comitatur f. 7. quam penes praecedentem speciem solet. Genitalia vero his quoque sex concluduntur cum paucis paraphysibus filamentosis, tenerrimis f. 8.

**VAGINULA** subcylindrica, luteola, ad orae marginem tantum fuscilla. f. 9.

**CALYPTRA** tenerrima, albicans, apice fusca; lateraliter demum finditur f. 4.

**PEDUNCULUS** gracilis e luteo-viridi rutilans.

**THECA** immatura viridis, abinde fusca, maxime ad aperturae marginem striata, pyriformis-cernua est, et junioris aequae ac adultae basi, apophysin aemula, ex chordae latere prominente scrophuli ad instar, notata, f. 3. 4. 10.

**ANNULUS** nullus.

**OPERCULUM** rostratum; rostro inclinato luteolo-viridi, basi amoene rubente.

PERISTOMA sedecim dentes fere angustiores at longiores quam F. polycarpi pallidioresque f. 10. 11. constituunt.

SEMINA exigua fuscilla.

Locus. Upsaliae legit optimus EHRHART et benevole mihi comunicavit.

Observatio. Primo intuitu, imo et ad disquisitionem exactiorem, haec species, praecedentis tantum varietas esse videtur. Sed prae aliis nonnullis momentis, thecae figura, directio, protuberantia baseos interni lateris, jamtum in modice incrassata praesentes et ita adeo ab illa abludens, mihi, osori ceterum inanis multiplicationis specierum, firmissime persuasere; ut omnino pro distincta, at quam proxime cognata haberem.





HISTORIA ANALYTICA

Rariora principibus...  
 latentes quasi exiguis...  
 bus longe terris...  
 His similes sunt succedant...  
 Foris laevigato-femina...  
 proceris bicatis...  
 crispulis vix...


**DICRANUM** *crispum*.

*Dicranella crispum* Schp

D. Halley del.

Scop. f.

PLANTAE



DICHTER

Tabula XXXIII.

DICRANUM CRISPUM.

Dicranum *crispum*, erectum, foliis e semivaginante basi capillaceis subdistichis; theca ovata, erecta.

Explicatio Tab. XXXIII.

- |  |                         |
|--|-------------------------|
| Fig. 1. Planta mascula.  | } naturali magnitudine. |
| 2. Planta feminea.   |                         |
| 3. Individuum f. 1.  | } ad augmentum I.       |
| 4. Individuum f. 2.  |                         |
| 5. Radicis basilaris particula; ad augmentum IV.   |                         |
| 6. Folium perigoniale exterius floris masculi cum genitalibus binis effoetis; ad augmentum III.    |                         |
| 7. Genitalia mascula, cum paraphyſibus et duobus foliolis perigonialibus intimis; ad augmentum IV. |                         |
| 8. Genitale femineum cum duobus intimis foliis perigonialibus; ad augmentum VI.                    |                         |
| 9. Vaginula, cum folio perigoniali intimo; ad augmentum III.                                       |                         |
| 10. Theca deoperculata, peristomate instructa; ad augmentum IV.                                    |                         |

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS femineus theciger, circiter semuncialis f. 2. masculino tamen jam deflorato f. 1. semper procerior, saepiuscule inferiori sui e loco innovat f. 4. quod iste mox subter florem suum, vix unquam simul duplici prolongatione, efficere assolet, f. 3. hinc simplex subsimplexque; vterque tantillum flexuose erectus.

**RADICES** principales valentioresque tenerae, luteolae, articulatae, ibidemque quasi exiguis nodulis, squamulas referentibus, obsitae, de quibus longe tenerrimae radicae prodeunt, albae, simplices et divisae f. 5. His similes sunt succedaneae, etiamnum basin occupantes, f. 3.

**FOLIA** lanceolato-semiamplexicaulia, alterna, saepiuscule in stirpibus proceris bifaria; summa in longum varie flexum acumen, hinc et madida crispula visa, vtplurimum his cunctis unum latus spectantibus, producta sunt, f. 4.

Vasorum fasciculus versus basin potius in latum diffunditur quam protuberat; quare arctius trunco firmata reperiuntur. Vigentia pallide virent.

**FLOS masculus** terminalis, in hac specie apertissime duplex perigonium habet. Externum efficiunt foliola duo ovato-concava in breve acumen f. 3. et tria e simili basi in longam subulato-carinatum productionem exeuntia, f. 6. utrorumque ampliori pagina demum eleganter ruffa. His absconditur, arctiori vinculo nexum, internum bi- aut triphyllum; foliolis ovatis, lenissime acuminatis, tenerimis, perquam pallide viridulis, genitalia octo vel decem, cum suis paraphysibus succulentis, amplexantibus f. 7. Utrumque genus, vasorum fasciculo caret. *Feminei floris* intima duo foliola perigonialia, in unico illo individuo deflorato, quod meis specimenibus intererat, reperi quoque perquam tenera, e latiuscula concava basi longius producta, etiamnum vasorum fasciculo destituta, comprehendere unicum genitale, jamtum tantillum grossificatum, ovarii duabus tertiis et tubae, seu styli, superiori parte cum stigmate albis, paucissimis, aegriusque dignoscibilibus paraphysibus stipatum, f. 8.

**CALYPTRA** perquam pallida est et tener, ex uno latere fissilis.

**VAGINULA** cylindrica.

**PEDUNCULUS** viridans, circa maturitatem, dilute carneus, f. 4. denique rufescens f. 10.

**OPERCULUM** rutilans, rostro longiusculo, tenui, recto instruitur f. 4.

**THECA** oblonge-ovata, matura dilute ruffa, ora profundius colorata f. 10.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA**; dentes sedecim bifidi, sanguinei, transversim striati f. 10.

**SEMINA** exigua fuscilla.

**Locus.** Etiam hanc speciem Upsaliae legit amicissimus EHRHART, mihique benevole communicavit.

**TEMPUS.**

**DURATIO:** perennis.




DICRANUM *varium*.

*Dicranella varia* Schp

D. Hering del.



1711



HERBARIUM

Tabula XXXIV.

DICRANUM VARIUM.

*Dicranum varium*, trunci magnitudine, innovationibus, foliorumque directione vario; thecis ovatis, ut plurimum cernuis.

*Bryum trichodes*; capsulis rubris cernuis. Dill. Hist. Musc. 390. t. 50. f. 59.

*Bryum simplex*; antheris oblongis nutantibus, foliis subulatis, furculo simplicissimo medio pedunculifero. Syst. Veg. p. 949. 35. Huds. angl. 413.

Explicatio Tab. XXXIV.

- |   |                         |
|---|-------------------------|
| Fig. 1. 2. Maseulae plantulae.  | } naturali magnitudine. |
| 3. 4. 5. Plantulae femineae.  |                         |
| 6. Plantula f. 1.   |                         |
| 7. Plantula f. 2.   | } ad augmentum I.       |
| 8. Plantula f. 3.   |                         |
| 9. Plantula f. 4.   |                         |
| 10. Plantula f. 5.  |                         |
| 11. Particula trunci inferior cum folio altero integro altero resecto; ad augmentum IV. |                         |
| 12. Folium e perigonalibus feminei floris externum; ad idem augmentum.                  |                         |
| 13. Folia perigonalia masculi floris; augmento III.                                     |                         |
| 14. Genitalia masculorum duo cum suis paraphysibus; ad idem augmentum.                  |                         |
| 15. Genitalia feminea cum trunci summitate; secundum augmentum IV.                      |                         |
| 16. Vaginula cum setae et trunci particula.   |                         |
| 17. Calyptra seorsim; ad augmentum III.   |                         |
| 18. Theca deoperculata, nec non feminula; ad augmentum IV.                              |                         |
| 19. Peristomatis dentes duo; secundum augmentum V.                                      |                         |
| 20. Semina; ad augmentum V.   |                         |

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS nunc vnam aut alteram, rarius vero, idque convenientis-  
simo tantum loco et tempestate, tertiam lineam altitudine adaequans,  
simplicissimus omnino est ad fructificationis stadium vsque. Tum enim con-  
tinuationem, sub pristino flore agit, saepiuscule simplicem, f. 8. unde ista  
proveciore, medio pedunculiferam pinxit DILLENIIUS, perhibuit LINNAEUS  
Earum vero aliis locis commodioribus, ferme maxima pro sui parte nunc  
terra obvolitante sepultus radicisque, vel etiam solo madoris fotu e denso  
confortio emissis, tres, quatuor f. 9. plures protrudit; unde alia aliaque ejus  
facies. Color inferne profunde, superne dilutius fuscus proveciores in aetate.

**R**ADICES basillares priores longiores, valentiores, fibrillosae, fuscel-  
lae; interposita coma villosa tenuiore, brevior, luteo viridante f. 8. Tum  
et prioribus similes erumpunt ex innovationibus, dum istae florem para-  
vere f. 7.

**F**OLIA communia lanceato-corinata ex vasculoso fasciculo valentiore,  
patula. Superiora praeprimis, saepius vnum latus spectant, f. 10. et laete  
viridia sunt in locis graminosis; in aggeribus autem macrioribus utpluri-  
mum rutilant f. 6. 10.

**F**LOS *masculus* continuo terminalis, capituli forma f. 6. 7. Hujus  
foliola octo perigonalia ex ampliori ovato-concava basi in acumen longe lan-  
ceatum producuntur, f. 13. frequentius ad vnum latus inclinatum; quibus  
reconduntur genitalia cylindriformia, paraphysibus filamentoso-articulatis,  
acmi tantillum valentioribus, stipata f. 14. *Femineus* itidem truncum termi-  
nat; rarius tamen etiam alterum, continuationis quasi loco, parat f. 10.  
Istius folia perigonalia itidem basin ovato-concavam, sed productionem su-  
bulatam, e vasorum fasciculo valentiori denique vnice eandem complente,  
habent, vix non semper ad vnum latus incurvatam f. 8. 9. 10. Pauciora  
tamen, nec a communibus foliis recedentia in flore hujus sexus, ceu secun-  
dario f. 10. tunc adsunt. Genitalia includunt sex, minutula, paraphysibus  
sub florescentia utplurimum destituta f. 15. Extricatio horum difficilis ex  
amplexu latiori valentiorique foliolorum perigonalium.

**V**AGINULA cylindrica, curvula, ejusdem cum trunco, sed dilutio-  
ris coloris f. 16.

**C**ALYPTRA minutula, e viridi fuscilla, lateraliter fissilis f. 17.

**P**EDUNCULUS mediocris longitudinis, recta f. 8. aut parum arcuatim  
f. 9. ascendit. Iunior luteo viridis, deinde inferne dilute, tandem totus  
profunde rubet.

**THECA** ovata aut oblongo-ovata, nunc recta f. 8. plerumque autem cernua f. 9. 18. existit. Maturitate ex fusco rutilantem induit colorem lenissimeque striata fit f. 18.

**ANNULUS** nullus.

**OPERCULUM** cum exacte conicum rectum f. 8. tum et magis minusque brevi acumine incurvo varium; semper eleganter rubet et basi valentius videtur ora thecae f. 8. 9. 10.

**PERISTOMA** dentes sedecim unius ordinis, haud profunde fissis, purpureis, transversim striatis f. 18. 19.

**SEMINA** exigua, levia; aere accedente siccescentia, fuscum recipiunt colorem ad f. 18. et 20.

**LOCUS.** Haud infrequens in Agris humidiusculis, argillofis. Lipsiae hinter der Schönfelder Windmühle, quos totos dispersa grege obsidet, nec non versus Lindenthal; vbi etiam graminoso loco, hinc inde densis cespitulis congregatam reperi.

**TEMPUS.** Autumno ineunte floret; exeunte, thecae flore praecedentis anni maturae, primo demum vere opercula dejiciunt.

**DURATIO** perennis, ex sepultura annotinorum truncorum exurgens.

---

 ORTHOTRICHUM.

## CHARACTER GENERIS.

*Peristoma* duplex: *externum* sedecimdentatum, denticulis reflexilibus; *internum* processuli filiformes, albi, lineares, excisso-fimbriati.

*Flos masculus* gemmiformis alaris, capituliformisque terminalis.

---

## Tabula XXXV.

## ORTHOTRICHUM CRISPUM.

*Orthotrichum crispum*, foliis e latiori basi linearibus, confertis, siccitate crispis; thecis ex ampliata pedunculi summitate ovatis.

---

*Polytrichum capillaceum crispum*, calyptris acutis pilosissimis. DILL. Hist. Musc. 432. t. 55. f. 11.


*Bryum striatum*. LINN. Spec. plant. 1580.  $\delta$ .

*Muscus capillaceus minimus*, calyptra villosa. Vaill. Paris 130. t. 29. f. 9.

---

## Explicatio Tab. XXXV.

- Fig. 1. Plantula mere mascula, flore capituliformi.
2. Plantula thecigera cum prolongationibus duabus; vtraque bene madida. } naturali magnitudine.
3. Plantulae siccae thecigerae. }
4. Plantula f. 1. } ad augmentum I.
5. Plantula f. 2. }
6. Folium inferius. } ad augmentum III.
7. Folium superius. }
8. Trunci summitas cum genitalibus floris feminei; ad augmentum III.  
 a. Locus vbi flos masculus gemmiformis f. 9. infederat.
9. Flos masculus gemmiformis, alaris; ad idem augmentum.  
 b. Folium commune; reliqua perigonia; et genitalia effoeta.
10. Flos masculus terminalis capituliformis; ad augmentum I.
11. Genitalia mascula tria, genitura referta; ad augmentum IV.
12. Calyptrae particula secundum longitudinem decerpta; ad augmentum III.
13. Trunci particula, vna cum vaginula, pedunculo et theca deoperculata; ad augmentum I.
14. Theca peristomate denudato; ad augmentum IV.
15. Semina; ad augmentum IV.
-




D. Hedwig del.

ORTHOTRICHUM *crispum*

*Molina crista. Hedw.*

Endler f.

PL. 1726



... SPUN ...  
 ... ...  
 ... ...

HERBARIUM

ORIENTAL INSTITUTION

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus perbrevis, innovationibus subinde elongatur ultra vnciam. Quorum cum denique inferiores, denso consortio oppres-  
sae, ut plurimum consumuntur, saepe numero quasi ramulis brevibus fasti-  
giatus f. 2. reperitur. Duriusculus est, hinc rectus, externe ad summitatem  
vsque amoene rubicundus f. 8.

RADICES cum basilares, tum alares, fuscae sunt, f. 45.

FOLIA inferiora minora, lanceolata f. 6. reliqua e latiuscula ovata basi,  
linearia f. 7. cuncta vasorum fasciculo instructa, magis minusque confer-  
tim truncum ac divisiones ambiunt, varie directa f. 5. Siccitate torquentur;  
hinc tunc crispa hujus speciei facies. f. 3.

FLOS *masculus* gemmiformis capituliformisque. Ille proxime ad fe-  
mineum florem, f. 8. a. ac saepius, vbi innovatio sub isto paratur, folii alae  
insidet. Componitur e foliolis perigonalibus tribus, vasorum fasciculo ca-  
rentibus, et genitalibus 4—8. filamentis longiusculo instructis f. 9. quorum  
vas deferens sub majoribus augmentis egregie in conspectum venit f. 10.  
Iste, nimirum capituliformis, solus summitatem trunci occupat f. 4. ex-  
structus e numerosioribus foliis perigonalibus f. 10; neque genitalibus.  
Utriusque tamen ista paraphysibus destituuntur. *Femineus* constanter  
truncum aut innovationes terminans, foliola perigonalia, praeter exilita-  
tem, parum a reliquis discedentia, quatuor ad sex, genitalia vero quinque ad  
octo possidet, f. 8. paraphysibus validiusculis, continuo impraegnatione ab-  
soluta numerosius succrescentibus, stipata.

VAGINULA figuram habet ovaram: colore rubello fucata, f. 13.  
membranulaque ad oram aucta est, non, nisi extracto pedunculo bene ob-  
servabili, cum adposite pedunculum ambiat.

CALYPTRA pyramidata, junior viret, deinde dilutissime fuscilla te-  
nerrimeque striata, obsidetur pilis albidis surrectis, simillimis paraphysibus  
floris f. 12. itaque procul dubio inde oriundis; ut ita rectissime Cl. EHRHART,  
has Calyptras paraphysiphoras nuncupaverit primus omnium. Recta abs-  
cedit, margine aperturae aequali, plurimisque paraphysium processibus  
confito.

PEDUNCULUS breviusculus, rectus, aut modice flexus, superne di-  
latatur adeo, ut confusus cum theca, huic integra adhuc, Pyri formam



impertiat f. 13. 14. Color est e luteo viridi dilutissimus, inferne demum tantillum rufescens.

**THECA** feminulis suis adhuc referta, pyriformis; locus feminalis vero ipse, subglobosus vel ovatus, f. 13. 14. Evacuata, fere in cylindrum contrahitur sulcatum. Primo viret, subinde lutescit, demum fuscescit striasque indipiscitur profundius tinctas.

**OPERCULUM** pallidum, acumine recto pellucente instruitur.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA** externum efficiunt dentes sedecim, breves, acuminati lutescentes, transversim striati, reflexiles, per paria approximati; internum e totidem processulis filiformibus, superne attenuatis, arcuatis, siccatate saltem tantillum erectilibus, constat, f. 14.

**SEMINA** exigua laevia, e viridi lutescunt f. 15.

**LOCUS.** Cespitulis densis, saepius obverse conicis in arborum truncis maxime *Pinus piceae* Du Roi, decrepitae juniorisque valetudinariae vix uspiam non per omnem Europam provenit.

**TEMPUS.** Ineunte vere floret, thecas Iunio maturat.

**DURATIO** per plures annos protrahitur.



D. Hedwig del.

ORTHOTRICHUM *striatum*.

Endlich

fig 1-3 = *Orthotrichum* specimen Hees } fide Emmerich  
fig 4-11 = " " " " " " " " }

PLANTAE



PLANTAE

PLANTAE

Tabula XXXVI.

ORTHOTRICHUM STRIATUM.

*Orthotrichum striatum*, foliis lanceolatis, margine revoluto, patulis, summis apice erosis; calyptrae limbo sub-aequali.

*Polytrichum Bryi* ruralis facie, capsulis sessilibus, Dill. Hist. Musc. 430. t. 55. f. 8.  
*Bryum striatum* antheris sessilibus sparsis, calyptris striatis sursumve pilosis.  
 LINN. Spec. pl. 1579. 2. Syst. Veg. 947. 2.  
*Muscus apocarpos arboreus ramosus*. Vaill. Par. 129. t. 25. f. 5. 6.

Explicatio Tab. XXXVI.

Fig. 1. Plantula minus. 2. magis ramosa; naturali magnitudine.

3. Plantula f. 1.; ad augmentum I.
4. Folium e superioribus; ad augmentum II.
5. Summitas prolongationis, ad masculos flores usque foliis denudata; ad augmentum III.
6. Genitalia mascula cum residuo foliolo perigoniali medio; ad augmentum IV.
7. Flos femineus defloratus; ad idem augmentum.
8. Particula calyptrae cum Paraphysibus.
9. Theca deoperculata cum Peristomate, pedunculo, hujusque vaginula; ad augmentum III.
10. Processulus Peristomatis internis solitarius; ad augmentum IV.
11. Semina ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus simplex, quovis abinde florescentiae stadio, proxime <sup>sub flore, innovans, \*)</sup> multifarie divisus fit ac inde, loco commodo, vel ultra tripolicarem longitudinem indipiscitur, recta aut oblique protensus. Color juvenilis viridis, abhinc purpurascens; inferne nigricans.

**RADICES** baseos aequae ac supra eandem e foliorum alis oriundae, plus minus breves, simplices f. 3. veteranae rariter divisaе, fuscae.

**FOLIA** inferiora trunci primitivi innovationumque lanceolata, longitudine non minus ac latitudine inferioris expansionis versus summitatem incrementa, carinata e vasorum fasciculo validiusculo; summa ut plurimum reflexa f. 3. apiceque erosa f. 4. Ceterum margo integer, saepiuscule repositus. Juniora e luteo magis minusque saturate virentia, f. 3. 4. 5. Vetera decolora f. 1. 2. 3.

**FLOS masculus** communiter gemmiformis in alis foliorum ejusdem trunci f. 5. Occurrunt tamen etiam cespituli, mere masculi, breviores confertioresque praecedentibus, quorum individua foliis minoribus, summis obtusis concavis instructa sunt. Intra ista acmin tenet flosculus, capitulum referens. Uterque componitur e foliolis perigonalibus tribus vel quatuor ovato-concavis, fasciculo vasculorum nullo, in brevem obtusum processum desinentibus f. 6. et genitalibus ut plurimum quatuor, paraphysibus succulentis destitutis. *Femineus* semper in summitate trunci, vel prolongationum, reperiendus; intra foliola perigonalia similia reliquis at multo minora ac erecta, recondit genitalia quinque aut sex f. 7. paraphysibus sub impraegnatione nullis, demum vero absoluta, grossificante calyptra, succrescentibus.

**VAGINULA** exigua obtuse conoidea, demum rubet f. 9.

**CALYPTRA** viridula, juvenis jam sulcata, tandem fuscidula, striata, margine subaequali, e paraphysibus conductis, surrecte pilosa est; f. 3. 8. rarius calva.

**PEDUNCULUS** brevis, versus basin purpurascens, in bene madida planta etiam cum theca confundi videtur f. 9. Duplex nonnunquam unius perichaetii reperitur.

**THECA** perfecta, feminibus plena, ovata est; vacua cylindrica, f. 3. b. c. Sed vel haec bene madida, inque aquae guttulis aliquot, lente magis augente,

\*) Hinc theca matura, ex genitali femineo impraegnato, grossificata, lateralis.

augente, lucis radiis adversis, lustrata, loculum feminalem, ab interna membrana formatum, multo breviorum ovalem ostendit, in quem ductus pedunculi, per remotius descendentem parietem exteriorem, penetrant f. 9. Color immaturae virefcens, in fuscillum mutatur, striis longitudinalibus opacioribus saepius, neque tamen semper, variegatum, f. 3. b. et f. 9. Non adeo corruptibiles sunt, hinc vel triennes residuae.

OPERCULUM parvum, in breve, rectum et obtusum acumen, pallide coloratum, exiens, recens basi dilute rubet, f. 3. 6.

ANNULUS nullus.

PERISTOMA *externum*, dentes sedecim oblongo triangulares, tenues, rutilantes, demum fuscilli, reflexiles, f. 9. *Internum* totidem cilia alba, fimbriato-articulata, erectilia, f. 10.

SEMINA; pulvisculus maturitate fuscidulus f. 11.

Locus. In corticibus arborum, fruticumve vetustiorum, sepibus, rectis parietibusque ligneis admodum frequens per omnem Germaniam.

TEMPUS. Omnibus fere mensibus tepentibus florere videtur: saepius enim grossificata, grossificantia floridaque genitalia simul in vno eodemque individuo reperi; praepimis autem autumnis et veris initio. Majo lunioque deinde thecas maturat.

DURATIO perennis.



---

*Tabula XXXVII.*
**ORTHOTRICHUM ANOMALUM.**

*Orthotrichum anomalum*, foliis lanceolato - carinatis, margine revoluto patulis, theca oblonga striata, peristomate interno destituta.

---

*Polytrichum Bryi* ruralis facie, capsulis sessilibus minus. DILL. Hist. Musc. 431. t. 55. f. 9.

*Bryum striatum*. LINN. Spec. 1580.  $\beta$ .

---

*Explicatio Tab. XXXVII.*

Fig. 1. 2. Plantulae naturali magnitudine.

3. Plantula f. 1.

4. Plantula f. 2.

} ad augmentum I.

5. Folium; secundum augmentum II.

6. Particula superior trunci cum flore masculino et florida prolongatione feminea; ad augmentum I.

7. Folium perigoniale extimum floris masculi; ad augmentum IV.

8. Genitalia mascula prona ad explosionem spermatis; ad augmentum idem.

9. Particula f. 6. femineo flore praedita, genitalibus denudatis.

10. Trunci summitas, cui insidet vaginula cum theca calyptrata, proxime ad maturitatis terminum grossificata, et prope basin vaginulae flos masculus effusus, quasi pedunculatus; ad augmentum III.

11. Operculum; ad augmentum IV.

12. Thecae summitas, peristomate madore clauso; ad idem augmentum.

13. Seminula; secundum augmentum IV.

14. Eadem; secundum augmentum V.

---




D. Hooker sc.

ORTHOTRICHUM anomalum.

Hooker sc.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primitivus simplex, rectus, nunc magis, aut minus divisus fit, pro numero innovationum, quae ut plurimum pone summitatem, flore absoluto, egrediuntur. Elongatus sic, magnitudine tamen variat, ex loci natalis huiusque situs opportunitate. Plus enim proficit, ubi haud procul ab exhalationibus aquosis abest: summa tamen bipolicarem non excedit, tuncque inferne decumbens. Color veterani fuscus.

RADICES fuscae, senio atratae, breves, rariter divisae, etiam e foliorum terra obrutorum alis egrediuntur, f. 3. 4.

FOLIA frequentia lanceolato-acuta, aut striata apparent plicis in maxima paginae dimensione exortis f. 5. aut marginem revolvunt. Summa amoene virent: inferiora decolora, corrupta, consumta f. 5. Fasciculus vasorum validiusculus rigidus; hinc non tortilia siccitate minusque reflexa, ac praecedentis speciei.

FLOS *masculus* gemmiformis in alis foliorum superiorum summorumque, f. 6. 10. solitarius quidem, sed duo, imo tres, in quavis prolongatione reperiendi. Extructus est e foliolis perigonialibus quatuor ad sex cordato-concavis, vasorum fasciculo destitutis, in extremo tamen nonnunquam praesente, f. 7. et genitalibus quatuor, quinque ad sex, paraphysibus filiformibus articulatis non destitutis f. 8. *Femineus*, continuo terminalis, perigonialia foliola oblonga gracilia, et genitalia quatuor, nonnunquam et plura habet, in vigore paraphysibus brevibus adparentibus f. 9.

VAGINULA cylindrico-conica, viridis, ad oram rutilans, f. 10. Si brevi post solutionem calyptrae, lentibus augentioribus lustratur, quasi ciliata adparet.

CALYPTRA praecedentium more pilosa, conica, demum fuscella, ad apicem nigricante, striis longitudinalibus opacioribus picta, limboque aperturae, veluti DILLENIIUS jamtum recte annotavit, obtuse crenato, instructa est, f. 3. 10. Integra secedit.

PEDUNCULUS brevis, tantillum tamen longior praecedentis speciei; itidem luteo-viridis, inferne rutilans.

THECA ovata, viridis, deinde pallide fusca, cum striis longitudinalibus profundioribus, semper praesentibus f. 3. 4. Harum aliae omnem longitudinem emetunt, aliae ab ora ortae circa medium evanescent, f. 12.

**OPERCULUM** e dilatata convexiuscula, amoene rubente basi, in breve obtusumque acumen, luteoli coloris, productum, f. 3. 11.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA**, dentes conficiunt sedecim vnus ordinis, latiusculi, membranacei, reticulo vasculoso, si recentes lucem aduersi considerantur, notati f. 12.; mox post operculi casum saepius per paria apicibus quasi conglutinati, minus reflexiles praecedentium. Cilia interni peristomatis nulla.

**SEMINA** antea viridula, demum fuscilla, laeua f. 13.

**LOCUS.** Saxis, muris, tegulis tectorum increfcit, illaque saepe latis cespitibus operiens; rarius ad arborum truncos reperiendum; hicque, quasi loco minus commodo, exiguae staturae saepiusque calyptra calva. Communis in Saxonia.

**TEMPUS.** Circa autumnum floret; Aprili opercula decutit.

**DURATIO** perennis.

**Observatio.** LINNAEUS, et ad eius ductum omnes abinde enumeratores vegetabilium, Dillenianas has tres species sub vno Bryo *striato* vt varietates comprehensere. An recte, indubium nunc esse crediderim. Differt enim *crispum*, foliorum figura ac crispatura, dum siccescunt, nec non vaginula: *striatum*, foliis non crispabilibus apiceque eroso: *anomalum*, calyptrae limbo crenulato, absentia peristomatis interni, et externi dentibus reticulatim striatis.

Tabula XXXVIII

SPLACHNUM BREWERIANA

Splachnum brewerianum. foliis lanceolatis  
et in sexa distinctis



6

Specimen brewerianum. foliis lanceolatis et in sexa distinctis. Dna. Hist. Musc.

Expl. Tab. XXXVIII



a


4

D. Hebig del.

Euler sc.

SPLACHNUM brewerianum.

varietate de Schyphodon crumoides



W. 111

111

W. 111

---

 Tabula XXXVIII.

## SPLACHNUM BREWERIANUM.

*Splachnum brewerianum*, foliis lanceolatis integerrimis; floribus sexu distinctis.

---

*Bryum ampullaceum* foliis et ampullis angustioribus. DILL. Hist. Musc. 345. t. 44. f. 5.

---

## Explicatio Tab. XXXVIII.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine.
2. Eadem; ad augmentum 0.
  3. Folium brevius et 3<sup>o</sup> longius apiculatum; secundum augmentum III.
  4. Genitalia mascula nonnulla cum suis paraphysibus; ad augmentum IV.
  5. Fructus rudimentum, ad solutionem calyptrae de vaginula jamtum promotum, residuis ad basin genitalibus femineis non foecundatis; ad augmentum III.
  6. Thecae particula cum peristomate; secundum augmentum IV.
- 

 HISTORIA ANALYTICA.
 

---

**T**RUNCUS primitivus certe brevis, vnciam haud multum excedens; continuis autem innovationibus, nisi densitate caespitum inde oborta, ac qualitate madoris suffocatus, consumatur, innuente DILLENIO omnino, palmarem longitudinem et ultra acquirere potest: praecipuis cum istae innovationes rarius inferiori loco, nimirum e bino f. 2. a, sed communiter e florente, propius ad summam provenire soleant. Tantillum flexuose erectus, juvenis admodum tener, pallidissime viret, veteranus rufescit, nigrescit.

RADICES primiceriae meis speciminibus non intererant, omnino tertio ad summum quarto anno a plantae ortu inopentes suo officio minusque necessariae, deperdirae ac consumtae. Innumerae enim tenerrimaeque aliae, villi fuscilli forma, continuo per omnem truncum biennem prodeunt; imo in ima innovationum parte, quam primum floruerunt, jamtum apparen-

tes f. 2. Quarum itaque implicationibus, trunci ad innouationes vsque arctius inter se nectuntur ac cohaerent.

**FOLIA** lanceolata, concava, f. 3. inferiora mediaque nonnunquam, summa semper apicula, saepius productiore f. 3\*. varieque flexa terminantur, e paginae extensione procedente. Ductulorum enim fasciculus satis notabilis, ascendendo decrefcens, semper in hac specie pone summitatem folii evanescit. Infima minutula diffusa; abinde sparsa, patentiuscula, dum madent, substantia tenerrima pellucens. Superiorum color dilute viridis; inferiorum obsoletus, f. 2.

**FLOS** vtriusque sexus, sigillatim suam summitatem occupat, neque tamen individualem. Ipsissimum enim f. 5. extricavi de prolongatione, quae ex ala alterius folii sub flore masculino emerferat. Quae sexualis florendi alternatio, mihi fere huic speciei praepremis solemniter esse videtur. Et masculus quidem capituliformis constat foliis perigonalibus circiter sex, e latiuscula ovato-concava basi acuminatis, reflexis, genitalibus e viridi albescens perquam numerosis paraphysibusque clavatis. *Femineus* folia perigonalia quatuor, conformia communibus, teneriora tamen et conniventia habet, quibus conteguntur genitalia sex vel octo f. 5.: num paraphysibus ditata? equidem dicere nequeo, cum in specimine meo, aliquot ante menses impregnationem, perque annos exsiccationem, perpeffo, prae tenuitate aboliatae esse poterant.

**VAGINULA** brevis, obtuse conica, dilute-virescebat, ad oram striis fuscis tineta.

**CALYPTRA** ante solutionem inferne perquam tener dilutissimeque colorata; abinde continuo plus fuscledinis colligens, particulam in summitate tantillum, ad augentiores lentes, prominulam, duriusculam, fusco colore tinctam habere observavi, cui infedebat tubus deferens seu stylus rubicundus, f. 5.

**PEDUNCULUS**, croceo colore eleganter perfusus, modice longus, ex angustiore basi, ascendendo incrassescit f. 2., sicque fere valentior fit specierum haecenus cognitarum.

**THECA** cylindrica, superne tantillum convergens, ejusque apophysis oblongo-lageniformis, in meis speciminibus, non minus ac dillenianis, opaca erant nigredinemque contraxerant; emollita autem et luci adversa, illa fusco puniceo, haec profunde rubicundi coloris vestigia prodebat, f. 2.

OPERCULUM breve eandem tegere refert DILLENIIUS; simile igitur reliquarum specierum.

ANNULUS procul dubio, veluti e margine orae coniecere possum, nullus.

PERISTOMA dentes sedecim acuti, rubri, transversim striati f. 6. Minus alacriter siccescendo reflexiles esse videbantur, ac reliquarum specierum.

SEMINA cunctis ad me perventis thecis aufugerant.

LOCUS. Haecenus solummodo in Anglia locis ericacis, humentibus, reperta est haec species. Atque primum prope Llyn Durythwch per S. BREWER, a quo DILLENIIUS acceperat: cujus igitur in memoriam cognomen adposui. Mihi benevole misit Cl. DICKSON.

TEMPUS maturationis autumnno et hyeme esse perhibuit DILLENIIUS.

DURATIO per plures annos continuans.



## Tabula XXXIX.

## MNIUM MARCHICUM.

*Mnium marchicum*, foliis ovato-lanceolatis, trunco erectiusculo, innovationibus pone summitatem frugiferam, multifido; peristomatis interni processulis bifidis.

*Leskia marchica* furculo ramofo erecto, foliis ovatis acuminatis; thecis subrotundis obliquis; operculis mucrone crasso adunco. WILLDENOW Prodr. p. 319.

## Explicatio Tab. XXXIX.

- Fig. 1. Planta mascula florida. } naturali magnitudine.  
 2. Planta feminea thecigera. }  
 3. Planta f. 1. }  
     a. flos masculus. } ad augmentum I.  
     b. innovatio. }  
 4. Planta f. 2. }  
 5. Folium; ad augmentum IV.  
 6. Genitalia mascula cum suis paraphysibus, denudata; ad augmentum IV.  
 7. Folium e perigonalibus extimum. } ad idem augmentum.  
 8. Folium e perigonalibus intimum. }  
 9. Genitale masculum cum paraphysi seorsim; ad augmentum IV.  
 10. Summa pars thecae, cum peristomate; ad augmentum III.  
 11. Particula peristomatis interni; ad augmentum IV.  
 12. Semina; ad augmentum idem.  
 13. Eadem; ad augmentum V.



D. Hedwig del.

MNIUM marchicum

*Philonotis marchica* Brück

G.O. Zander sc.

PLANTAE MARITIMAE



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primogenius simplex quidem ac erectus: quamprimum vero florescentiae stadium attingit, floremque in summitate paravit, femineus praepriis proxime ad eundem innovationes molitur numerosas, simplices, bi-trifidasque, quarum subinde mox post impraegnationem absolutam, vivide ultro promotio incremento, vere fastigiato-ramosus visitur, f. 4. At masculus longe pauciores agit, hinc minus ramosus f. 3. Pondere sic superne, tum et superficie, pro vi externa, auctis, magis magisque dimovetur veteranus ab illo situ, ac denique fere decumbens fit, quamvis substantia rigidiuscula gaudeat. Color junioris dilute aurantius, aetate in nigricantem vergens.

**RADICES** fusco-rubellae, tenues, firmulae, perquam at laxius divisaе, undique e foliorum alis trunci annotini prodeunt; imo ipsa inferiora folia in similia dissolvi videntur f. 4. calvescentem denique laxè investientes f. 3. 4. Quibus sic cespites arctius inter se cohaerent.

**FOLIA** ovato-longius acuminata, concava, juniora saturate viridia, quadrifariam quasi laxè imbricata, truncum ejusque innovationes investiant; vasorum fasciculo valido instructa, pagina vero perquam eleganter reticulata, si per lentes augentiores visuntur f. 5. 6.

**FLOS masculus** in distincta stirpe f. 1. 3. terminalis capituliformis dum floret f. 3.; constat e foliis perigonalibus plusculis quorum exteriora latiore basi, quam communia instruuntur, itidem concava at breviora, derepentiusque vna cum vasorum fasciculo, in acumen exeuntia f. 7. interioribus continuo decreescentibus; nec non numerosis genitalibus paraphysibusque clavato-articulatis, f. 6. infimo articulo inflato f. 9. His interposita sunt minima foliula perigonii f. 8. *Femineum* florem, qui omnino terminalis est, inter specimina fatis numerosa reperire nequivi, cum summitates floridorum truncorum adeo ab insectulo quodam, procul dubio Eruca, praemorsae essent, ut non, nisi vnicum hic delineatum individuum masculo flore instructum offendere mihi obtigerit.

**VAGINULA** longa conica, viridis, ad oram rubella; denique fusca e foliis pristini perigonii eminet.

**CALYPTRA** a me non visa.

**PEDUNCULUS** flexuose ascendens, sesquiuncialis, ruber, nequaquam axillaris est; sed saltim ex innovationibus succretis quasi talis adparet, f. 4.

THECA subsphaerica, ratione ad insertionem pedunculi aperturam-que habita, gibbosa-cernens f. 4\*; exanthlando basi contractior denique magis oblonga sulcisque striata evadit \*). Color viridis, maturitate rufescit, linea profundius colorata, perquam tenera orae circumducta, f. 10.

OPERCULUM conicum, inferne rubens, summitate tantillum obliquata, rufescens est, f. 4\*.

PERISTOMA externum, dentes sedecim validiusculi, pyramidati, erectiles, rubri, transversim striati f. 10. Internum, membrana reticulato-vasculosa, sulcata, rufescens, in sedecim processus profunde bifidos terminata f. 10.

SEMINA exigua, laevia, virentia, demum fusca, f. 12. 13.

LOCUS. In ligno putrido natante prope Spandau, vbi flumina Spree et Helvela confluunt, invenit Cl. WILLDENOW mihi benevole communicavit.


TEMPUS maturationis thecarum, Majo, Iunio.

DURATIO perennis.

Obs. Cum omnino tanta hujus speciei quoad habitum externum cum *Mnio fontano* sit similitudo, vt facile confundi queant, subjiciam hic momenta, quibus hoc a nostro *marchico* vere differt.

1. Masculus flos magis patulus foliaque perigonalia versus paginae apicem inaequaliter denticulata; vasorum fasciculo hunc notabiliter excedente.
2. Peristoma internum, inter columnulas simplices, e dorso carinarum eminentes, tenerrime ciliatum. Quam propter circumstantiam, ne temere genera multiplicandi cupidus viderer, reliqui hoc pristino, et *marchicum* subjunxi; quamvis hujus ipsius peristoma internum, aliaque nonnulla momenta divulgationem vtriusque ferme suaderent.

\*) Illa *Mnii fontani* intrinsecus loculum feminalem habet unam tertiam circiter totius cavi occupantem, suffultum bulbillo oblongo, e vasculis pedunculi nunc externum parietem ingressis, orto; vtrisque cum eodem connexis, ductulorum ramificatorum ac invicem anastomosantium farragine. Huic internae dispositioni ad minimum perquam analogam habere nostram speciem, mihi quidem visum est.



D. Hedberg del.

G. A. Kuhn sculp.

*BARTRAMIA halleriana.*



BARTONIA

BARTRAMIA.

CHARACTER GENERIS.

*Peristoma duplex.* Externum dentes sedecim cuneiformes; internum membrana conica plicato carinata, in aperturam lacinulata connivens.  
*Flos androgynus.*

Tabula XL.

BARTRAMIA HALLERIANA.

*Bartramia halleriana*, foliis e latiori basi longius subulatis; thecis brevius pedunculatis, ovatis lateraliibus.

*Bryum foliis mollibus subulatis, fetis brevissimis alaribus.* HALL. helv. n. 1802. t. 45. f. 8. It. Helv. II. t. I. Opusc. p. 269.

Explicatio Tab. XL.

Fig. 1. Plantulae congregatae.

- |   |                         |
|---|-------------------------|
| 1* Plantula cum simplici innovatione in se decerpta.                                      | } naturali magnitudine. |
| 2. Plantula innovatione bifida.   |                         |
| 3. Plantula f. 1*; ad augmentum 0.  |                         |
| 4. Folium; ad augmentum II.   |                         |
| 5. Flos simplex; ad augmentum III.  |                         |
| 6. Calyptra; ad augmentum IV.   |                         |
| 7. Theca cum pedunculo et vaginula; ad augmentum II.                                      |                         |
| 8. Dentes duo peristomatis externi; alter a tergo, alter a latere visus; ad augmentum IV. |                         |
| 9. Thecae summitas, relicto solo peristomate interno; ad augmentum III.                   |                         |
| 10. Semina; ad idem augmentum.  |                         |
| 11. Eadem; ad augmentum V.  |                         |

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS tenuis, dilute rubens, annotina innovatione, simplici ut plurimum, f. 1. 3. sed et duplici f. 2. nonnunquam etiam triplici, hinc minus divisus, triunciale et ultra longitudinem indispicitur. Situs flexuosus erectus.

**RADICES.** Primordiales validiusculae \*). Deinde istae pereunt, prodeuntibus ex alis foliorum cum similibus, tum densa stupa radiculosa, ad notabilem altitudinem trunci vsque, f. 3. quibus individua sibi arcuatis nectuntur. Utraque species in divisiones secedit, fusco colore tinctas; sed veteranae profundiori: hinc infima pars, oculo nudo, nigricat.

F f 2

FOLIA

\*) Vid. nostra Fundamenta. Hist. Nat. Muscorum frondosorum. P. II. t. 6. f. 30.



**FOLIA** e lata concava, sextuplum circiter totius constituite basi, in longum subulatum, diversimode directum, versusque summam denticulatum processum contrahuntur f. 4. exeuntque vasorum fasciculo pene exserto, acuta. Crebra, illa parte adeo truncum obvelant, ut nunquam, nisi remotis, oculo pateat. Color superiorum summorumque amoene viridis; reliqua decolora, infima consumta, f. 3.

**FLOS** terminalis hermaphroditus, componitur e foliolis quatuor ad sex, brevibus, obtuse lonceolatis, tenerrimis, reticulatis, absque vasorum fasciculo \*) f. 5; genitalibus masculis octo, totidemque femineis, f. 5. Saepe tamen etiam occurrit flos masculus vnus, adpositis vtrinque femineis genitalibus octo. Hinc non infrequens theca gemella vnus quasi perichaetii.

**VAGINULA** ovata, viridis; deinde rubet f. 7.

**CALYPTRA** pallida, summate, stylo subiecta, solidiuscula diluta, lateraliter demum finditur f. 6.

**PEDUNCULUS** brevis, rigidiusculus, inferne amoene rubens, pondere thecae tantillum in arcum flectitur, f. 3. 7.

**THECA** immatura viridis ovalis, f. 3. matura operculoque deposito e luteo fuscescit, et sulcata cernensque fit. f. 7. Communissime innovationes proxime ad florem oriundae, lateralem faciunt: hinc istis nonnunquam deficientibus, terminalis manet.

**OPERCULUM** exacte conicum, basi amoene rubet, f. 3.

**ANNULUS** nullus.

**PERISTOMA externum**, dentes sedecim cuneiformes striati rubicundi, f. 7. ab interno latere evidentioribus processulis membranaceis transversis ornanti. f. 8. *Internum*, membrana lutea, plicato-carinata, absque ciliis aut processulis ordinatis, in aperturam irregulariter lacinulatam connuens. f. 9.

**SEMINA** matura dilute fusca f. 10. 11.

**LOCUS.** In montosis sylvaticis scopulos late investit. Primo omnium in nostra Saxonia haec species mihi obviam fuit Zschopaviae in acclivi sylvae fluvium ejusdem nominis adjacente, deinde etiam prope Dresdam, *im Plauischen Grund*.

**TEMPUS.** Vere incunte floret: exeunte Majo, subsequenti anni, opercula decutit.

**DURATIO** perennis.

**ETYMON.** In memoriam **BARTRAMI**, coloni curiosi in Pennsylvania, qui inde optimo **DILLENIO** olim varias species cryptogamas **LINN.** procuravit, genericum nomen condidi; triviale vero indicio primi divulgatoris ipsius hujus speciei.

**Observatio.** Altera hucdum cognita species, *Bartramia pomiformis*, **Bryum pomiforme** **LINN.** ab hac differt, foliis lentius a basi in subularam formam contractis, pedunculisque longioribus.

\*) Genitalia, praepimis mascula non, nisi his foliolis ablatis in conspectum veniunt; sed facillime cedunt vossella adprehensa.

DESCRIPTIO ET ADVMBRATIO  
MICROSCOPICO - ANALYTICA  
MVSCORVM  
FRONDOSORVM

NOVORVM DVBIISQVE VEXATORVM

VOLVMEN TERTIVM.

---

A V C T O R E

D. IOANNE HEDWIG

P. P. E.

REGIAE SCIENTIARVM ACADEMIAE HOLMIENSIS SOCIETATISQVE LONDINENSIS MEMBRO;  
HONORARIO PHYSIOPHILORVM BEROLINENSIVM, TVRICENSIVMQVE; MEDICO-CHIRVRGICAE  
TVRICENSIS ET OECON. LIPSIENSIS SOCIO.

---

LIPSIAE  
IN BIBLIOPOLIO GLEDITSCHIANO.  
M D C C X C I I.

DESCRIPITIO ET ADUMBRATIO

MICROSCOPICO-ANALYTICA

MVSCORVM

FRONDOSORVM

NOVVM HINC VEZTORVM

NOLMEN TRITVM

A. G. O. R. E.

D. JOHANNES REDWIG

B. N. E.

REGIAE SOCIETATIS ACADEMIAE HONORARIIS SOCIETATIBUS LONDINENSIS MEMBRUS  
HONORARIO PHYSICORUM BEROLINENSIS, TURICENSIS, MEDICO-CHIRURGICAE  
LIPSIENSIS ET OMNIVM LITERARUM SOCIETATUM

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO GLEDITSCHIANO

M. D. C. C. C. I. I.

## P R A E F A T I O.

**P**romiseram quidem L. B. in praefamine ad secundum huius operis volumen, me in hoc ipso, quod nunc finitum accipis, solummodo illas controuersas aut nouas species e Muscorum frondosorum familia daturum, quarum flores mere masculi aequae ac feminei constanter ex alis foliorum prodeunt, et quae Fontinalis aut Hypni generibus, praeprimis secundum Dillenii Linnaeique mentem, addictae fuerunt. Credebam enim tunc, id idem totum opus finiturum.

Hanc fidem datam me vna ex parte praestitisse vides. Quod vero alteram volumini quarto reseruarem, duplici de ratione euenit. Harum altera singularem, nec satis a me celebrandam beniuolentiam Cl. D. OLOFF SWARTZ concernit, qua me pro sua eximia humanitate, vix non omnibus in exteris diffitis regionibus, et redux etiam in Suecia detectis atque collectis nouis speciebus ditare dignatus est. Euenit inde altera e desiderio, etiam has, fructu perfecto instructas, delineatas atque explanatas orbi botanico communicare. Etenim quam primum ego id venerando nunc possessori dudum apud nos celebritate florentis bibliopolii gleditschiani Dn. Cameralium Commissario LEICH, qui nunc sumtus integri huius operis suscepit, aperirem, facillimum se praebuit, id explere.

Sic igitur, annuente Numine, proditurum est adhuc quartum volumen, Hypnis priorum systematicorum in isthac familia vegetantium dicatum.

## ○ P R A E F A T I O .

Atque haec pauca sunt, quae equidem praefationis loco monenda habuissē, nisi quasi adactum me sentirem, ratiocinationes clarissimorum duumvirorum NECKERI et b. GAERTNERI, quas nuperius euulgauerunt contra generationis organa, indeque pendentem propagationem copulatiuam plantarum titulo cryptogamicarum a LINNAEO comprehensarum, nunc saltim aliqua ex parte ad trutinam reuocare atque diluere. Vterque enim annisus est, vegetabilibus cunctis vltimae Classis systematis sexualis, abrogare organa, quae b. Eques adeo prudenter prospexit, mihi vero beneuole adeo reuelauit Natura. Imo NECKERVS, sicut nonnulli alii, contendit non solum, abolitionem iuris ciuitatis Fungorum inter vegetabilia, quin quasi nunc ab ipso plane confectam euictamque suo more iactitat.

Veluti vero ego hoc commodiori relinquo loco, vbi fusius clariusque ostensurus sum, omnes hos viros ista sua argumenta non ex ipsius veritatis seu Naturae, sed maxima pro parte ingenii fonte deprompsisse; sic tum demum etiam palam fiet, Mykitosophos hos, indecenter fere incidisse in petitionem, vt aiunt, principii.

Et GAERTNERVS quidem, in praefatione, praemissa centuriis quinque prioribus splendidissimi sui operis *de fructibus et seminibus plantarum*, Stutgardiae 1788 typis euulgato, diserte perhibet; se ibi, „vbi de plantarum imperfectiorum, (Cryptogamicarum LINNAEI puta) verba erant facienda, GMELINI opinionem non solum adoptasse, sed eam paulo latius extendisse, quia „ipsorum seminum imperfectiorum fabrica id suadere videbatur, Ipsi.

Itaque non quidem denegat granulis polliniformibus, quae etiam intra thecas muscorum frondosorum continentur, feminis dignitatem, quamuis, ad eius mentem, fabricae imperfectioris. Cum igitur vi definitionis suae de semine, genitalia mascula abesse plane non poterant; illa vero, quae ego proposui, locum nul-

lum

## P R A E F A T I O.

lum habere posse crederet, propter KOELREVERTERI sententiam de foecundatione ouuli in plantis perfectioribus: maluit in partes ADANSONI et GMELINI ire, statuentium; ipsa feminea organa sibi sola sufficere, mascula autem adeo clancule istis addita eorumque fabricae intertextae esse, ut haec integram duntaxat priorum partem efficiant, neque a feminei uteri compage villo modo distincta sint. Hinc unisexuales seu aphroditae nuncupatae.

Equidem nunc non vrgeo, quam male Botanicis audiant plantae illae imperfectae, quibus vel perigonium illud, quod corollam nuncupauere, vel alia quaedam pars, aliis concessa, deficit. Neque hic disputabo, num KOELREVERTERI doctrina de masculorum genitalium, seu potius, receptaculorum masculae energiae, agendi hancque sequioris sexus organo communicandi modo, num GAERTNERI reliquae de semine theoriae, Naturae ipsius legibus ac institutis, omni ex parte et ubique rite respondeant. Sed unam illam confessionem b. Viri ut considerent competentes harum rerum iudices rogo, quam fecit de GMELINI sententia, cui, ceu praemisso fundamento, superstruere placuit sua de sexualibus plantarum cryptogamicarum LINNAEI ratiocinia. Diferte nimirum eodem ipso loco subiungit „quod tota illa doctrina „mero saltem nitatur ratiocinio, et quod firmiorem adhuc b. „sin a repetitis nancisci debeat experimentis, antequam omnis du- „bii expers dici possit“. — — —

Interim tamen per totum hoc opus, veluti elegantius et ordinatius, sic humanius et multo modestius sese expediuit GAERTNERVS NECKERO. Iste enim sui adeo plenissimus Vir, ut, nisi continuo, saepe saepius tamen ipse se adstupeat, abhinc octenio ultra decem in Physiologia muscorum, cunctos mendacii reos somniantesque pronunciauerat, qui contenderent, ista vegetabilia non minus ac reliqua procerioris staturae euiden-  
tiorisque compositionis partium temporariarum, sexualibus pollere.

## P R A E F A T I O.

Ego vero paulo post, non tam ratiocinando, quam e Naturae sinu desumpta ante oculos quasi ponendo, ostendi in meis Fundamentis Historiae Naturalis Muscorum frondosorum et subinde in Theoria generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum LINNAEI, prudentissimum huius immortalis nihilominus scrutatoris totius regni Naturae effatum, *in vniuersum omnia vegetabilia flore et fructu instrui, vt nulla species, etiam vltimae suae Classis, his destituta sit*, re ipsa sese ita habere; ostensusque sum vltro multo adhuc luculentius. Hinc liuor, quem emoliti sunt haecenus celebres ceteroquin illi viri contra beatum Equitem, pleno quasi flumine in me praecipue eructare conatus est NECKERVS in Elementis suis botanicis, in Corollario ad Philosophiam botanicam LINNAEI spectans, inque Phytologia philosophica gallico idiomate exarata, quae vna superiori anno Neowedae ad Rhenum in forma octaua prodire.

Perhibet nimirum in his, me immoderatum systematicum et quasi Cryptomania correptum, admisisse intra priuatas manus miracula excogitata fictitia ac imaginaria cuncta, quamuis pulchre deliniata atque verbose descripta ita, vt Botanicis fucum facerem. Nullum lymphae foecundantis vestigium ad interiora stelluliferarum, e Muscorum familia, certissime existere, vt amplexus coniugalis fieri possit. Me incrementa basilaria Polytrichi similiaque, pro cotyledonibus vendidisse; reliqua — Prouocat pro stabilienda sua hoc passu sententia, ad propria DILLENIIQUE irrita tentamina, fatione pulueris Muscorum suscepta; prouocat ad KOELREVTERI experimenta de vegetabilium foecundatione, contendens, nullam inter cryptogamas LINNAEI locum habere posse, nisi per copulam extraneam, seu diuersarum specierum combinationem, verificetur: prouocat ad Bonneti effata de animalibus absque sexuali copula propagantibus, vtpote sexualibus destitutis; prouocat ad sua scripta, suas obiectiones solidissimas, scilicet, mihi surdo factas, nec vt adeo mihi quisquam crederet, anxie clamitat.

## P R A E F A T I O.

Profecto neque vnquam anilibus illis neckerianismis aures meas praeuissim, nisi animaduertentem, magni nominis ac fama inter Botanicos his temporibus virum, Consiliarium Aulicum Mannheimensem MEDICVM puta, etiam agamiae, sinistrae intellectae, inter vegetabilia, patrocinari. Contendit enim in secundo fasciculo Annalium Botanicarum Dn. D. VSTERI de Hyacintho *monstroso* LINNAEI, hanc plantam, generis proprii esse, documentoque eximio pro agamia in regno vegetabili. Cuius adeo auctoritate, omnino ponderosiori concius sui, commoti, eo facilius sese in nouum errorem seducere vel saltem demum in diuersas partes trahere passuros iri vegetabilium nimis festinabundos scrutatores ac scriptores omnino vereor.

Vtinam Cl. Viro placuisset, optimi MALPIGHII anatomen plantarum, quam merito laudibus suis effert, non tantum attente legere, sed potius prima ista iacta pericula vltro excolere atque perficere; vtpote instructus et veritatis cupidine, et pulcherrimo orio commodisque largissimis e munificentia summa Principis sui clementissimi sibi affluentibus. Tum certissime aliter sensisset, neque ei euenisset inuincibilis illa difficultas, semet ipsum ex erronea illa de trunco vegetabilium eiusque speciebus haecenus vsitata peruersa doctrina, extricandi difficultas; cum, quamuis bene sibi conscius effati malpighiani, *bulbos cepaceorum vegetabilium pro trunco habendos esse*; tamen in dissertatione sua de plantarum, praeter femina, propagationis modo, quae Act. Palat. Vol. VI. inserta habetur, horum sui ipsius continuationem multiplicationemque, facultatem radicantem nuncupet.

Profecto sanioris Physiologiae vegetabilis non solum, sed etiam illius cognitionis, quae ad systematicam horum corporum diiudicationem, dispositionem determinationemque pertinet, basis ac fundamentum genuinum nequaquam est obseruatio vaga, particularis, et incompleta, sed exacta subtilior partium internarum disquisitio et contemplatio.



## P R A E F A T I O.

Hinc etiam non minus summa difficultate laborant illa, quae NECKERVS axiomatis loco commutauit e scriptis philosophicis optimi BONNETI, generationem animalium molluscorum gelatinosorum, *probabiliter*, vt ait, plurimorum, absque sexuali copula concernentia, vt probaret agamiae penes vegetabilia praesentiam. Quorum locorum nullus hoc respectu minoris, imo ne vllius quidem est ponderis illo, qui de numerosissimis animalculis nullius sexus inter greges Apum et Formicarum agit. Etenim isti sic dicti spadones prouidae Naturae sapienti ex instituto existunt quidem atque interesse debent suis gregibus, at e sexuali copula, igitur vero sic dicto femine, nequaquam besimine neckeriano orti. Quae e contra loco organorum sexus inter vegetabilia, ad quemcumuis actum generationis omnino plane renouandorum, calyces petalaeque, vti botanicis contegumenta genitalium in flore dicere placet, aucta, deformata aut corrupta promouent in florem sic dictum hybridum, plenum aut Monstruosum, id vnice efficiunt lusu caussarum concurrentium atque cooperantium accidentalium, cum externarum tum internarum.

Hybridae praeterea plantae, copula duarum diuersarum specierum a KOELREVERTERO primo omnium ex instituto pulchre productae, vnum id probant; interiora illa florum rite constitutorum organa, reuera vegetabilium esse sexualia, quorum concursui idem vt consequatur effectus, qui inter animalia ad propagationem sui, secundum Naturae ordinem, vt eueniat, constitutum est. Nequaquam autem a denegato huiusmodi coniunctionis effectus, ad absentiam generantium organorum valet consequentia.

Vt nihil dicam de animantibus, quae talem combinationem omnino respuunt, testantur id idem irrita plane tentamina sat numerosa, quae KOELREVERTERVS ipse suscepit. Et quod probe quidem notandum est, in vegetantibus, quorum mascula energia puluisculo tenerrimo continetur, intra sacculos anthera dictos

## P R A E F A T I O.

dictos enutrito, volatili atque circumuagante. Verum penes quae vitam impertiens illud principium intra folliculos fecernitur nudos, pedunculo vasculoso parti competenti suo modo adfixos atque immobiles, vt v. g. penes Apocyna, Afclepiades, Cynancha, Orchides cet.? — Horum qui generationem sic dictam hybridam arte impetret, summus mihi erit Apollo: nedum perquam minorum at similis structurae organis masculis plantarum cryptogamicarum LINNAEI.

LINNAEI inquam, considerate velut nunc dico, sic dixi semper, dicturusque sum, quousque vel ego, vel alius quispiam ex asse decreuerit, num vltro plantae illius Classis XXIV. hoc, vel alio nomine insigniri debant. Id quod igitur sibi notet NECKERVS insimulque disquisitionis ac obseruationis subtilioris aequae ac assiduae facultatem sibi comparet, vt resipiscatur si potest. Mea certe culpa non est si minus perita manu ista extricare, aut hebetiori oculo contenta genitalium, similia omni spermati ventium, extricare et videre nequit. Acredat me quis volet, et videat ipsis suis oculis.

Sed huius commatis disquisitiones plus temporis, attentionem exactiorem poscunt, quam ratiocinationes doctae, principio quodam particulari ac vago superstructae. Hinc forte et factum est, quod NECKERVS recularet inuitationem CL. REGNIER, eundem Mannhemii inuisentis, vt coniunctim experirentur saturationem feminum polliniformium, enutritorum intra thecas, Muscorum frondosorum adeo artificiose exstructas. Non miraculo, sed summa attentione ad Naturae ipsius normam opus est, ad quam diuersissima femina vegetabilium, vitam sibi impertitam exserere atque continuare solent. Sic ego saepe saepius pullulare vidi fata femina Gymnostomi *pyriformis*, Koelreuterae *hygrometricae*, aliarumque specierum: nequaquam vero Polytrichi *communis*, cuius innouationes truncorum e basi, me pro cotyledonibus habuisse, falsissime perhibet scibile illud caput mannheimense.

## P R A E F A T I O.

Sed audiamus vnum tantum locum, vt pateat solida argumentandi ratio philosophi nostri, qui sibi ipsi applaudit de femine vegetabilium perspicuitatem longe clariorem illa, quae hactenus esset penes Philosophos et Botánicos priscos aequae ac neotericos omnes. Confudisse nimirum ait femina virtute mascula viuificata, cum similibus corpusculis, per se, absque omni mascula potestate vitam habentibus, Besimina inde ipsi dicta, ab ὁ βιωσιμος, quod idem denotare vult. Atque ad ista pertinere contendit Corollariorum p. 20. puluisculum in thecis, seu aggedulis ipsius, muscorum frondosorum, hepaticorum aliorumque vegetabilium ejusdem commatis, *quamquam germinandi inque plantam sese euoluendi facultatem possiderent*; prouocans insinuat ad eius, vt putat, *expletam definitionem utriusque organici compendii.*

Eodem vero in Corollario p. 12. de spermate masculino ita scribit: Lympha foecundans seu viuificans fluidum actiuum, *unicumque viuificationis instrumentum vegetabilium* cet. Vnde igitur vita illa per se besiminum eius?

Peritoribus me linguae graecae diiudicandum relinquo, num vis vocabuli vllibi illa sit. Ponamus autem esse; quaeso omnes aequos seu veros obseruatores et diiudicatos Naturae, num vllum per omne eius regnum viuum existat indiuiduum, quod non fruatur vita vel excitata siue communicata, vel continuatam trahat? Sic frons arboris iusto tempore resecta et conuenienti loco immissa, continuat vitam sibi inhaerentem ex eiusdem ipsius trunci olim accepta energia, promouens vascula sua pneumato-chymifera ac dispergens in instrumenta forbillantia nutrimentum, seu in radículas veras. Idque non, nisi ductulis indeptis iam gradum aliquem soliditatis. Vnde vero stigmatulis illis longe exilissimis mollissimisque, vix numerabilibus, intra rudimentum fructus conclusis, nouum quodque corpusculum organicum formandi atque sistendi impertitur potestas, nisi communicata aut excitata, concursu singularis illius, nec dum fatis cogniti

## P R A E F A T I O.

gniti principii vitalis, materiei foecundanti, quae sperma virile audit, inhaerentis aut immixti.

Num NECKERVS his similibusque argumentandi modis, tantae Philosophiae, vt ipse sibi applaudit, sanioris mentis documentum ediderit, magistris illius scientiae dijudicandum relinquo. Vel cuique tyronum notum est, valorem consequentiarum ab vniuersali pendere ad particularia, nec contra. Adeoque, qui euincere sustinet, genuinorum sexualium organorum penes vegetantia praesentiam aut absentiam, a proprietatibus cunctis viuentium, quoad probe notis, communibus, cum genitalium vtriusque sexus tum materiei impraegnante virtute pollentis, vt-pote simili omnium, ordiri debere, equidem crediderim. Hoc momento certe defecere haecenus cuncti mihi noti et offensores et defensores sexualis, vt aiunt, systematis; inhaerentes solummodo euentibus nonnullis, petitis haud raro ab incompleto experimento aut obseruatione manca ac infida, propter inaduertentiam omnium caussarum et circumstantiarum concurrentium.

Huiusce farinae aberrationes cum saepe saepius animaduertirem in scriptis botanicorum, dudum coeco assentatorum cohorti, qui quasi praeter aliorum effata aut placita, nihil sciunt, interesse sustinui: omnium minime illis in rebus, quae vel pressius ad Physiologiam vegetabilem pertinent, vel inde dilucidanda sunt certioraque reddenda. Adii potius decenter Naturam ipsam, vt me manu duceret erudiretque in isthac sua officina, quam fato quasi ingressus eram, referta pulcherrimis aequae ac eximii momenti productis, verum tenebris ac dissensuum caterua egregie circumfusa.



Est namque illa opus adorandae VERITATIS IPSISSIMAE; igitur tota quanta veritas, veritatumque cunctarum basis ac fundamentum. Quae cum me ipsum viuentibus ratione praeditis, adue sui imaginem fabrefactis interesse, benevolentissime dignata sit, probe mihi conscius sum partium mearum, cunctis nimirum

## P R A E F A T I O.


neruis adspirare ad eandem ipsissimam veritatem, quorum certior jucundiorque via nulla datur Natura. Nequaquam tamen gressu fugituo et quasi hinc inde lambendo. Veri siquidem cardo in misteriis Naturae versatur, quae adeo alte recondita latent intimis rerum recessibus, ut nequaquam sese manifestent fugitivae, seu minus circumspectae observationi aequae ac quaestitioni haud assiduae; nedum solis commentis eminentissimi ingenii, solae meditationi capitis doctissimi.

Quae ego haecenus botanico orbi communicavi, et quae adhuc communicare in praesenti meditor, fundamenta accommodata gressui tandem firmiori constantiorique per omnes partes nobilis adeo et homini dignae scientiae, non vanae gloriolae, non turpis lucelli, non imaginationis nec fertilis ingenii sunt fructus hybridi, sed genuini, longa laboriosaque observatione et quaestitione circumspectissima hausti e gremio ipsius Naturae. Edat ingenii commenta cui lubet; ego ad usque meos manes manebo unius sincerae veritatis. Nihil non est fluxilitati obnoxium; at haec, haec furiente etiam infernali liuore, stabit illibatissima per secula cuncta.

---



*Dicranum flagellare*





Tabula I.

DICRANVM FLAGELLARE.

Dicranum *flagellare*, foliis subulatis heteromallis; thecis cylindricis rectis; operculi rostro longo incurvo.

Explicatio Tab. I.

- Fig. 1. Planta mascula
  - 2. Planta feminea theca operculata
  - 3. Planta feminea theca deoperculata
  - 4. Planta f. 1.
  - 5. Planta f. 2.
  - 6. Planta f. 3.
- } naturali magnitudine.
- } ad augmentum o.
- a. b. b.* innovationes flagelliformes.
- 7. Superior pars trunci feminei, flore deflorato et innovatione infructa; ad augmentum II.
  - 8. Folium innovationis flagelliformis;
  - 9. Folium e medio trunco adulto;
  - 10. Folium unum e summis, flori proximis;
  - 11. Unum de externis foliis perigonialibus;
  - 12. Unum de internis foliis perigonialibus;
  - 13. Thecae pars, peristomate denudato; ad augmentum III.
  - 14. Peristomatibus dens seorsim; ad augmentum IV.
- } ad augmentum III.
- } ad idem augmentum.



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS erectus, modice flexus, tenuis, dilute croceus, altitudine ab uncia una ad alteram tertiamque varius. Masculus f. 4. minus divisus femineo. Iste enim ut plurimum propius ad florem, genitalibus suo officio perfarctis, et saepe quidem numerosas promovet innovationes, longas, oculo armato flagella representantes f. 6. *a. b.* ex imbricato tegmine foliolorum lanceolato-concavorum f. 8. ad extremitatem usque vestitas.

**RADICES** primordiales, evidentiores successivis, fuscae. Iste stupam tenerrimam aemulantur, similes quippe Dicrani *spurii*, Vol. II. t. 30. *scoparii*, simillimoque modo omnem fere trunci superficiem contegentes.

**FOLIA** subulato-concava, integerrima; vasorum fasciculo tenerrimo, versus extremitatem in reticulum evanido f. 9. 10: floralia longissima amoene viridia, plurima heteromalla.

**FLOS** *masculus* capitulum terminale, intra folia summa reconditum f. 4. Componitur e foliolis perigonalibus quatuor ovato-lanceolatis, concavis; genitalibus sex, stipatis paraphysibus filiformibus articulatis; articulo extremo obtuso. *Femineus* etiamnum truncum ejusque innovationes adultas terminans, perigonium habet pentaphyllum: exterioribus duobus brevioribus obtusis, vasculorum fasciculo destitutis f. 11; subsequenter duobus longioribus, convolutis, apiculatis f. 12. vasorum fasciculo tenerrimo instructis; intimo demum exterioribus simillimo. His conclusa sunt genitalia quatuor, paraphysibus destituta.

**CALYPTRA** est albida, lateraliter fissilis secedensque.

**VAGINULA** cylindrica, fuscidula.

**PEDUNCVLVS** tenerrimus, flexuose exprorectus, pallidus f. 5. 6. sicitate mediocriter tortilis.

**THECA** cylindrica, recta; matura rutilans.

**OPERCVLVM** in longum subulatum, incurvum, pallide luteo-virdans rostrum desinens, basi rubet f. 5.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** dentes sedecim, profunde fissi f. 13; quorum processus tenerrimi, inaequalis longitudinis, pallidi; basis vero amoene colorata f. 14: m dentes arcuatim connivent.

**SEMINA**: exigua, e luteolo-viridia.

**LOCVS**: truncis dejectis putridis denso cespice innascitur. Acceptam deo Cl. TIMM, qui primus hanc speciem in sylvis prope Malchin Ducatus Megapolitani detexit.


**TEMPVS**:

**DVRATIO**: perennis



*Trichostomum lanuginosum*

*Rhacomitrium lanuginosum* Poit.



Tabula II.

TRICHOSTOMVM LANUGINOSVM.

Trichostomum lanuginosum, procumbens; foliis lineari-lanceolatis denticulatis, apiceque canis; ramis brevibus fertilibus.

Trichostomum ramigerum TIMM. Prodr. 774.

Bryum hypnoides, antheris erectis, furculo rectiusculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus LINN. Spec. 1484. Syst. V. 949.

Bryum hypnoides, polycephalon, lanuginosum, montanum DILL. Hist. Musc. 372. t. 47. f. 32.

Explicatio Tab. II.

- |  |                         |
|--|-------------------------|
| Fig. 1. Pars trunci                            | } naturali magnitudine. |
| 2. Plantula fere integra                       |                         |
| 3. Surculi pars f. 1; ad augmentum o.          |                         |
| 4. Folium commune; ad augmentum III.           |                         |
| 5. Flos masculus, cum innovatione              | } ad idem augmentum.    |
| 6. Tria ex ejus genitalibus                    |                         |
| 7. Theca deoperculata                          | } ad augmentum III.     |
| 8. Operculum seorsim                           |                         |
| 9. Peristomatidis dentes duo; ad augmentum IV. |                         |
| 10. Semina; ad augmentum IV.                   |                         |

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS sexuncialis et ultra, debilis, hinc procumbens, ut plurimum in crebros breves, nonnunquam etiam longiores ramos divisus: vigen, coloris crocei; veteranus e fusco rutilans; siccus admodum fragilis.

**RADICES** tenerrimae fuscae, e foliorum infimorum alis hinc inde procedentes.

**FOLIA** communia lanceolato-linearia; at summorum basis ovata, concava est f. 4. Ductulorum fasciculus nunc limites expansionis longius, pili forma, excedit; nunc hac comitatur ad extremitatem usque, et tunc in notabili ejus parte non colorata, naturalis viror sensim fasciculum versus disparet f. 4. Per mediam fere suae longitudinis partem, utrinque eleganter denticulata sunt; denticulis rectis, siccitate praepressis, jam tum ad lentes parum augentes, conspicuis, tuncque foliorum superiori parte utrinque e membranulae portione non colorata, linea alba notata. Invicem implicatim distorta, accedente matore, plurima heteromalla fiunt f. 3. 5.

**FLOS masculus** intra alas foliorum proprii individui, ut plurimum vero in extremitate ramulorum gemmaeformis, innovatione simul tenus eundem oriunda f. 5. Ejus foliulis perigonibus quatuor, ovato-acuminatis, concavis, insunt genitalia 10-14. paraphysibus tenerrimis stipata f. 6. Fl. *femineus* exemplaribus ad me missis non intererat, utpote horum individuis, ut mihi quidem videtur, rarioribus.

**VAGINULA** cylindrica, viridis, demum fuscilla.

**CALYPTRA** inferne pallide, superne obscure fusca. In plures lacinias fissa f. 3. recta abscedit.

**PEDUNCULVS** mediocris longitudinis; tener, viridans, vetustate fuscus fit atque tortilis.

**THECA** ovata, recta; maturitate olivaceum denique, rutilantem induit colorem f. 7.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** oblongo-conicum, basi rutilat, summitate dilutissime colorata f. 8.

**PERISTOMA**, denticuli sedecim ad basin usque divisi in processus capillares, tenerrime transversim striatos, rutilantes, f. 9.

**SEMINA** exigua viridia f. 10.

**LOCVS**: montana arida amat loca, arenosa, lapidosa. Observavi olim in nostra Saxonia, in colle lapidoso tenus Augustsburg, sed nunquam cum thecis. Accepta autem cum his exemplaria habeo a Cl. EHRHARTO, nec non TIMMIO in ducatu Megapolitano lecta.

**TEMPVS**:

**DVRATIO**: perennis.




*Trichostomum caucasicum*.

D. Hedwig del.

Fiedl. sc.

*Placomitium caucasicum* Brid.



## HISTORIA ANALYTICA

## Tabula III.

## TRICHOSTOMUM CANESCENS.

*Trichostomum canescens*, trunco erecto, foliis confertis recurvis, extremitate non colorata; thecis erectis ovatis.

*Bryum hypnoides hirsutiae canescens*, vulgare DILL. Hist. Musc. 368. t. 47. f. 27.

*Hypnum canescens*; *vilosum* WEIS. Plantae cryptogamicae p. 213. β.

## Explicatio Tab. III.

Fig. 1. *a.* Plantula feminea fertilis, *b.* sterilis; naturali magnitudine.

2. Plantula f. *a.* aucta; secundum lentem L.

*c.* theca calyptrata.

*d.* theca decalyptrata.

3. Foliū inferius et f. 3. *e.* aliud e summis; ad augmentum III.

4. Flos masculus axillaris; \*4\* terminalis ramuli, summis foliis cinctus; ad augmentum II.

5. Genitalia mascula inde excussa; ad augmentum III.

6. Flos femineus; ad augmentum III.

7. Genitalia feminea; ad idem augmentum.

8. Theca deoperculata; ad augmentum II.

9. Peristomatis dens; ad augmentum IV.

10. Semina; ad idem augmentum.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RICHOSTOMUM juvenescens semper erectum, simplex, demum inferne declinatum, divisionibus in ramos pauciores, plures, breves, longiores variis. Mente masculus saepe saepius dilienianam speciem t. 47. f. 31. refert. Unialis biuncialisque, inferne fulcra; superne e luteo dilute viris.

**RADICES** basilares, cum primordiales, perquam tenerae, simplices fulcae, rarius aliae secundariae e foliorum inferiorum alis oriundae.

**FOLIA** conferta, lanceolata carinata, plicis longitudinalibus de basi, versus pellucidam summam, divergentibus 3. 4. ac vasorum fasciculum quippe carentem, mentibus, striata videntur, margineque utrinque revolutum. Pallide viris; extremis vero, mure membranacea, ad maxima augmenta, quam lenissime denticulata, colore plane destituta. Hinc, cum madentia poterant, arcuata, referta f. 3. viridis, siccatate vero asprimentur, extremis tantum repolis, cum nunc asparet planta. Supina superiores, ad lentes maxime augentes, papillosa videntur, simili modo ac illa Hedwigiae *ciliata* eisdemque in usus Vol. I. p. 109. indicans, a Natura sic infirma.

**FLOS** masculus cum e foliorum alis f. 4. trunci sui, praecipuis si iste simplex est, utrinque vero e ramulorum lateralium extremitate f. 4. 2. agitur. Confertus est e foliis perigonialibus circiter octo; immaturis quantum maxime concavis, ovato cuspidatis, et genitalibus viginti, paraphysibus succulentis destitutus f. 5. *Femina* f. 6. similibus locis in distincto individuo ordinis, foliis perigonialibus lanceolatis, includit octo ad decemgent alia minutissima, longe teneriora f. 7. etiamnum paraphysibus carentia. Ille in hac quoque specie, et ratione numeri in una eademque specie, et ratione individuum unius ejusdemque gregis, perquam multo frequentior est ista, unde etiamnum facile contra incredulos Neckeris Gaermersque, colligere possis possiditatem impregnationis masculae.

**CALYPTRA** soluta inque aliam iam elata, inferne diluissime, superne profundius fulca, ad apicem nigrescit. Demum basi in plures lacinas fissa f. 1. e. recta succit.

**VAGINULA** cylindrica e luteo viridis, denique fulcescit.

**PEDICELLUS** gracilis, longiusculus, rectus, ad maturitatem thecae usque amoeni viridis, denique e fulcidulo rutilat, atque absoluto opere ecliosus, praecipuis sub theca, destrorsam arquetur.

**THECA** oblongo-ovata, viridis immatura, matura exarilataque fulca f. 8.

**ORECERA** subulato canicum rectum f. 9. a. basi amoeni rutilat, colore versus apicem continuo disparente.

**ACCRES** nullis.

*TRICHOSTOMVM CANESCENS. TABVLA III.*

7

PERISTOMA denticuli sedecim longi, capillares ad basin usque divisi f. 8; lenissime transversim striati f. 9. siccitate quasi nodulosi sub augmentis vitrorum adparentes.

SEMINA exigua, laevia f. 10; conclusa viridia, accedente liberiori aere decolorantur.

LOCVS: aprica, elatiora, arenosa, siccitateque sterilia, late diffusa grege inhabitat vix non ubique.

TEMPVS *florescentiae*, vergens Autumnuss, *maturationisque* rediens Ver.

DVRATIO: perennis.

*Observatio.* Differt a praecedente: 1. trunco surrecto, 2. foliis versus apicem tantum quam lenissime et laxius denticulatis; denticulis sursum spectantibus et absentia fasciculi ductulorum; 3. genitalibus masculis, paraphysibus succulentis destitutis; 4. pedunculo longo. Igitur non ejus varietas, ut plurimi enumeratores cum LINNAEO autumavere; sed omnino species distincta. At DILLENII Bryum Hypnoides, Ericae facie, capsulis barbatis, alpinum Hist. Musc. p. 371. t. 47. f. 31. mihi quidem potius hujus varietas esse videtur, ideo; quod 1. olim in submontanis regionibus utramque commistam saepe repererim, 2. masculae stirpes hic expositae speciei frequenter dilleniani Bryi f. 31. formam repraesentent; 3. inter vegetabilia, utpote cuicunque generationi reiterandae, genitalia de novo parantia, non rara res sit, species, sexualibus individuatim distinctas, seu dioicas LINNAEI, fieri androgynas, seu monoicas ejusdem.

DIDYMODON<sup>\*)</sup>.

CHARACTER GENERIS.

Peristoma simplex, e denticulis octo aut sedecim paribus.

Flos masculus alaris aut terminalis.

Tabula IV.


DIDYMODON RIGIDULUM.

Didymodon rigidulum, erectum, foliis lanceolatis, e vasorum fasciculo cuspidatis, rigidulis; operculo subulato curvulo.


Explicatio Tab. IV.

- Fig. 1. Plantula mascula
- 2. Plantula feminea fertilis } magnitudine nativa.
- 3. Plantula sterilis
- 4. Pl. f. r. } ad augmentum I.
- 5. Pl. f. m. }
- 6. Foliolum commune; ad augmentum III.
- 7. Flos masculus, residuis foliolis perigonalibus binis; ad idem augmentum.
- 8. Ejusdem folium perigoniale extimum; ad idem augmentum.
- 9. Trunci summitas, genitalibus floris feminei denudatis, ac gemma seu primordio innovationis; ad augmentum III.
- 10. Foliolum perigoniale feminei floris extimum } augmento III.
- 11. — — — — — intimum }
- 12. Thecae pars cum peristomate, mox post decessum operculi, explicato; ad augmentum IV.
- 13. Denticulorum peristomatis duo paria; ad augmentum V.
- 14. Seminula; ad augmentum IV.
- 15. — ad augmentum V.

\*) Etimon, a διδυμός geminus et ὀδὸν δέντρον dens. Atque ad hoc genus etiam referendum est Trichostomum pusillum Vol. I. p. 74. t. 28. exhibitum, a Cl. Trimmio autem Dichum dictum in suo prodrómo p. 216.



*Dictymodon rigidulum*.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS erectus, primordialis simplex, femuncialis, abinde innovando divisus subdivisusque, praeprimis sterilis, biuncialem acquirit longitudinem. Iunior dilute viridis, senio e fusco rutilat.

**RADICES** fuscellae, priores validiusculae; succedaneae, cum e basi tum foliorum inferiorum alis tenerrimae ut plurimum simplices, f. 5.

**FOLIA** lanceolata, carinata, margine saepe reflexo, fasciculo ductulorum valido, unice cuspidem extremam constituyente f. 6. rigidiuscula; subimbricatim patula; inferiora trunci innovationumque minuta. Iuniora profundius virent, veterana, terra praeprimis sepulta, decolorata sunt f. 4 5.

**FLOS masculus femineusque** terminalis, fructus pedunculo deinde ex hoc oriundo, propter innovationem mox cum flore praesentem f. 9. laterali viso f. 3. Ille f. 7. foliola perigonialia habet quatuor ovato-acuminata, concava, ductulorum fasciculo destituta extimi acumine longissime producto f. 8; genitalia octo ad decem, paraphysibus succulentis stipata: iste intra perigonii foliola sex, cunctis fasciculo instructis, inque extimo non minus omnium longius producto f. 10. intimo vero minutissimo f. 11. recondit genitalia octo, paraphysibus succulentis destituta f. 9.

**VAGINULA** conica, curvula e paulo valentiore arcu alterius lateris: inferne viridans, superne fusca.

**CALYPTRA** basi dilute, summitate profunde fusca, lateraliter finditur dehiscitque.

**PEDUNCVLVS** junior pallide viridis; deinde theca maturante profundius coloratur; senio siccescens dextrorsum tortilis est.

**THECA** immatura viridis: matura fuscilla f. 5. 12.

**OPERCVLVM** conicum, summitate tantillum incurvata, fusco rutilans f. 5; siccitate lenissime tortum adparet.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** denticuli 32, lineares, gemellatim dispositi, dilute rubentes, perquam lenissime transversim lineati f. 12. 13.

**SEMINA** laevia, amoene viridia f. 14. 15.

**LOCVS**: Lipsiae versus *Kulthurm* in interstitiis muri septentrionem spectantis viae publicae merseburgensis, necdum alibi, abunde et densis saepe cespitibus crescentem, sed rarius frugiferam, hanc speciem reperi.

**TEMPVS**: floret Autumno ac primo Vere, tumque thecae maturae opercula decutiunt.

**DVRATIO**: perennis.

---

*Tabvla V.*

A.

## GYMNOSTOMVM LAPPONICVM.

*Gymnostomum lapponicum* foliis elongato-lanceolatis, siccate crispis; thecis striatis.

---

*Explicatio Tab. V.*

A.

Fig. 1. Plantula sterilis } naturali magnitudine.

2. Plantula frugifera }

3. Individuum f. 2. siccum } ad augmentum I.

4. Idem humiditate expansum }

5. 6. Folia; ad augmentum III.

7. Summitas innovationis dudum deflorata, cujus de perigonio femineo calyptra emerita est; ad augmentum II.

---



*Gymnostomum lapponicum*  
*Amphostomum lapponicum* Schp.


B



*Weisia controversa*

*Weisia viridula* Brit.





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis exiguus, vix semuncialis, innovando uncialem et ultra indipiscitur altitudinem. Erectus est ac deinceps in ramos divisus: ficcus, propter teneritatem, valde fragilis.

**RADICES** succedaneae e basi demum innovationum tenerrimae, fuscae f. 4.

**FOLIA** lanceolata, superiora oblonga, vasorum fasciculo notabili f. 5. instructa, summa profundius viridia, inferiora decolora, conferta alterno situ truncum operiunt, maxime siccitate adpressa, saepe ter quaterque torta f. 3. Madefacta patentia reflexaque f. 4.

**FLORES** acceptis exemplaribus plane deficiebant. Femineorum vero foliola perigonialia duo, convoluto acuminata esse, visum est ex uno eorum, cujus calyptra jantum extra eadem promotae erat f. 7.

**VAGINULA** hujus cylindrica, e luteo virefcebat.

**CALYPTRA** vero fuscidula, summitate obtusa.

**PEDUNCVLVS** brevis, tener, lutescens.

**THECA** sensim e pedunculi extremitate invalescens, decusso operculo, truncato-turbinata, lutescens, striis rubentibus eleganter picta f. 4; sicca lenissime sulcata f. 3.

**OPERCVLVM** non vidi.

**PERISTOMA** nudum.

**SEMINA** quoque omnino deficiebant.

**LOCVS:** in Lapponia lectam hanc speciem misit benevole ante aliquot annos Ill. Thunberg, specialiori non indicato, neque quod

**TEMPVS** florentiae aut maturationis attinet.

**DVRATIO:** perennis.

---

*T a b u l a V.*

B.

## WEISSIA CONTROVERSA.

*Weissia controversa* erecta, fol. acute lanceolatis, siccate perquam contortilibus; thecis ovatis.

---

*Bryum capillaceum* breve, pallide et laete virens, capsulis ovatis DILL. Hist. Musc. 380. t. 48. f. 43.

*Muscus capillaceus* omnium minimus, foliolis longioribus et angustioribus VAILL. Paris 130. t. 29. f. 5.

---

*Explicatio Tab. V.*

B.

Fig. 1. 2. Plantulae frugiferae; naturali magnitudine.

3. Plantula flore masculino deflorato cum prolongatione; ad augmentum I.
  4. Plantula simplex, theca colyprata instructa; ad idem augmentum.
  5. Plantula semel ramificata, theca calyprata decalyprataque; ad augmentum I.
  6. Folium siccescens; ad augmentum IV.
  7. Flos masculus
  8. Genitalia inde depromta } ad augmentum IV.
  9. Genitalia feminea deflorata; } ad idem augmentum.
  10. Folium perigoniale seorsim; }
  11. Rudimentum fructus grossificans; ad augmentum IV.
  12. Theca deoperculata; ad idem augmentum.
  13. Semina; ad augmentum IV.
-

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS exilis, simplex f. 1. 3. lineae circiter unius, innovando subinde divisus f. 5., vix alteram aut tertiam lineam excedit. Innovationes istae, cum propius sub flore, praesertim femellarum, haud raro agantur ternae, quaternae et ultra, fertiles aliae, aliae non, cespiculosus adparet, pedunculique ceu ex eorum medio elevati. Facillime propter parvitatem terra obruitur consumiturque veteranus, vt raro triennem reperias. Annotini color dilute fuscidulus f. 5.

**RADICES** e basi f. 4. nec non pone innovationem f. 5. agit longas radiculas, adeo arcte pabulari solo adnexas, ut coactus sis, una hujus particulam cum trunco evellere ac deinde probe abluere, si easdem contemplari cupiveris. Istae fuscae sunt. Aliae vero ex eadem basi succedentes, brevissimae, tenerrimae, albidae f. 4. 5.

**FOLIA** inferiora exigua lanceolata, superiora lineari-lanceolata, carinata; bene madentia patula recurva, siccescentia illico contractis marginibus intorsione crispis f. 6. Fasciculo ductulorum haud mediocri instruantur amoenone virore praedita.

**FLOS masculus** terminalis, intra foliola perigonia duo f. 7. recondit genitalia pauca, paraphysibus capillaribus tantillum longioribus ornata f. 8. *Femineus* constat e foliis perigonalibus quatuor lanceolato-concavis f. 10. genitalibusque itidem quatuor, paraphysibus destitutis f. 9.

**VAGINULA** cylindrica viridans.

**CALYPTRA** angusta pallida, ab intumescente theca mature ex uno latere finditur, obliquo operculo ad eandem directionem basi elevata f. 4. 5. ita etiam secedit

**SETA** dilute viridis, rectiuscula, mediocriter longa f. 4. 5. deinde flavescens.

**THECA** oblongo-ovata, viridis, matura e luteo fuscescens f. 12. erecta saepius tamen tantillum cernens.

**OPERCULVM** conicum, apice obtusiusculo, inclinatum, basi rubet f. 5.

**PERISTOMA** denticuli sedecim, breves, pyramidati, rubentes f. 12. decusso operculo eriguntur tantum.

**SEMINA** exigua viridia. f. 13.

**LOCVS:** humo tecta loca non minus quam arenosa madentia, praecipuis in submontanis regionibus, amat, ubi saepius etiam ad semitas declives reperitur grege diffusa. Circa Lipsiam mihi praesertim obviam fuit ad margines rivuli *hinter dem Bienitz*.

WEISSIA CONTROVERSA. TABULA V.

14

TEMPVS: incunte Vere floret et thecas florum praecedentis Veris maturat.

DVRATIO: perennis; nisi iniuriis tempestatum, nimis terra obruta, interficiatur pusilla admodum stirps.

Observatio. Bryum viridulum antheris erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato patulis LINN. Spec. p. 1584. utique diversum esse videtur a nostra Weissia, cum ex ipsa ejus hac definitione tum secundum DICKSONI descriptionem, praepriis vero delineationem, quae in Plantarum Cryptogamicarum Britanniae fasc. I. p. 3. t. I. f. 5. prostant, concinnata ad viva exemplaria cum illis herbarii linnaeani comparata. Igitur recte monet, subjecta huic in Speciebus plantarum synonyma DILLENII et VAILLANTII Bryo competere, cui cognomen virens imposuit. Idem hoc a Cl. WILLDENOW Weissiae Dicksoni nomine Florae Berolinensis Prodr. p. 303. propositum, differt a nostra planta: radicibus minus divisis; statura multo majore omniumque partium; crescendi modo, cum nunquam in cespitulis hemisphaericis mihi quidem inter easdem nostras cohortes obviam fuerit; operculo saepius recto, et maxime floris masculi genitalibus, quoad mihi eorum disquisitio patuit, destitutis paraphysibus. Quare cum ambiguus tamen haeream, numi meravarietas, an nempe forsitan specie vere distet a nostra Weissia, hanc controversam dicere placuit.

liber... 8. 2. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

TEMPVS:

D

OCTO. 1814.

OCTOBLEPHARVM\*).

—CHARACTER GENERIS:—

*Peristomo simplex octo dentatum; theca absque opophysi.*

Tabula VI.

A.

OCTOBLEPHARVM ALBIDVM\*\*).

*Octoblepharum albidum* foliis e subvaginante basi apiculato lingulatis, crassiusculis albidis patulis; theca ovata erecta.

*Bryum albidum* antheris erectis; foliis lingulatis obtusis patulis LINN. Spec. pl. 1583. Syst. V. eg. p. 948.

*Bryum nanum* lariginis foliis albis DILL. Hist. Musc. 364. t. 46. f. 21.

Explicatio Tab. VI.

A.

Fig. 1. Plantula sterilis

2. Plantula simplex

3. Ramificatio plantulae annotina

4. Eadem ista; secundum augmentum I.

5. Folium commune; ad augmentum II.

6. Masculus flos decrepitus; secundum augmentum IV.

7. Theca deoperculata; ad augmentum III.

8. Semina; ad augmentum IV.

naturali magnitudine.

\*) ab *ὀκτώ* octo et *βλέφαρον* cilium.

\*\*) *albicans* tabulae.

## HISTORIA ANALYTICA

**T**RUNCVS primordialis simplex, femuncialis circiter f. 1. 2; subinde pone summitatem, innovatione simplici, duplici triplicique ramosus fit, veterano autem ut plurimum, tunc terra maxima pro parte sepulto. Tenuis at firmissculus est, hinc siccitate admodum fragilis; color ad summitatem usque atro-purpureus.

**RADICES** omnes pro plantulae modulo valentiores, breves, simplices aut parum ramosae, purpureae, maxime vero illae intra foliorum basin laxè subvaginantem delitescentes, nutrimentumque, tempestatum vicissitudine eo delatum, sorbentes, extremitatem habent obtusam, ex albo aut lutescente diaphanam; non, nisi foliis remotis, lentibus conspicibiles.

**FOLIA** ex ampliori pellucida mere membranacea, subvaginante, seu truncum laxè amplexante basi, contrahuntur in productionem apiculato-lingulatum f. 5. crassiusculam, spongioso vasculosam, patulam, summorum etiamnum haud raro ima parte, trunci purpura dilutiore fucatam. Ex horum congerie, per saepe quasi rosulae, disco purpurascete. Madida praeprimis splendent; color e viridulo albidus, seu glaucescens.

**FLOS masculus**, secundum exemplaria accepta, jam diu officio suo perfunctus, in foliorum alis prope femineum, e genitalibus 8 vel 10, paraphysibus, ut videbatur, destitutis et perigonio tetraphyllo componitur f. 6. *Femineo* genitalia non ultra 4 inesse videbantur.

**VAGINULA** cylindrica, recta aut tantillum curvula, sanguineo nigricans vetustate.

**CALYPTRA** exemplaribus meis deerat.

**PEDUNCVLVS** rectiusculus modice longus, viridans, decrepitus basi purpurascens, vix tortilis.

**THECA** ovata, omnis apophyseos expers, matura rufescens, linea coloratiore oram cingente f. 4. 7.

**OPERCVLVM** conico acuminatum rectum.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMA** denticuli unius ordinis, diluti lenissimeque transversim striati f. 7.

**SEMINA** laevia viridia f. 8.

**LOCVS:** ex insula Providentiae acceperat Dillenius; mihi in Iamaica lectam perbenevole misit Cl. OLOF SWARTZ, infidentem ramentis radicularum lignearum terra nigra conspersarum.

**TEMPVS:**

**Duratio:** perennis.


A.

Vol. III. Tab. VI.



*Octoblepharum albicans.*  
*octoblepharum album*


B.



*Barbula agraria.*

W. H. Edwards del. & Sculp.





**Tabula VI.**

B.

**BARBULA AGRARIA.**

*Barbula agraria* trunco exiguo; fol. spatulato-lanceolatis, rigidis, fastigiatis.



*Bryum agrarium* SWARTZ Prodr.

**Explicatio Tab. VI.**

B.

Fig. 1. 2. Plantulae, naturali magnitudine.

- 3. Plantula f. 1. operculata;
  - 4. Plantula f. 2. deoperculata;
  - 5. Folium;
  - 6. Foliola perigonialia;
  - 7. Theca calyptrata;
  - 8. Peristoma;
  - 9. Seminula;
- } ad augmentum I.
- } ad augmentum III.
- } ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS perquam exiguus, simplex, obscuri coloris, demum innovans  
pone summitatem.

**RADICES** innovationumque basilares breves, fuscae f. 3.

**FOLIA** spatulato-lanceolata, concava, rigida, vasorum fasciculo val-  
diusculo instructa, apiculum afficiente f. 5.

**FLOS masculus** procul dubio etiamnum terminalis, cum in exemplaribus  
frugiferis, largiori manu mihi communicatis, ne vestigium alius reperire potuerim.  
*Feminei* foliola perigonialia vaginantia, absque vasorum fasciculo f. 6. genitalia  
circiter 5, paraphysibus tenerrimis longiusculis stipata.

**VAGINULA** cylindrica.

**CALYPTRA** pallida uno latere fissilis, oblique secedens f. 7.

**PEDVNCVLVS** utplurimum recta f. 4. nonnunquam flexuose f. 3. ascen-  
dens, fusco rutilans, siccescens in summitate tantum tortilis.

**THECA** cylindrica, recta, utplurimum arcu alterius lateris valentiore  
f. 3. Matura e fusco rutilans.

**OPERCVLVM** rectum subulatum f. 3.

**ANNVLVS** nullus.


**PERISTOMA** filamentosum, longum, spiraliter contortum, ochraceum  
f. 8.

**SEMINA** minutissima viridantia.

**LOCVS:** Iamaica, Domingo, ubi legit CL. OLOF. SWARTZ, cui et hanc et  
pluscultas alias novas species muscorum frondosorum ex iisdem terris gratissimus  
debeo.


**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.



*Mnium pseudotrigidum*  
*Bryum pseudotrigidum*

W. G. & C. 1840



HISTORIA ANALYTICA

*Tabula VII.*

**MNIUM PSEVDOTRIQVETRVM.**

**Mnium *pseudotriquetrum* foliis lanceolatis e fasciculo ductulorum patentibus rigidulisque; thecis oblongo-ovatis pendulis e fetis longius.**

Bryum annotinum palustre capsulis ventricosis pendulis; **DILL. Hist. Musc.**  
404. t. 51. f. 72.

Muscus denticulatus lucens fluviatilis maximus ad ramorum apices adianthi capitulis ornatus **VAILL. Bot. Paris. 135. t. 24. f. 2.**

*Explicatio Tab. VII.*

Fig. 1. 2. Plantulae e denso cespite humiliores vifae; naturali magnitudine.

3. 4. Plantulae laxius sitae; naturali magnitudine.

5. Plantulae f. 1; ad augmentum I.

6. Folium commune; ad augmentum III.

7. Folium perigoniale floris mere masculi exterius et

8. intimum; utraque ad augmentum III.

9. Genitalia floris mere masculi

10. Genitalia floris hermaphroditi } denudati; ad augmentum III.

11. Genitalia floris mere feminei }

12. Foliolum intimum perigoniale floris feminei; ad idem augmentum.

13. Peristoma internum; ad augmentum IV.

14. Semina; ad idem augmentum.

15. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS magnitudine admodum varius. Nunc enim, praeprius densa grege confitus, fere uncialis, innovando circiter biuncialis, vel tantillum elevatior fit f. 1, 2: nunc vel uno eodemque loco, at laxius complexus uncia imo biuncia major, innovatione ad biuncialem f. 4. quadriuncialem excrefcit altitudinem f. 3. majoremque non floriparus. Innovationes nunc unam f. 4. nunc duas f. 2. 3. nunc tres f. 1. imo nonnunquam quartam et quintam agit. Erectus est firmusque, pro ratione suae staturae; ad summitatem usque, juvenis adhuc, egregia rubedine obductus.

**RADICES** baseos, ceu priores, validiusculae divisae et subdivisae, aliis postmodum omnium maxime, ubi densa grege complexa vivit, per omnem annum senescentem truncum pedetentim oriundis, eundemque densa coma operientibus f. 5. Minus in illis laxius sociatis, hinc procerioribus f. 3. 4. Cunctis ferrugineus est color.

**FOLIA** ex ovato acute lanceolata, carinato concava alternatim subdistantia, rigidula patulaque, vel juniora haud adeo raro tota, basi vero semper rubentia. Ductulorum fasciculus summitatem paginae tantillum excedens, firmiter adeo trunco adnexus, ut tractioni non absque particula hujus sequaces sint, versus basin amoene rubens f. 6. E rigiditate valentiori etiam hujus subpunctoria sunt folia.

**FLOS masculus femineusque** nonnunquam distinctus, saepius tamen *hermaphroditus*, quisque terminalis. Prior constat foliis perigonalibus senis ovalibus, extimo f. 7. in longius acumen producto apiceque quam lenissime ad augmenta majora denticulato, intimi f. 8. obtuso; ductulorum fasciculis praeditis et genitalibus numerosis, paraphysibus filiformibus interpositis f. 9. Alter f. 11. etiamnum foliis perigonalibus senis, lanceolatis, intimo f. 10. minutissimo deltoideo contegit genitalia decem, paraphysibus filiformibus paucis sociata. Tertii genitalia utriusque sexus numero sunt inferiora praecedentium, perigonalibus foliolis similibus mere feminei conclusis.

**VAGINULA** notabilis cylindrica, senescens e rubro nigricans.

**CALYPTRA** pro plantae modulo mediocris, superne nigricans, lateraliter fissilis secedensque.

**PEDUNCVLVS** longus, nonnunquam fere triuncialis f. 4. perquam juvenis viridis, at mature ultra mediam suae longitudinis, demum totus purpureus, versus extremitatem incurvus tenerascens f. 1. 2. 4. 5.

**THECA** ex hac pedunculi incurvatione pendula, oblongo ovata, basi ab evacuatione contracta pyriformis fit, antea viridis, denique rufescens f. 5. Evenit vero etiam, ut decusso operculo aequabiliter contrahatur et fere cylindrica, pendulam directionem in nutantem mutet, quippe sublato pondere extremitate pedunculi nunc recta facta.

OPERCVLVM hemisphaericum albidum, centro subapiculato profu-  
dius colorato f. 5.

ANNVLVS tener aegrius separabilis.

PERISTOMA externum dentes fedecim lutescentes, transversim striati:  
internum membranaceum carinatum ad numerum dentium, inque processus  
pyramidales perforatos, ciliaresque interpositos diuisa, coloris lutei f. 13. Bene  
madefacta theca, si eius membranam internam forficula apprehensam caute  
dlexeris, facile separatim sequitur.


SEMINA levia e luteo virent f. 14. 15.

Locvs: aprica uda paludosaque amat, etiam elevatiorum regionum.  
Chemnitzii Saxonum mihi obviam fuit in scrobibus udis ad vias et piscinis ex-  
ficcatis: hic Lipsiae vero observavi ad piscinam Schoenfeldensem, abunde  
vero in pratis paludosis ante *Kleindoelzig*.

TEMPVS: Martio floret; thecas vero subsequente mense maturat.

DVRATIO longaeva.

Observatio: Bryum lanceolatum bimum, setis et capsulis longis pen-  
dulis DILL, Hist. Musc. 405. t. 51. f. 73. mihi certe una eademque species cum  
nostra visa est, solummode facie a loco natali quodammodo mutata. Flores  
enim horumque essentialia, simillime comparata semper reperi.





Tabula VIII

MNIUM TURBINATUM.

Mnium turbinatum foliis rubentibus ovato lanceolatis patulis, thecis pyriformibus pendulis.

Bryum palustre complicatum rubens, capsulis turbinatis pendulis DILL Hist. Musc. 406. t. 51. f. 74.

Explicatio Tab. VIII.

Fig. 1. Planta mascula

2. Planta feminea fertilis } naturali magnitudine.

3. Pl. similis sterilisque

4. Planta mascula f. 1; ad augmentum I.

5. Planta f. 2; ad idem augmentum.

6. Folium commune.

7. Quatuor e genitalibus masculis cum paraphysibus


8. Foliola perigonii feminei

9. Summitas trunci, onusta genitalibus femineis denudatis, unico foliolo residuo

} ad augmentum III.


10. Particula annuli; ad augmentum IV.

11. Semina; ad idem augmentum.



*Mnium turbinatum*

*Bryum turbinatum* Schum.



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS statura et dimensione constanter inferior praecedentis speciei, eodem vero colore fucatus.

**RADICES** rubentes divisaee quidem, sed breviores tenerioresque, ut plurimum e foliorum alis fasciculatim succedentes f. 4, 5. Et quamvis in veterano trienni aut quadrienni adhuc residuo copiosiores, tamen et hunc adeo dense non comant, ac *M. pseudotriquetri*.

**FOLIA** oblongo-ovata cuspidata, basi paginae utrinque altius demissa f. 6. Ductulorum fasciculus validiusculus rubens, tantillum extra limites summitatis emergens, augmentis conspecta, quasi lenissime apiculata representat. Vascula retium etiam rubentia, eodem colore dilute fucatam semper sistunt plantae herbam.

**FLOS masculus femineusque** terminalis et semper sexualibus disjunctis. Illius folia perigonialia circiter octo ad decem f. 4, genitalia concludunt numero-rosa, paraphyfibus filiformibus fora f. 7. *Feminei* floris folia perigonialia etiamnum lanceolata, intimo genitalibus ipsis multo minore f. 8. hinc aegrius plane denudata sisti queunt. Numerus vero eorum senarius est, absque paraphyfibus f. 9.

**VAGINULA** cylindrica rubicunda; ora profundius colorata.

**CALYPTRA** mihi non visa.

**PEDUNCULVS** mediocris, inferne purpureus, nunc recta nunc flexuose ascendens, summitate incurvata f. 5.

**THECA** etiam feminibus dimissis figuram pyri retinens, solummodo tunc angustata parte tantillum contractiore et sulcata, constanter pendula f. 5. Viridis, maturatione fusco rutilantem contrahit colorem.

**OPERCULVM** obtusum cum exigua centri prominentia, lenissime luteolum, basi purpurascens f. 5.

**ANNVLVS** f. 10. tener, facile solubilis.

**PERISTOMA externum** dentes sedecim internum membranaceo sulcatum processibus ut speciei praecedentis coronatum.

**SEMINA** levia exigua virentia f. 11.

**LOCVS:** Legi olim in arenosis udis ad officinam colorariam vallis Zschopaviensis.

**TEMPVS:** inchoante Majo cum thecis maturis ad dimissionem operculi paratis.

**DVRATIO** longaeva.

*Observatio.* Cum praecedente specie multa quidem communia habet: attamen discrepare iam tum primo obtutu vivae plantae adparet; et specie quidem, evincit floris, praesertim feminei, disquisitio.

HISTORIA ANATOMICA

Tabula IX.

DICRANVM LONGIFOLIUM.

Dicranum longifolium, gracile, foliis e lanceolata concava basi, longe canaliculatum capillaribus, arcuatim heteromallis.

Dicranum longifolium EHRHART Cryptogama n. 114.


Explicatio Tab. IX.

- Fig. 1. Plantula de summitate non innovans;
- 2. Plantula de summitate innovans;
- 3. Plantula ex innovatione duplici thecigera;
- 4. Plantula f. 1;
- 5. Alia innovans;
- 6. Folium; ad augmentum I.
- 7. Folium perigonii feminei alterum de exterioribus; secundum augmentum I.
- 8. Folium perigonii feminei intimum; ad idem augmentum.
- 9. Genitalia feminea; ad augmentum III.
- 10. Thecae summitas cum peristomate; ad augmentum IV.
- 11. Semina; ad idem augmentum.

naturali magnitudine.

ad augmentum o.


... Cum praecedente specie multa diversa communia habet: ...



DICRANUM longifolium

D. Hedwig del.

Vahl sc.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS uncialis, quavis innovatione de summitate tantundem proficit. Tener debilisque, tamen erectum situm servat. Ut plurimum penes summitatem innovationem unam, f. 2. 5. sed et alteram f. 3. agere videtur: intererant tamen exemplaribus acceptis duo, quae eandem e basi expederant. Color ruffus.

**RADICES** fuscae, tenerae radiculosae, etiam de basi innovationum, fructum maturantium prodeunt, f. 4. Sed numerum horum supplere videtur similis Dicrani *spurii* Vol. 2. t. 30. villus radiculosus per omnem fere truncum, etiam veterascentium innovationum, e foliorum alis dispersus.

**FOLIA** e laevi lata concava, truncum amplexante, basi, contrahuntur in angustum; ad augmenta majora canaliculatum, superficie exteriori et ad margines tenerrimis denticulis exasperatum processum, longum ut plurimum recurvatum unumque latus spectantem. Fasciculo ductulorum destituta, reticulum baseos quasi colligere videtur processus; unde illius dilute viridis color, hic profundior atque in fuscidulum vergens, f. 6. aequae ac rigiditas.

**FLOS masculus** plantulis mihi communicatis non intererat. Videtur tamen e defectu omnis sui vestigii in foliorum alis, capitulo terminalis esse in distincto individuo. *Femineus* e quatuor foliolis perigonalibus totidemque genitalibus f. 9, stipatis paraphysibus filamentoso-articulatis tenerrimis constat. Illorum bina extima, communibus foliis latiore at breviora habent basin, derepentius in processum breviora coarctata f. 7: interiora tenerrima concava lanceolata sunt breviusque angustato-protracta f. 8.

**CALYPTRA** tener pallida, lateraliter fissilis ac secedens.

**VAGINULA** cylindrica.

**PEDUNCVLVS** mediocris, e luteo viridans f. 4. 5; fenex fuscidulus, parum tortilis.

**THECA** oblonga, arcibus laterum inaequalibus, pedunculo profundius colorata f. 4. 5.

**OPERCVLVM** subulatum, obliquum, dilutissimi coloris; basi rutilans f. 4.

**ANNVLVS** vix ullus.



**DICRANVM LONGIFOLIVM. TABVLA IX.**

**PERISTOMA** sedecim dentatum: dentibus incurvis bifurcis, eleganter  
rubentibus transversimque striatis f. 10.

**SEMINA** exigua laevia viridantia f. 11.

**Locvs:** Upsaliae legit sagacissimus EHRHART 1774. utpote cujus sin-  
gulari benivolentiae hanc speciem debeo.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.

~~\_\_\_\_\_~~

Videmur ca-

\_\_\_\_\_




BRYUM *macrocarpum*

D. Hedwig del.

Wald p.

*Leptotrium macrocarpum* (Hedw.) R. Br.



HISTORIA ANALYTICA.

Tabula X.

BRYVM MACROCARPVM.

Bryum macrocarpum foliis in fastigio imbricatis congestis, ovato-lanceolatis, concavis, marginibus revolutis, pilisque ex apice ramosis.

Explicatio Tab. X.

- Fig. 1. Plantula naturali magnitudine.
- 2. Eadem aucta ad numerum 0.
- 3. Folium medium antice; } ad augmentum III.
- 3<sup>e</sup> idem postice visum; }
- 4. Folium perigoniale exterius; } ad augmentum III.
- 5. Folium perigoniale intimum; }
- 6. Genitalia feminea, cum thalamo;
- 7. Operculum; ad idem augmentum.
- 8. Thecae pars cum peristomate; ad augmentum IV.
- 9. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis, huicque similes innovationes prominulae ac optimo in vigore constitutae, circiter semuncialis. Utrisque vero perpetim, penitus absoluto fructificationis negotio, obductis et quasi sepultis stupa numerosissimarum radicularum emergentibusque denuo innovationibus, liquet longitudinis augmentum ad numerum innovationum sibi succedentium. Firmulum deprehendi, colore rutilante mature fucatum.

**RADICES** valentiores e ruffo nigricantes, hinc inde prominent inter radículas tenerrimas dense adeo sibi implexas, ut impossibile videatur unum individuum a reliquis sejungere absque noxa f. 2. Istae dilutius sunt coloratae.

**FOLIA** solam summitatem truncorum dense ac imbricatim vestientia, ovato-lanceolata sunt f. 3. margine utrinque reflexo. Fasciculus ductulorum fetulae seu pili forma, extremitatem longe excedens, ramosus est, f. 3. longius de interioribus ceu junioribus et perigonalibus f. 4. 5. productus \*).

**FLOS masculus** meis specimenibus non intererat. *Feminei* genitalia octo, cum paraphysibus vix totidem f. 6. inclusa reperi foliolis duobus oblongis, margine involuto concavis f. 4. 5.

**VAGINULA** cylindrica superne tantillum valentior videbatur, genitalibus non foecundatis hinc inde confita.

**CALYPTRA** deerat.

**PEDUNCVLVS** longiusculus, rectus, non tortilis, rutilans f. 2.

**THECA** valentior, ovata, recta, maturitate amoene ferruginea f. 2.

**OPERCVLVM** obtuse conicum, dilutioris coloris f. 7.

**PERISTOMA** externum denticuli sedecim breves obtusi; internum membranaceum album f. 8. Num processulis instructum impossibile mihi erat experiri in una theca his instructa. Perquam tenerrimum enim est, vix post adeo diuturnam exsiccationem, bene quamvis madefactum, explicabile.

**SEMINA** mediocria e luteo fuscidula.

**LOCVS:** uda turfosa inhabitare, suadet habitus. In insulis meridionalibus lectam, benevole mihi communicatam habeo a peregrinatore.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.

\*) Num exteriorum seu inferiorum istae productiones longi itineris injuriis in meis exemplaribus destructae fuerint, an sponte senio amittantur, dijudicent autoptae in loco natali.

## ERRATA.

p. 2. l. 4. perfarctis l. perfunctis.

p. 4. l. 17. perigonalibus l. perigonialibus.





HEDWIGIA *aquatica*

Fritsch jr.

D. Hedwig del.

*Cnidostoma aquaticum* B.F.





## Tabula XI.

# HEDWIGIA AQUATICA.

*Hedwigia aquatica* trunco tenui declinato, extremitatibus foliisque linearibus acuminatis reclinatis; thecis oblongis.

*Hypnum aquaticum* surculis procumbentibus submersis, foliis linearibus acuminatis recurvis secundis, antheris oblongis IACQVIN Flora Austriaca Cent. 3. p. 48. t. 290. LINN. Syst. Veg. p. 951.

*Hypnum aquaticum nigricans*, foliis angustis falcatis DILL. Hist. Musc. 334. tab. 43. Fig. 70.

*Muscus squamosus nigricans* sub aquis viuens. PONT. Comp. Bot. 2. p. 23.

*Muscus squamosus aquaticus*. MICH. Gen. p. 114. n. 107. et p. 115. n. 110.

## Explicatio Tabulae XI.

- Fig. 1. Plantulae cum particula e loco natali abrasa; naturali magnitudine et situ.
2. Plantula frugifera ramosior, in situ erecto; naturali magnitudine.
3. Pars trunci thecigera; naturali magnitudine.
4. Eadem haec; aucta ad numerum o.
5. Folium a latere visum; } ad augmentum II.
6. Folium ab antica facie; }
7. Flos masculus } ad augmentum II.
8. Foliola quatuor intima perigonii }
9. Genitalia mascula cum suis paraphysibus; ad augmentum II.
10. Particula trunci vaginula et theca onusta; ad augmentum I.
11. Operculum; ad idem augmentum.
12. Semina; ad augmentum IV.



**T**RUNCVS tener admodum, at firmulus pro madulo longitudinis, veteranus, colore luteo viridante, senescens basi obscura aut nigricante donatus, ad dimidii pedis longitudinem excrescit, innouationibus de extremitate annuatim sibi succedentibus. Masculos flores gerens *Fig. 1.* minus multo in ramos diuisus reperitur femineo *Fig. 2. 3.* qui nunc breuiiores nunc longiores sunt. Directionem fluentis aquae, cui submersus inhabitat, sequi coactus, declinatum habet situm, extremitatibus sursum nitentibus, hinc recuruis.

**R**ADICES dense implexae intra crustam quasi tartaream, depositam atque adglutinatam saxo, cui inhaeret: deinde ex illa regredientes ac inter stirpium basin exporrectae, ut plurimum simplices nec non hinc inde diuisae, teretes, coloris cunctae sunt badii *Fig. 1.*

**F**OLIA e basi tantillum diductiore protenduntur linearia acuminato-*Fig. 5.* aut acute-*Fig. 6.* apiculata e fasciculi ductulorum valentioris emersione extra paginae limites. Magis *Fig. 5.* minusque *Fig. 6.* concaua, situ alternatim imbricato, superne praeprimis truncum eiusque diuisiones operiunt, ad vnum latus maxima pro parte flexa, hinc leniter falcata, dum madent. Superiora obscure viridia; inferiorum decoloratorum expansione pro parte vel omni absumta, residuo vnice fasciculo totum mentiente; infimorum etiam huius tantum radimentum acuminatum superstes, trunci basin ceu squamulis rigidis obsitum facit.

**F**LOS masculus *Fig. 7.* alaris in distinctis indiuiduis, e foliis perigonalibus 8 — 9 constat, basi lata concaua praeditis ductulorumque fasciculo; exteriora abinde longius, interiora *Fig. 8.* decrescendo breuius derepentiusque cuspidata. His coercentur folliculi impraegnantes plus viginti cum suis parapsibus succulentis filiformibus *Fig. 9.* *Femineus* terminalis ramulorum laterali-um, in meis exemplaribus non aderat.

**V**AGINULA pyramidato-truncata *Fig. 10.*

**C**ALYPTRA, a me quidem non visa, conico-acuminata fuscescens et recta praedicatur ab Ill. IACQVIN l. c.

**P**EDVNCVLVS, qui ab Eodem inferne incrassatus ac geniculatus, omnino vaginula simul sumta, describitur, angusto principio ex ista emergens, pedetentim amplior factus, brevis est ac rectus, maturitate fuscescens *Fig. 10.*

**T**HECA oblongo-ouata, recta *Fig. 10.* nonnunquam ex arcu alterutrius lateris valentiore, obliquata, viridis, matura decolor rufescens.

**O**PERCVLVM conicum, ut plurimum obliquatum *Fig. 11.* vel incurvatum, nonnunquam rectum *Fig. 4.* dilutius coloratum est, basi rutilante.

**P**ERISTOMA tersum.

**S**EMINA exigua viridia *Fig. 12.*

**LOCVS:** Scopulis aquarum fluentium submersis innascitur. **PONTERA** in alueis molendenaribus inuenisse scribit: **IACQVIN** sua specimina nudis saxis amnis Schwartz, ad pedes alpium Schneberg et Breyn decerpta accepit, quorum et ego meorum ante aliquot annos per **CL. SIBTHORP**, tunc Vienne commorantem, particeps factus sum.

**TEMPVS:**

**DVRATIO** longaeua.

---

### ANIMADVERSIO

ad *Gymnastomum lapponicum* p. 10. t. 5.

In historia analytica huius speciei innui, defecisse tunc meis exemplaribus flores vtriusque sexus. E bene multis, benevolentia **CL. SWARTZ** nuperime potitis nunc perspexi: flores *masculos* esse alares, perigonio tetrahyllo totidemque genitalibus absque paraphysibus praeditos; femineum vero, praeter indicata duo foliola intima conuoluta perigonii, quatuor adhuc habere, et genitalia quatuor, quoque paraphysibus orba. Hinc vi florum masculinorum alarium, haec species potius ad idem hoc genus pertineret, nuncupanda *Hedwigia lapponica*.

---

## Tabula XII.

## FONTINALIS SQVAMOSA.

*Fontinalis squamosa* trunco tenui dichotomo foliis subulato-lanceolatis concavis, trifariam imbricatis; thecis lateralibus.

*Fontinalis squamosa* tenuis sericea atro-virens. DILL. Hist. musc. 259. t. 33.

Fig. 3.

*Fontinalis squamosa* foliis imbricatis subulato-lanceolatis, capitulis lateralibus  
LINN. Spec. 1571. Syst. Veg. p. 945.

## Explicatio Tabulae XII.

- |         |   |                         |
|---------|---|-------------------------|
| Fig. 1. | Planta mascula ramosior,                            | } naturali magnitudine. |
| 2.      | Planta feminea cum Theca deoperculata               |                         |
| 3.      | Eadem ista; ad augmentum o.                         |                         |
| 4.      | Ramulus masculus plantae Fig. 1. ad idem augmentum. |                         |
| 5.      | Folium; ad augmentum III.                           |                         |
| 6.      | Flos masculus                                       | } ad augmentum III.     |
| 7.      | Huius foliolum perigoniale                          |                         |
| 8.      | Genitalia floris masculi                            |                         |
| 9.      | Theca operculata; ad augmentum I.                   |                         |
| 10.     | Eadem; ad augmentum III.                            |                         |

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tener, filiformis, femineus vt plurimum dichotome Fig. 2. 3, masculus crebrius, nonnunquam confertim Fig. 1. ramificatus, in palmarem et vltra protenditur longitudinem. Veterascens caluus aut saltim quasi squamulis obsessus videtur, e ramentis nimirum foliorum consumptorum Fig. 3. Color huius nigricans, abinde raffescens, iunioris partis e luteo viridis.

**RADICES**, quae in meis speciminibus non aderant, similes nunc descriptae Hedwigiae *aquaticae*, esse, secundum Dillenii descriptionem hariolari licet.

**FOLIA**, quorum nexus cum trunco, tertiam circiter eius partem ambit, tantillum abinde dilatata, sensim in apicem contracta longe lanceolata fiunt, nudo oculo subulata visa. Concaua, magis minusque atro-viridia sunt; vasorum fasciculo carentia Fig. 5: alterna, trifariam laxè imbricata Fig. 4. infima stipulaeformia.



*Fontinalis squarrosa* L.



FLOS *masculus* alaris in propria stirpe, et in illa quidem Fig. 1. cuius ramulus est Fig. 4, benevole a CL. ERRHART mihi communicata, admodum numerosus, figuram habet oblongam Fig. 6. effictam e foliolis perigonialibus tribus externis minoribus Fig. 7. totidemque interioribus majoribus ouato-acuminatis, concauis, vasorum fasciculo destitutis; quibus reconduntur genitalia 3—4. paucis paraphysibus filiformibus stipata Fig. 8. In flore *femineo* vnico inter mea specimina quoque alari, genitalia sex reperi. Hujus numerosa crassiusculaque folia perigonialia, etiamnum vasorum fasciculum non habent.

VAGINULA oblonga validiuscula, profunde colorata.

CALYPTRA quae de vno perigonio emicabat, in summitate quasi cornea, tota fusca erat.

PEDUNCVLVS admodum brevis, iuuenis viridis, veteranus decolor.

THECA fere cylindrica. Immatura profunde viridis.

OPERCVLVM non vidi; e peristomate autem hariolari licet, vt *Font. antipyreticae* conicum, atque secundum DILLENIVM, obtuse conicum esse.

PERISTOMA duplex. *Externum* dentes 16. subulati, forinsecus transuersim striati; intrinsecus eminentiis transuersis exasperati, rubri cum nigredine Fig. 9. 10. *Internum* reticulatum, per filamenta nimirum transuersa connectentia trabeculas sedecim in conum conniuentes, cunctis amoeno rubore tinctis Fig. 9. 10. Igitur vera *Fontinalis* species.

SEMINA exigua.

LOCVS: hactenus in Anglia. DILLENIVS prope Llanberris in riuulis alpinis, b. LIGHTFOOT similibus Scotiae regionibus repertam retulerunt. Ego vero mea exemplaria thecigera debeo benevolentiae CL. DICKSON.

TEMPVS: Augusto, Septembri cum thecis.

DVRATIO: perennis.

---

*Tabula XIII.*
**FISSIDENS SEMICOMPLETVS.**

*Fissidens semicompletus* trunco filiformi ramoso, foliis alternis inferioribus bracteolatis, superioribus lanceolato-semiuaginantibus pennatis; thecis in pedunculis breuibis minutulis.

---

Fontinalis parua, foliis lanceolatis. DILL. Hist. Musc. 259. t. 33. Fig. 4.  
Muscus Linariae foliis acutissimis PLVM. Cat. p. 16.

---

*Explicatio Tabulae XIII.*

- Fig.* 1. Plantulae nonnullae coniunctim e cespitulo emersae, variae magnitudinis et aetatis; naturali magnitudine.
2. Eaedem; auctae lente o.
3. Particula de trunco cum foliis duobus; ad augmentum III.
4. Flos masculus; } ad idem augmentum.
5. Flos femineus; }
6. Particula trunci cum theca deoperculata; ad augmentum III.
7. Peristomatis dentes quinque; ad augmentum IV.
8. Semina; ad idem augmentum.

---

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS admodum tener at firmulus; iuencus simplex, subinde ramificatus innouando, vltra digitalem longitudinem *Fig. 1.* leniter flexuose protenditur. Color inferne nigricans, porro ochraceus, ad summitates e luteo viridis, *Fig. 2.*

**R**ADICES cum basilares *Fig. 2. a* tum ad ortum ramorum *Fig. 2. b* et *Fig. 4.*, imo hinc inde ex alis foliorum provenientes atque intra vaginantem folii partem latentes, breues, simplices fuscae.

**F**OLIA alterna. Inferiora squamulaeformia, superiora quasi pinnata; lanceolata, plana, imae partis supra ductulorum fasciculum, qui per mediam paginam excurrit, ex duplicatura semiuaginantia *Fig. 3.* Color e luteo dilute viridis.

**F**LOS masculus alaris, breuissime pedunculatus. Perigonium tetraphyllum; foliolis ouato-acuminatis concavis, ductulorum fasciculo destitatis




*Trifidens semicomplanatus*

*Gromitium Dillenii* f. p.  
*Gromitium Hedbergii* f. p.

*W. A. Dillenii*





tutis *Fig. 4.* Genitalia inclusa exigua, vetustate, opinor, fere consumpta. *Femineus* flos, pro quo illum *Fig. 5.* habui, ramulos terminans. Atque iste foliola perigonalia habebat tria, quorum extimum et intimum minutula, erant ouato acuminata; intermedium autem ad basin lanceolati processus duplicaturam formauerat, solummodo deinde sub vaginula praeens; reliquis forte deciduis. Genitalia corrupta distincte cernere impossibile mihi erat.

VAGINULA ad formam Pyri inuersi accedens *Fig. 6.* obscurum contraxerat colorem.

CALYPTRA non intererat.

PEDUNCVLVS theca fere duplo longior, fuscescens.

THECA inuerse ouata obscure fusca erat, *Fig. 6.*

OPERCVLVM acuminato conoideum, *Fig. 2. a. a.* dilutissime rubellum.

PERISTOMA dentes octo bifidi rutilantes, transuersim striati *Fig. 7.*

SEMINA pro thecae modulo maiuscula glabra, e luteo fusca *Fig. 8.*

LOCVS: E Patagonia hanc speciem acceperat DILLENIVS, atque refert, sherardianis muscis ex insula Prouidentiae delatis quoque interfuisse. Vnde ad Dicksonum, cui mea specimina gratus debeo, pervenere, mihi non constat. Intra aquas degere, neque mihi, propter singularem aliquam proprietatem, solemnem aquatilibus, alienum videtur, quamuis radicatio, praeprimis ad ortum ramulorum, id fere dissuadeat.

TEMPVS:

DVRATIO: perennis.

*Animadversio.* Cum foliorum structura, forma ac situs nostri Musci perquam similis sit illis Fissidentis speciebus, quae inter linnaeanas, Hypnum *bryoides*, *taxiforme*, *acacioides* audiunt, sustinui eundem ab his, propter numerum dentium peristomatis seiungere genere proprio.

## Tabula XIV.

## TRICHOSTOMVM FONTINALIOIDES.

*Trichostomum fontinalioides*, trunco longo, ramoso, foliis lanceolatis patulis; thecis lateralibus.

## Explicatio Tabulae XIV.

- Fig. 1. Plantae cum loci natalis molecula; naturali magnitudine.  
 2. Altera harum pro parte; ad augmentum o  
 3. Folium e minoribus } ad augmentum I.  
 4. Folium e majoribus }  
 5. Masculi feminensque flos; ad augmentum III.  
 6. Perianthii foliolum }  
 7. Masculus flos seorsim } ad idem augmentum.  
 8. Genitalia mascula }  
 9. Genitalia feminea }  
 10. Theca operculata cum pedunculo ejusque vaginula denudatis; ad augmentum I.  
 11.a Thecae deoperculatae particula cum peristomate; ad augmentum III.  
 11.b Similis in statu sicco; ad idem augmentum.  
 12. Particula de peristomate; ad augmentum IV.  
 13. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tener ac flexilis, ad quinque sex et plures uncias prolongatur inuolutionibus continuo, de extremitatibus praesertim, duabus tribus et ultra, oriundis; hinc magis minusque ramificatus. Inferne seu veteranus e fusco nigricat; iunior viridis est.

**RADICES** basilares breues, simplices, fuscae, intra terram subsidentem subaquaticis obiectis lapidosis lignosisque, dense sibi implicatae. Succedaneae e foliorum alis nullae.

**FOLIA** semiamplexicaulia, minora lineari-lanceolata Fig. 3. maiora lanceolata Fig. 4. saepe apice obtufiusculo, carinata, patula reflexaque, praeprimis horizontem aquae respicientia, Fig. 2. Ductulorum fasciculus validus, in veteranis ut plurimum solus residuus. Siccitate etiamnum recta exporrectus, vtrinque vero pagina conniuenta et spiraliter circa eundem torta. Iuniora profunde virent, reliqua decolorata nigricant.

**FLORES masculi** Fig. 6. alares, raro solitarii, quin communiter gemelli, trimelli, quadrimelli ex vna eademque axilla foliorum breviorum oriunda \*)




TRICHOSTOMUM *fontinalioides*

D. Hedwig del.

F. Schlegel sc.

*Acidobolus fontinalioides* I.B.



oriunda \*) nonnunquam etiam femineum in societate habent *Fig. 5.* videntes ad basin perianthio di- aut triphylo; foliolis ovato apiculatis rufescentibus, *Fig. 6.* Flori autem ipso data sunt folia perigonialia sex ovato-acuminata concaua, intimis vasorum fasciculo destitutis, totidemque folliculi impraegnantes cum paraphysibus succulentis filiformibus *Fig. 8.* *Femineus* perigonium habet hexaphyllum; foliolis lanceolatis ductulorum fasciculo praeditis, et genitalia quatuor, quoque paraphysibus, sed multo tenerioribus illius instructa *Fig. 9.*

VAGINULA conoidea subinde fuscidula fit *Fig. 10.*

CALYPTRA oblongo-conica, superne cornea et profundius cinnamomea, versus basin continuo dilutior teneriorque, ab invalescente theca in plures lacinias haud profunde fissa, recta depellitur.

PEDUNCVLVS perbreuis, pone thecam dilatatus, amoene viret *Fig. 10.*

THECA intra pristini floris feminei perigonium delitescens, ovata est. Profundius pedunculo viret, matura dilutissime rufescit, ad oram amoene hoc colore picta. *Fig. 10. 11.*

OPERCVLVM oblongo-conicum, summitate tantillum obliquata, croceo subinde colore illam prodit, *Fig. 10.* Lentibus aurentioribus, lucem versus conspectum, strias offert spirales.

PERISTOMA sedecim ornant dentes dilute sanguinei, quorum basis brevis, transverse striata varieque perforata in processus protenditur longos filiformes, simplices, binos, ternos, quaternos, nonnunquam quasi transversis trabeculis connexos *Fig. 12;* exporrectos madore *Fig. 11.* siccitate spiraliter complicatos *Fig. 11.*

SEMINA mediocria, amoene virent *Fig. 13.*

LOCVS: aquarum fluentium puriorum obiectis lapidosis, praesertim radicibus arborum ripariarum parasitica est. Klagenfurthi lecta egregia exemplaria misit Rev. Abbas WOLFFEN nec non amicissimus dum viveret b. LIGHT-FOOT ex Anglia nomine Fontinalis *minor.* Vnde colligere licet plantam in sua Flora Scotica P. 2. p. 695 hoc nomine indicatam, vix eandem ipsam speciem non fuisse: *F. minor* enim secundum DILLENII descriptionem et delineationem thecas in summitate ramorum habet; deinde etiam folia, itidem ac *F. antipyreticae* vasorum fasciculo destituuntur.

TEMPVS.

DVRATIO: perennis.

Tab.

\*) Itaque omnino monophyta species. Neque isti flores hinc inde tantum, sed intra folia nonnulla serie sibi succedentia, dictum locum occupant.

---

*Tabula XV.*
**NECKERA HETEROMALLA.**


*Neckera heteromalla* trunco inferne ramificante, superne florido, fructibus heteromallis; foliis ovato acuminatis concavis.

*Sphagnum heteromallum polycephalum* DILL. Hist. Musc. 248. t. 32. Fig. 6.  
*Sphagnum arboreum ramosum repens*, antheris secundis lateralibus. LINN.  
 Spec. 1570. Syst. Veg. p. 944.

---

*Explicatio Tabulae XV.*

- Fig. 1.* Plantulae binae frugiferae; magnitudine naturali.  
 2. Eaedem; ad augmentum o.  
 3. Folium ex adueso, 3. c. a latere visum; ad augmentum III.  
 4. Flos masculus cum folio, cuius alae insederat; ad augmentum III.  
 5. Genitalia mascula deflorata; ad idem augmentum.  
 6. Flos femineus ordiens.  
 7. Flos femineus defloratus.  
 8. Genitalia feminea deflorata.  
 9. Calyptra ad solutionem de vaginula parata, pedunculi } ad augmentum III.  
     basi inde extracta.  
 10. Theca operculata cum reliquis partibus, omni folioso }  
     involucro demto.  
 11. Peristoma. }  
 12. Semina. } ad augmentum IV.
-




*Nolina heteromalla*

J. S. Walpoleana pub. Koenig 1791

*Caryphaea heteromalla* Moench





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS vncialis firmulus ac rigidus, attamen oblique situs vel decumbens, nunc inferne, magis *Fig. 2. a.* minusque *Fig. 2. b.* in ramulos breves patentes diuisus, protenditur abinde quasi in spicam floriferam. Color veterani fuscus demum in croceum vergens, summitate e luteo viridi.

**R**ADICES solummodo in ramulo vno speciminum meorum *Fig. 2. a.* praesentes, simplices ac fuscae erant.

**F**OLIA ovato-acuminata, concaua, *Fig. 3. c.* ductulorum fasciculum habent notabilem quidem, sed ad duas tertias tantum pertingentem et abinde quasi truncata extremitate, derepente disparentem *Fig. 3.* Color dilute viridis. Alternatim conferta, dum madent patula, siccitate adpressa imbricataque fiunt.

**F**LORES vtriusque sexus alares, distincti quidem in eodem indiuiduo, at appropinquati; vnde eo euidentior facilitas impraegnationis. *Masculi Fig. 4.* etenim saepius ex aduerso latere femineorum proueniunt. Iis folia perigonia sunt quatuor concaua et genitalia sex absque paraphysibus *Fig. 5.* *Feminei* vero vtplurimum vnum latus versus extremitatem superiorem, idque inferius, at etiam vtrumque *Fig. 2. b.* occupant \*). Exstruuntur e foliolis perigonalibus circiter decem oblongo-lanceolatis concauis; intimis fasciculo vasculoso destitutis, neque vilo de apice piligero \*\*) *Fig. 7.* et genitalibus quatuor, quoque sine paraphysibus *Fig. 8.* Numerosa illa foliola perigonia, particulam e trunco ipso productam, subinde maturescente fructu notabiliorem *Fig. 10.* occupant.

**V**AGINULA huic imposita nuda ventricoso-vrceolata; optimo in vigore virens, dein pallida *Fig. 10.*

**C**ALYPTRA, quam solummodo in statu prono ad solutionem de vagina conpicere mihi licuit, minutula esse videtur, mature stylum amittens, ad summitatem profunde fusca erat, versus inferiora continuo dilutius colorata *Fig. 9.*

**P**EDUNCVLVS admodum brevis, senio rufescens *Fig. 10:* quare theca operculata apices foliolorum perichaetialium non excedit.

**T**HECA oblongo-vrceolata, teres, recta; maturitate fuscescens *Fig. 10.* deoperculata exanthlataque in cylindrum contracta ac denique longitudinaliter plicata fit.

**O**PERCVLVM acuminato-conicum, rectum *Fig. 10.,* nonnunquam etiam contractiori parte obliquata, dilute fuscum.

K 2

ANNVLVS

\*) **S**HERARDVS in sua descriptione perhibet, capitula seu fructus terram spectare; quodsi vero ramis arborum resupinis adnascatur, id minime ita se habere scripsit **DILLENIVS.**

\*\*) **H**orum foliolorum apicem in pilum productum esse dicit **DILLENIVS;** quod quidem ita esse videtur oculo nudo aut leuiter armato: at magis auctentia vitra id minime sic sese habere nec posse confirmant; quandoquidem piliformis productio e folii extremitate vix non semper ortum ducat a transscensu fasciculi ductulosi extra limites paginae.

ANNULVS exiguus tenerrimus.

PERISTOMA dentes sedecim albi, lenissime transversim striati; ciliaque totidem, eiusdem longitudinis ac coloris Fig. 11. Ista decusso operculo introrsum curvantur madore, forte vt tunc seminulis exitum praecludant.

SEMINA exigua viridia Fig. 12.

LOCVS: Arboribus innascitur, extra Angliae oras nondum reperta species. GVIL. SHERARD primus fuit, qui eandem Badmingtoniae in agro glocestriensi detexit: deinde DILLENIVS in saltu enfieldensi et copiose in pomariis oxoniensibus. Ex his terris et ego bina delineata exemplaria potitus sum, alterum b. LIGHTFOOTI alterum DICKSONI benevolentia.

TEMPVS: Februario thecas maturas opercula dimittere, DILLENIVS refert.

DVRATIO: perennis.

~~...~~

~~...~~

~~...~~

~~...~~

Tab.




NECKERA *filiformis*

D. Hedberg del.

F. Sch. sc.

*Cyphella filiformis* Brid



HISTORIA ANATOMICA

## Tabula XVI.

## NECKERA FILIFORMIS.

*Neckera filiformis* trunco subramoso filiformi pendulo; foliis ovatis acutis concavis patulis; thecis basi annulata intra interiora foliola perichaetalia pilifera brevissime pedunculatis.

*Fontinalis filiformis* surculis pendulis filiformibus simpliciusculis diaricatis, foliis ovatis acutis densis patulis, capsulis axillaribus sparsis SCHWARTZ Prodr. p. 138.

## Explicatio Tabulae XVI.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine ac situ  
 2. Hujus altera pars, ramo dextro foliis siccitate contractis; ad augmentum 10  
 3. Folium commune, mediae magnitudinis antice visum; ad augmentum III.  
 4. Folium madens in situ naturali cum flore masculino, lateraliter ad spectum; secundum idem augmentum.  
 5. Genitalia ejusdem } ad augmentum III.  
 6. Flos femineus }  
 7. Fol. perigoniale interius floris feminei cum vno genitalium, impraegnatione nunc peracta; ad augmentum IV.  
 8. Genitalia feminea e flore exenta; ad augmentum III.  
 9. Calyptra; ad idem augmentum.  
 10. Theca operculata, foliolis perigonalibus persistentibus cunctis obuallata; ad augmentum II.  
 11. Theca operculata cum pedunculo ac vaginula denudata; ad augmentum III.  
 12. Thecae deoperculatae summitas cum peristomate, annulo cincto; secundum augmentum IV.  
 13. annuli particula } ad idem augmentum  
 14. Semina }

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tri-quadruncialis tenuis filiformis hinc pendulus \*) sparsim in ramos diuiditur plus minus elongatos floriferos Fig. 1. 2. Color totius in croceum vergens.

**R**ADICES more plurimarum specierum arborearum, breues simpliciusculae, etiam ex imorum ramorum latere fasciculatim prorumpentes fuscae Fig. 2.

**F**OLIA integerrima ovato-acuminata, concaua, ductulorum fasciculo instruuntur minus valido ad duas tertias protenso, sensimque disparente Fig. 3. Exterior superficies, ad summa augmenta, tenerrime papillosa adparet. Nunc densius nunc paulo laxius alternatim truncum ejusque diuisiones ambientia, medore patentia fiunt, siccitate contracta imbricatim apprimuntur Fig. 2. a. Color e luteo viridis.

**F**LORES masculi femineique a lares monophyti sparsi. Illi Fig. 4 intra foliola perigonia quatuor vel sex ovato-lanceolata concaua, fasciculo vasorum destituta, recondunt genitalia quatuor minutula, paraphysibus nullis praedita Fig. 5. Isti Fig. 7. foliolis perigonalibus decem, siccitate quoque diuaticis genitalia fouent sex, etiamnum paraphysibus carentia Fig. 8. At foliola perigonia interiora minutula ac in longum processum, lenissime denticulatum exporrecta Fig. 7. anthesi peracta crescere pergunt cum theca, hancque subinde proxime amplexantia, processum suum oristatum ea longius efferrunt, ac sic dictum perichaetium quasi pilosum reddunt Fig. 10.

**V**AGINULA globosa, fuscilla Fig. 11.

**C**ALYPTRA exigua, conica, pallida Fig. 11. recta abscedens.

**P**EDUNCVLVS breuissimus croceus Fig. 11.

**T**HECA oblonga, urceolata, recta, viridis, basi annulo concolore ornata Fig. 11. matura euacuataque fuscilla Fig. 12.

**O**PERCVLVM ventricosum conicum, dilute croceum, apice obtusiusculo recto, nonnunquam tantillum obliquato coloratiore Fig. 10. 11.

**A**NNVLVS tenerrimus, profunde croceus, processibus pallidis Fig. 13.

**P**ERISTOMA dentes sedecim albidis lenissime transuersim striati, totidemque cilia perquam tenerrima quasi interposita.

**S**EMINA majuscula, laeua, viridia Fig. 14.

**L**OCVS: In Hispaniola legisse refert CL. SCHWARTZ, cujus beneuolentiae debeo.

**T**EMPVS:

**D**VRATIO: perennis.

Tab.

\*) Situs igitur F. 2. non est naturalis.




NECKERA *hypnoides*

D. Hedwig del

Fiedl. sc.

*P. latruncium hypnoides* (Hedw.) P.B.





## • Tabula XVII.

### NECKERA HYPNOIDES.

*Neckera hypnoides* trunco debili subramoso; ramis patulis bifariis thecigeris; foliis oblongo-ouatis, vasorum fasciculo profunde furcato.

*Fontinalis hypnoides* surculis repentibus, ramis erectis subdiuisis sparsis, foliis lanceolatis, bicarinatis adpressis, capsulis axillaribus. SWARTZ, Prodr. p. 138.

### Explicatio Tabulae XVII.

- Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.
3. Altera simplicior; ad augmentum 0
4. Folia tria in trunci particula, duobus a latere, tertio postice visis; ad augmentum III.
5. Folium seorsim ab antica facie; ad idem augmentum.
6. Flos femineus
7. Folium e perigonalibus interioribus
8. Folium perigoniale ex intimis cum genitali
9. Theca operculata cum pedunculo vaginulaque, in trunci aut rami processu; ad augmentum I.
10. Foliolum interius; ad idem augmentum.
11. Peristomatis dentes ciliaque; ad augmentum IV.
12. Semina; ad idem augmentum.

### HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tener firmulus erectus, sparsim in ramos diuiditur bifariam patulos, simplices, subdiuisosque Fig. 1. 2. 3. Veteranus denique cum ramorum pondere tum aliis externis causis, more Hypnis solenni, deprimitur, radículas innouationesque agit sursum tendentes, hinc repens visus. Color dilute croceus, inferne nigrescens.

**RADICES** primordiales specimina mea non habebant: succedaneae vero ex ima parte trunculi, denique decumbentis emersi breues, simplices ac sparsae erant.

**FOLIA** tenera, dilute virentia, alterne conferta, subpatula, imbricata; lanceolato-acuminata, concava, vasorum fasciculo instruuntur pone basin

diuiso, cruribus diuergentibus. Ina sui parte una cum folii pagina semper, et in veteranis etiam crura croceo trunci colore tincta; juniorum albidula sunt  
Fig. 4. 5.

**FLOS** *masculus* duobus speciminibus acceptis nullus intererat, indiuiduis forsan sexu distinctis. *Femineus* autem, Fig. 6. e trunco ramisque alaris, componitur e foliis perigonalibus numerosis, exterioribus ouato-lanceolatis, mediis angustioribus, vtrisque vasorum fasciculo furcato, itidem ac folia, instructis; at intimis quinque ad sex, (e quibus vnum Fig. 7. exhibetur) breuioribus, fasciculo vasorum plane destitutis. His reconduntur genitalia quatuordecim absque paraphysibus succulentis.

**VAGINULA** cylindrica fuscescens Fig. 9.

**CALYPTRA** deerat

**PEDUNCVLVS** perquam brevis e luteo fuscidulus. Fig. 9.

**THECA** oblongo-ouata, cornea, maturitate fuscescens, f. ead.

**OPERCVLVM** breue acuminatum rutilans, Fig. 9.

**ANNVLVS** nullus

**PERISTOMA** dentes sedecim, albidi, linea longitudinali quasi diuisi, transversimque striati; ac totidem cilia firmisscula articulata, Fig. 11.

**SEMINA** mediocria, laeua, virentia Fig. 12.

**LOCVS:** Iamaicae legit Cl. OLOF SWARTZ mihiq; beneuole communicauit

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.

HYPNOIDES NECKERAE


**F**olia tenentur, dilute virentia, albere coniecta, subpatala, imbricata, lanceolata - serrulata, concava, vasorum fasciculo instructum pone basin diuiso, cruribus diuergentibus, exterioribus ovatis, mediis angustioribus, vtrisque vasorum fasciculo furcato, itidem ac folia, instructis; at intimis quinque ad sex, (e quibus vnum Fig. 7. exhibetur) breuioribus, fasciculo vasorum plane destitutis. His reconduntur genitalia quatuordecim absque paraphysibus succulentis.

**Tab.**



*Neckeria filicina*

*Sterobylum filicinum* (Str.) Mitt.



## Tabula XVIII.

## NECKERA FILICINA.

*Neckera filicina* trunco erecto, bifariam ramificato; ramis approximatis exque foliorum ovato-acutorum concavorum imbricatione varia, quasi compressis; thecis in trunco ramisque alaribus; operculo ruguloso.

*Fontinalis filicina* surculis erectis pinnatis, pinnis approximatis, foliis quinquefariis ovatis acutis, capsulis axillaribus. SWARTZ Prodr. p. 138.

## Explicatio Tabulae XVIII.

- Fig. 1. Plantulae naturali magnitudine.  
 2. Eaedem aucta; secundum lentem o.  
 3. Folium commune  
 \*) Horum tria e summitate } ad augmentum III.  
 4. Flos femineus; ad augmentum II.  
 5. Eius genitalia denudata, residuis foliolis perigonalibus tribus intimis; ad augmentum III.  
 6. Vnum horum foliolorum subinde fructu maturo; ad augmentum I.  
 7. Theca operculata cum pedunculo vaginulaque ad idem augmentum.  
 8. Peristomatis dentes quatuor, ciliaque; ad augmentum IV.  
 9. Semina ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS firmus, rigidus, erectus, biuncialis et paulo maior, notabili a basi distantia, ramos agere incipit simplices ac subdivisos. Horum plurimi quidem ex utroque sibi opposito, nonnulli vero etiam ex anteriori et posteriori latere oriuntur: cuncti tamen bifariam patent, hincque pinnati videntur. Innovationes una plures e basi radicata emittit, horizontaliter protensos, ac procul dubio subinde stolonum forma emergentes *Fig. 1. 2. \**). Color iuuenilis croceus; senescendo rufus, denique e ferrugineo nigricans fit.

**R**ADICES baseos speciminum meorum, vix primordiales, primordialis e semine trunci, breues, tenerae, simplices, fuscae, similesque in protensione innovationum *Fig. 2.*

**F**OLIA ovata concaua, acumine plano *Fig. 3. \**) vasorum fasciculo pollent ad apicem vsque protenso. Confertim alternantia; tri-quadi-quinquefariam imbricata; lateralibus ramorum vtrinque patentioribus, isti quasi compressi adparent.

**F**LORES masculos in speciminibus meis reperire nequi; indiuiduis forsitam sexualibus distinctis. *Feminei* ut plurimum e ramis, passim etiam ex ipso trunco prodeunt, productione propria, foliolis perigonalibus numerosis inseruiete. Intima horum perquam exigua existunt, *Fig. 6.* etiamnum subinde cum theca mole aucta, cunei formam aemulantur in apicem longius aristatum productam; basi autem filamentis tenerrimis obsita *Fig. 5.* cunctis vasorum fasciculo instructis. Concluduntur his genitalia decem valde exigua *Fig. 6.*

**V**AGINULA cylindrica *Fig. 7.*

**C**ALYPTRA non aderat.

**P**EDUNCVLVS breuissimus *Fig. 7.*

**T**HECA. Ovata, viridis, matura rufescens *Fig. ead.* cornea.

**O**PERCVLVM conicum, rubrum, leniter rugosum.

**A**NNVLVS nullus.

**P**ERISTOMA dentes sedecim exigui, ciliaque simplicia tenerrima *Fig. 8.*

**S**EMINA mediocria, laeua, viridia *Fig. 9.*


**L**OCVS: Iamaicae legit Cl. OLOF SWARTZ mihi benevole communicavit.

**T**EMPVS:

**D**VRATIO: perennis.

*Tab.*

*\*)* Haud improbabile videtur, idem etiam e trunco ipso eiusque ramis euenire posse, si deprimantur, aut terra obruti in radicationem sollicitentur, more aliorum similiarum muscorum.




D. Hedwig del.

NECKERA pennata.

Fuchs sc.





## Tabula XIX.

## NECKERA PENNATA.

*Neckera pennata* trunco tenui decumbente ramoso; ramis subramosis; foliis lanceolatis, resime acuminatis, confertis, bifariam diuergentibus: theca perichaetio immersa ouata.

*Fontinalis pennata* foliis bifariis patentibus, capsulis lateralibus LINN. Spec. p. 1571. Syst. Veg. p. 945.

*Sphagnum cauliferum et ramosum*, foliis crispis, crebris per caulem capitulis HALL. Helv. 96. t. 3. Fig. 2.

*Sphagnum pennatum undulatum* vagina squamosa DRILL. Hist. Musc. 250. t. 32. Fig. 9.

*Muscus terrestris maior*, ramulis compressis, foliis superficie crispis VAILL. Paris p. 129. t. 27. Fig. 4.

## Explicatio Tabulae XIX.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine.  
 2. Huius extimi duo ramuli; ad augmentum o.  
 3. Particula ramuli, foliis nonnullis vestita; ad augmentum II.  
 4. Folium aduersum  
 5. Folium auersum  
 6. Flos masculus  
 7. Huius genitalia  
 8. Flos femineus  
 9. Genitalia ex eodem deprompta cum foliolis perigonalibus intimis; ad idem augmentum.  
 10. Calyptra; ad augmentum III.  
 11. Theca operculata cum reliquis partibus, quibus sustinetur ac alitur; ad augmentum II.  
 12. Thecae deoperculatae summitas cum peristomate, \*) ciliorum vnicum; ad augmentum IV.  
 13. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS filiformis, rigidulus, viridis, priori aetate libere exprorectus ac bifariam ramificans, protracti incrementi volumine tempestatumque iniuriis adprimitur loco notali. Tum ibi proserpens in variam longitudinem, decolor ac caluescens, innouationes agit demum ramificantes et priorum scenam ludentes. Hinc cespites vetustate lati, inuicem implexi.

**RADICES** truncorum solummodo ita dispositorum, cum e rudimentis foliorum consumptorum, tum ex alis innouantis extremitatis prodeunt fasciculatae, breues, simplices, fuscae *Fig. 1. 2.*

**FOLIA** lanceolata resime in acumen exeuntia, *Fig. 4. 5.* ductulorum fasciculo destituta, trunco ac ramis alternatim conferta insident. Anteriora posterioraque adpressa sunt, lateralia patent; cunctis bifariam diuergentibus *Fig. 3.:* sic duplicia tri- quadrupliciaque in vtraque serie pennataque adparent. Sicciscentia praepremis, cum saepe versus extremitatem ter quaterque transversim undulata sint, crispa dixere nonnulli Botanici. Iuniora eleganter profundo virore nitent, vetustiora magis magisque decolorantur.

**FLORES** vtriusque sexus in trunci ramis procerioribus, truncum ipsum nunc referentibus, nec vnquam ex huius ramulis, mixtim vtrinque oriuntur satis copiosi alares *Fig. 2.* *Masculi* perigonium dodecaphyllum, e foliolis ouato-lanceolatis, concavis, ductulorum fasciculo destitutis, recondit genitalia sex, paraphysium breuium stupa stipata *Fig. 7.* *Feminei* *Fig. 8.* perigonium 16-phyllum; foliolis omnibus lanceolatis ductulorumque fasciculo carentibus; intimis quatuor exiguis fouet genitalia octo paraphysibus copiosis ditata *Fig. 9.*

**CALYPTRA** *Fig. 10.* stylum diutius retinens, exigua, pallida, lateraliter fissilis secedensque.

**VAGINULA** conoidea e luteo fuscidula *Fig. 11.* paraphysibus, subinde pedunculi longitudinem aequantibus; genitalibusque sterilibus fere occultata reperitur.

**PEDUNCULVS** denique rutilans, breuis, summitate tantillum incrassatur *Fig. 11.*

**THECA** ouata, viridis; maturitate rufescit, *Fig. 11.* euacuata senescens fusca fit *Fig. 2.*

**OPERCVLVM** connexum in breue ac curuulum rostellum contractum, circa marginem saturatiore croceo colore tinctum est *Fig. 11.*

**PERISTOMA** dentes sedecim pallidi externe transversim striati interne sulcati; totidemque cilia breuiora *Fig. 12.*

**SEMINA** mediocria, laeua, viridia *Fig. 13.*

**LOCVS:** Arborum annosarum cortex. In Heluetia primus legit HAL-  
LERSVS atque DILLENIO misit. Ego pluscula pulcherrima specimina beneuolentiae Ill. SCHREBERI debeo, quae prope Erlangam legit in sylua ad Rathsberg nec non illa, quae inter coenobium Heilsbrunn et Onoldum iacet. Nuperrime etiam a Rev. M. STARKE ad Gross-Tschirma Silesiae accepti nonnulla: an DICKSONI exemplar, quod possideo, in Anglia lectum sit, nescio.

**TEMPVS:** Vere thecas maturat.


**DVRATIO:** perennis.



D. Hedberg del.

NECKERA *pumila*

Fuchs sc.



## Tabula XX.

## NECKERA PVMILA.

*Neckera pumila* trunco ramuloso, fol. lanceolatis resime acuminatis alternatim confertis, diuergentibus bifariam; theca ouata pedunculoque exsertis.

## Explicatio Tabulae XX.

- Fig.* 1. Plantulae frugifera; naturali magnitudine.  
 2. Altera harum, cujus ramulus infimus a ab extremitate radices egerat; ad augmentum o.  
 3. Ramulus; ad augmentum II.  
 4. Folia aduersa; secundum augmentum III.  
 5. Flos masculus; } ad augmentum III.  
 6. Flos femineus; }  
 7. Hujus genitalia deflorata, impraegnato jam multum grossificato; ad idem augmentum.  
 8. Theca deoperculata cum perichaetio; ad augmentum II.  
 9. Thecae pars summa cum peristomate; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ex innouationibus quatuor e cujusque pristinae medio aut pone summitatem recta protensis, vncialis in binis meis fertilibus speciminibus *Fig. 1.* quibus intererant nonnulli alii steriles paulo breuiore tenerioresque. Illi praesertim ramulos perbreues, patentes, foliis minoribus minimisque instructos habent *Fig. 2.* Veterani inferne caluescunt. Color dilutissime croceus.

**R**ADICES solummodo de extremitate ramuli breuissimi ac calui imae partis aderant simplices fuscae *Fig. 2.*

**F**OLIA formam situm directionem similem habent ac praecedens species, vna longitudine excepta *Fig. 3.* 4. at rarius vndulata reperiuntur. Illa ramulorum nonnullorum teneriorum, filamenti fere formam nudo oculo aemulantium, minutissima minusque patentia.

**F**LOS masculus alaris *Fig. 5.* foliolis perigonalibus decem, lanceolato concauis, fasciculo vasculoso destitutis fouet genitalia quatuor ad sex. *Femineus* ejusdem stirpis *Fig. 6.* etiamnum alaris in auersa parte trunci similis quo-

que est *Neckera pennatae* cum forma externa tum numero ac compositione partium intimius reconditarum *Fig. 7.*

VAGINULA est cylindrica e viridi rutilans.

CALYPTRA non aderat.

PEDUNCULVS vetustate dilute ferrugineus, rectus perichaetio tantillum longior *Fig. 8.*

THECA inde penitus extra perichaetium posita, ouata, recta, ferruginea *Fig. eadem.*

OPERCULVM speciminibus meis carebat.

ANNVLVS vix vllus.

PERISTOMA dentes sedecim pallidi, transuersim forinsecus striati, intrinsecus sulcati; cilia totidem breuia *Fig. 9.*

SEMINA quoque aberant.

LOCVS: In Anglia legit b. LIGHTFOOT, mihiq̄ olim misit titulo *Fontinalis pennata* Hudsoni non, Linnaei; potius *Hypnum pennatum*. Verum tamen ex HUDSONI determinatione *Font. pennatae* in sua Flora Anglica, quam etiam editione altera (Lond. 1778.) vno VAILLANTII synonymo excepto, integram e LINNAEI speciebus plantarum excerp̄sit, nihil in fauorem illius asserti liquet. Differt autem haec nostra *Neckera pumila* a *pennata* specificae vaginulae figura ac theca cum pedunculi particula exsertis extra perichaetium, quod haud incommode etiam pericarpium audire posse equidem crediderim.

TEMPVS:

DVRATIO: perennis.




D. Hedberg del.

NECKERA undulata

Fuchs sc.





NECKERA VNDVLATA

---

*Tabula XXI.*

**NECKERA VNDVLATA. \*)**

*Neckera undulata*, trunco pinnatim diuiso ramofo, foliis truncatis undulatis, bifariam imbricato - patentibus; thecis rameis, posticis, immerfis.

---

*Sphagnum pennatum undulatum*, vagina squamata DILL. Hist. Musc. 249. t. 32. f. 8.

*Fontinalis crispata* furculis ramosis pinnatis, foliis duplicato bifariis rotundatis patentibus imbricatis undulatis, capsulis lateralibus posticis SWARTZ Prodr. p. 138.

---

*Explicatio Tab. XXI.*

- Fig. 1. Planta iunior florida.  
2. Planta fructibus maturis onusta; vtraque naturali magnitudine.  
3. Fig. 2. ramus superior dextri lateris; ad augmentum 0.  
4. Rami particula foliis nonnullis decerptis, floribus binis onusta; augmento II.  
5. Flos seorsim; ad augmentum III.  
6. Genitalia eius nonnulla vtriusque sexus cum paraphysibus succulentis; ad idem augmentum.  
7. Theca deoperculata cum suis inuolucris; ad augmentum II.  
8. Alia operculata perigonio pristino orbata, vaginulaque fere tota denudata; ad idem augmentum.  
9. Perichaetii foliolorum vnum seorsim; ad augmentum III.  
10. Summa pars thecae cum peristomio; ad augmentum IV.  
11. Semina; ad idem augmentum.
- 

\*) Cum *Hypnum crispum* Linn. quoque *Neckerae* sit species, temerariumque foret, huic suum triviale immutare; hanc *undulatam* cognominare placuit.

NECKERA VNDVLATA.  
HISTORIA ANALYTICA.

---

**T**RUNCVS triuncialis quadriuncialisque, tenuis rigidiusculus, lutescens- ab utroque latere in ramos abit alternos oppositosque; simplices ac subdivisos, unciales biunciales, fructificantes f. 1. 2. senescente illo abinde novos truncos constituentes. Procul dubio enim decumbens, senex factus, arctius loco natali adprimitur, profundiores colorem contrahit, caluescit, denique ipse consumitur.

**RADICES** in meis speciminalibus non aderant.

**FOLIA** oblonga basi tantillum concava, abinde plana, vasorum fasciculo destituta, extremitatem habent truncatam integram, emarginatam, aut denticulatam ad augmenta vitrorum f. 4. quales quidem ferme cuncta adparent siccitate contractiuscula. Alternatim conferta truncum ramosque ambiunt. Lateralia aduersa auersaque patent; anteriora posterioraque secundum eandem directionem alternatim adpressa sunt f. 3. 4. hinc triplicia quadruplicia, bifariam imbricata. Madida quoque vix non cuncta transuersim undulata, sicca egregie crispata. Color laete viridis.

**FLOS** hermaphroditus in ramis trunci primarii vel succedanei alaris, exstructus est e foliolis perigonalibus circiter octo ovato laceolatis, concavis, ductulorum fasciculo destitutis f. 3. vestientibus processulum rami vaginulam sustentem; genitalibus *masculis* 6—14. *femineis* decem; paraphytibus succulentis sat numerosis; quarum partium nonnullas f. 6. exhibet.

**VAGINULA** longa cylindrica lutescentis coloris, obstrata denique est, praeter genitalium femineorum infecundorum rudimenta, foliolis linearibus, thecae operculatae altitudinem excedentibus f. 8. 9. quibus igitur ista quasi immerfa visitur f. 7. Nullum ego horum vestigium in flore ipso reperire potui, forsitan rudimentis ortus inter paraphyses succulentas nimis absconditis. Fateor tamen, mihi propter penuriam exemplarium non licuisse diffusorem disquisitionem proficere.

**CALYPTRA** non aderat.

**PEDUNCVLVS** admodum brevis, senio forsitan dilute rufescens f. 8.

**THECA** ovata, maturitate fusca f. 7. 8.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** e conuexa basi oblique subulatum, dilutius coloratum erat f. 8.

**PERISTOMIUM** dentes sedecim albiadi totidemque cilia habet f. 10.

**SEMINA** mediocria, laeuiuscula.

**LOCVS:** Arboribus innasci autumat DILLENIUS. OLOF. SWARTZ in Jamaica legit mihique communicavit specimen delineatum.

**TEMPVS.**

**DVRATIO:** per plures annos.



NECKERA DISTICHA



Neckera disticha, truncis... sublimis... retia... distis...  
lobis... pollic... quibus... lobis... conca...



10

11

Fructus disticha... simpliciter... sublimis... retia... distis...  
una... planta... lobis... pollic... quibus... lobis... conca...



Explicatio Tab. XXII



6

7

8

Fig. 1. Fructus... simpliciter...



9



5



3



4

NECKERA disticha



The first part of the study...

The second part of the study...


The third part of the study...

The fourth part of the study...

The fifth part of the study...

The sixth part of the study...

The seventh part of the study...



## T a b u l a XXII.

## NECKERA DISTICHA.

*Neckera disticha*, trunco tenui subdiviso foliis retusis planis; thecis subimmersis posticis, operculo oblique conico.

*Fontinalis disticha* furculis simplicibus, foliis bifariis patentibus retusi imbricatis planis, capsulis lateralibus posticis SWARTZ Prodr. p. 138.

*Explicatio Tab. XXII.*

- Fig. 1. 2. Plantulae naturali magnitudine.  
 3. Plantula f. 1. aucta; secundum lentem 0.  
 4. Ramulus;  
 4. Folium seorsim; } ad augmentum II.  
 6. Flos; ad augmentum III.  
 7. Vnum e genitalibus masculis femineisque cum paraphysi succulenta; ad augmentum III.  
 8. Flos defloratus; ad idem augmentum.  
 9. Impraegnatum genitale femineum grossificans intra calyptram, cum foliolis perigonialibus pristinis succretisque abinde reliquis; ad augmentum II.  
 10. Theca deoperculata, suis involucriis cincta; ad augmentum II.  
 11. Alia operculata, vaginula penitus fere denudata; ad idem augmentum.  
 12. Thecae summitas cum peristomio; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

TRUNCVS biuncialis tenuis rigidulus, virens, simplex f. 1. 2. abinde subramosus fit f. 1. 2. 3: denique loco natali adpressus caluescens ac radicans, ramos quasi in truncos novos promouet f. 3. obnoxios vetustate priorum fato.

*NECKERA DISTICHA.*

**RADICES** ex his fasciculatim erumpunt breues, simplices, e fusco rutilantes f. 3.

**FOLIA** inferiora ramorum ramulorumque minutula; reliqua illis praecedentis speciei forma, constructione, situ, directione perquam similia; at minora neque villo undulato f. 3. 4. 5. Color dilute viridis.

**FLORES** hermaphroditi, alares. Vbi genitalia officio suo perfunguntur, figura mere masculos, e. g. Hypnorum aemulantur f. 5. atque conflati reperiuntur e foliis perigonalibus ovato-lanceolatis concavis circiter duodecim; genitalibus masculis femineisque, paraphysibus succulentis paulo brevioribus illis f. 7. interpositis, ad quatuordecim. Anthesi perfecta incrementoque inuoluentium aequae ac inuolutarum partium promoti, fere alienam figuram ut illa 8 ostendit, indipiscitur, atque nunc de eius summitate emicant foliola linearia, denique pericarpium internum, longitudine operculum thecae maturae non excedens, praesentantia f. 10. 11. quorum ego neque hic in priori statu ullum vestigium in meis exemplaribus reperire potui.

**VAGINULA** fit longa, cylindrica, e viridante fuscidula basi incuruata f. 11.

**CALYPTRA** oblonga, pallida, stylum diutius retinens f. 9: denique abscedens lateraliter finditur.

**PEDUNCULVS** brevis e luteo viridans f. 11.

**THECA** ovata, maturitate fusca f. 11.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** curuato conicum, multoque brevius praecedentis speciei f. 11. Color erat pallide fuscescens.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim graciles, albicantes ac transuersim leniter striati, totidemque cilia incuruata f. 12.

**SEMINA** exigua, laeuis fuscella.

**LOCVS:** in Jamaica et Hispaniola legit Cl. D. OLOF. SWARTZ.


**TEMPVS:**

**DVRATIO** per plures annos.

Differt a praecedente specie, cui perquam similis est, statura ac magnitudine totius et partium; perichaetio breviori theca operculata; operculo breviori incuruato seu obliquato.

ADITIVAM





NECKERA macrospora

D. Hedwig del.

Tafel f.

*Gymnomitrium macrosporum* (Hedw.) Ren.



APPENDIX HISTORICAL

CHAPTER I. OF THE EARLY HISTORY OF THE COLONY.

The first settlement in the colony was made in the year 1607, by a company of gentlemen, who were sent out by the Virginia Company, to discover a passage to the Indies.

The first landing was made on the 26th of May, 1607, at a place called Jamestown, on the banks of the James River.

The first winter was very severe, and many of the settlers perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The second winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The third winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The fourth winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The fifth winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The sixth winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

The seventh winter was also very severe, and many more perished. The cause of this was, that they had no provisions, and were obliged to live on the bark of trees.

## T a b u l a XXIII.

## NECKERA MACROPODA.

*Neckera macropoda*, trunco pristino decumbente subramoso, foliisque bifariis lanceolatis planiusculis; thecis cylindricis rectis, in fetis longis.

## Explicatio Tab. XXIII.

- Fig. 1. Planta florida; naturali magnitudine.  
 2. 3. Plantae frugiferae; itidem naturali magnitudine.  
 4. Planta f. 2; ad augmentum 0.  
 5. Ramulus  
 6. Folium aduersum et  
 7. aliud, a latere visum } ad augmentum II.  
 8. Flos femineus; ad augmentum III.  
 9. Vnum ex eius foliolis perigonalibus intimis  
 10. Genitalia feminea cum paraphysibus } ad augmentum III.  
 11. Thecae particula summa cum peristomio; ad augmentum IV.  
 12. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS primo erectus simpliciusculus, subinde vtrinque in ramos diuiditur plus minus frequentes patulosque: senescens decumbit et rami vltro promoti, novos truncos formare videntur f. 3. Color dilute viridis.

**RADICES** hinc inde e decumbente trunco protrusas obseruavi fasciculatas, breues, simplices, coloris rutilantis.

**FOLIA** alterna, confertiuscula, lanceolata, lenissime concava, antice ac postice adpresso-diuergentia, lateralia patula; hinc ceu bitaria adparent. Ductulorum fasciculo omnino destituuntur.

**FLORES masculi** in exemplaribus acceptis nulli aderant, stirpibus hinc procul dubio sexu distinctis. *Feminei* a lares e trunci aut rami, illius denique vices suscipientis postico latere. Exstructi sunt e foliis perigonalibus plusculis lanceolato acuminatis concavis f. 8. quorum interiora sex linearia recurvata existunt f. 9. His reconduntur genitalia f. 10. quatuordecim, paraphysibus, impraegnationis negotio peracto, paulo longioribus stipata.

**VAGINULA** incuruato-cylindrica et pallide virens, his partibus, praefertim circa summitatem fuscescentem, quasi pilis longioribus multo, ornata reperitur.

**CALYPTRAM** non vidi.

**PEDUNCULVS** longus rectiusculus, denique ad basin rutilat f. 4.

**THECA** recta, cylindrica, maturitate e viridi fuscescit f. 4.

**OPERCULVM** comicum, rectum, e fusco rutilat f. 4.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** efficiunt dentes sedecim subulati, erecti rutilantes transversim striati, totidem ciliis, vndique liberis, ab interiore thecae membrana procedentibus et quasi interpositis sociati f. 11.

**SEMINA** parua, laeua, e luteo fuscidula f. 12.

**LOCVS:** ex America meridionali nec non insulis maris pacifici pluries habuit OL. SWARTZ mihi beneuole communicauit. E radicum structura hisque adhaerentibus particulis, arborea esse videtur species.

**TEMPUS:**

**DVRATIO:** perennis.





FONTINALIS FALCATA

Fontinalis falcata truncata  
caucibus reflexis sub  
gato signatur.



ANALYTICA

D. Willd. del.

FONTINALIS falcata


Fald. f.

*Trichelyma falcatum* Meyr.

W. 111



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



## Tabula XXIV.

## FONTINALIS FALCATA.

*Fontinalis falcata* trunco subramoso, foliis oblongo-lanceolatis carinatis trifariam imbricatis incuruisque; perichaetio elongato vaginante; pedunculo thecaeque exsertis.

## Explicatio Tab. XXIV.

- Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.  
 3. Plantae f. 1. ad augmentum 0.  
 4. Folium a latere et  
 5. aliud a tergo visum; vtrumque ad augmentum II.  
 6. Flos femineus.  
 7. Genitalia inde deprompta; ad augmentum III.  
 8. Theca deoperculata cum particula pedunculi; secundum augmentum I.  
 9. Huius pars summa cum peristomio; secundum augmentum IV.  
 10. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tener at firmulus, ex continuata innouatione, cum quoad diuisionem in ramos, tum extensionem longitudinalem directionemque varius. Simpliciusculi f. 2. bifidi trifidi et vltra diuisi, biunciales ad quincunciales, recta protensi refupinatique f. 1. 2. 3. exemplaribus ad me peruentis intererant. Superne virentes inferne fusco-nigricantes caluique.

## FONTINALIS FALCATA.

**RADICES** succedaneae e truncis veteranis breues simplices, etiam e fusco nigricabant. f. 3.

**FOLIA** ex ouoidea basi longe acuminata carinata indeque vasorum fasciculum, omnino deficientem, mentientia. Rectiuscule protensa euidenter trifariam imbricata: pluscula vero, et summa ut plurimum, ad vnum latum incuruata. Iuniora amoene, vetustiora fordide virent tandemque in nigredinem decolorantur.

**FLOS masculus**, meis specimenibus non intererat. *Femineus* f. 6. e foliis perigonalibus octo lanceolato concavis et genitalibus sex, absque paraphysibus f. 7. constabat.

**CALYPTRAM** non vidi.

**VAGINVLAM** tentare sustinui, cum vnum tantum exemplar fructu maturo instructum acceperim.

**PEDUNCVLVS** longiusculus maxima pro parte foliis, antea perigonalibus, nunc elongatis ac vaginantibus, apice fissis, reconditus ac munitus. Emersa abinde pars e luteo viridans, versus inferiora in croceum colorem vergit f. 3.

**THECA** oblongo-ouata, luteo-viridans f. 3. 8. vacua sub orae margine contrahitur. f. 9.

**OPERCVLVM** deerat.

**ANNVLVS** omnino deesse videtur.

**PERISTOMIVM** duplex: *externum* dentes sedecim subulati, lateritii, transuersim striati, siccitate tantummodo diuergentes; *internum* conicum, reticulatum, amoene purpureum. f. 8. 9.


**SEMINA** mediocris magnitudinis eleganter dilute virent.

**Locvs**: in Sveciae aquis repertum misit Cl. SWARTZ.

**TEMPVS**:

**DVRATIO**: longaeua.

Eximia huius cum Hedwigia *aquatica* tab. II. similitudo, facile confusio-  
ni anam dare potest, nisi deficiente fructu peristomio instructo attendatur  
fasciculus ductulorum illius in foliis praesens, absens in nostra Fontinali.




HYPNUM *spiniforme* Linn.

*Rhizogonium spiniforme* (L.) Br.

D. Walp. del.

Tab. XXI





## T a b u l a XXV.

## HYPNUM SPINIFORME.

Hypnum *spiniforme*, trunco erecto, rigidiusculo simplici, foliis confertis patentibus denticulatis; flore fructuque basiflari.

Hypnum *spiniforme* fronde simplicissima: foliolis patentibus subulatis; pedunculis radicalibus LINN. Sp. pl. 1587. Syst. Veg. 949.

Hypnum erectum non ramosum, spinarum Halecum aemulum. DILL. Hist. Musc. 332. t. 43. f. 68.

Adiantum f. Polytrichum aureum medium, capitulo proprio pediculo infidente SLOAN. Jam 12. hist. 1. p. 68. t. 25. f. 4.

## Explicatio Tab. XXV.

- Fig. 1. Planta ad basin triflora  
 2. Alia itidem biflora  
 3. Plantae quatuor congregatae cum fructu maturo operculato  
 4. Planta ad summitatem in ramos diuisa  
 5. Planta f. 2.  
 6. Plantae f. 3. } naturali magnitudine.  
 7. Particula trunci cum foliis tribus; ad augmentum II.  
 8. Flores de basi plantae f. 1; ad idem augmentum.  
 9. Flos masculus ex his; ad augmentum III.  
 10. Nonnulla ex eodem exemta genitalia mascula deflorata cum paraphysibus; ad idem augmentum.  
 11. Genitalia feminea cum paraphysibus; ad augmentum III.  
 12. Thecae deoperculatae summitas, detrusis fere cunctis dentibus peristomii externi, integro interno; secundum augmentum IV.  
 13. Peristomii externi dens seorsim; ad idem augmentum.  
 14. Seminula; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS circiter biuncialis, simplicissimus, rarius in summitate vt f. 4. diuisus, erectus, duriusculus indeque siccus facile fragilis, totus sanguineo, versus basin nigricante colore perfusus.

**RADICES** primordiales validae, simpliciusculae, quibus subinde, cum e basi tum foliorum inferiorum alis, succedit coma multo tenerior breuiorque, densissime inuicem implicata. f. 5. 6. cunctae e ferrugineo nigricantes.

**FOLIA** lineari-lanceolata, denticulata, alterna, sparsa, patentia, e viridi fere rutilantis coloris. Ductulorum fasciculo validissimo rigido, rubro, instruuntur f. 5. 6. 7. cuius rudimentis in veterano trunco saepe maxima pro parte solummodo residuis, iste quasi spinulosus adparet f. 6.

**FLORES** omnino ad trunci basin villo radiculoso immerfi quasi reperiuntur f. 5. 8. vtriusque sexus, nonnunquam in fasciculum congesti f. 8. *Masculus* f. 9. qui idem est f. 8. a. e foliis perigonalibus lanceolato concavis, denticularis, vasorum, fasciculo instructis numerosisque genitalibus, paraphysium filiformium cohorte stipatis f. 10. constat: *Femineus* f. 8. b. intra folia perigonalia circiter quatuordecim simillima masculi, genitalia recondit octo, paraphysibus stipata f. 11.

**CALYPTRA** cylindrica e luteo fuscidula f. 5. 8. b. procul dubio lateraiter finditur seceditque.

**VAGINULA** oblonga ventricosa.

**PEDUNCVLVS** longus erectus, neque, vt in DILLENII figura, summitate incuruata, purpurascens f. 6.

**THECA** ouata cernua sordide viridis f. 6.

**OPERCVLVM** conicum, basi purpurea apice reflexo dilute colorato f. 6.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** duplex. *Externum* dentes sedecim validi reflexiles purpurei, versus summitatem luteoli, interne transuersim sulcati: *internum* membrana conoidea, longitudinaliter sulcata, flaua, summitate processibus pyramidatis ciliisque interpositis patula f. 12.


**SEMINA** exigua viridantia.

**LOCVS:** In Jamaicae syluis olim omnium primus detexit hanc Musci speciem Cl. SLOANE a quo DILLENIS sua exemplaria acceperat. Mea ibidem nunc legit, beneuoleque communicauit Cl. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO** longaeua vt videtur ex innouationibus basilaribus truncorum veteranorum.

FISSIDENS ADIANTOIDES



D. Hedberg del.

FISSIDENS adiantoides

HISTORIA

Handwritten signature or initials.



---

*Tabvla XXVI.*
**FISSIDENS ADIANTOIDES.**

*Fissidens adiantoides* trunco simplici vel subramoso, foliis alternis pinnatim imbricatis, scalpelliformibus, acutis: flore fructuque mediotenus axillari.

---

*Hypnum adiantoides*, fronde pinnata ramosa erecta, medio pedunculifera. LINN. Sp. pl. p. 1588. Syst. Veg. p. 950.

*Hypnum taxiforme* palustre ramosum, maius et erectum. DILL. Hist. Musc. 264. t. 34. f. 3.

*Muscus taxiformis* ramosus. VAILL. Par. p. 136. t. 28. f. 5.

*Muscus filicifolius* siue pennatus minor, pinnulis plurimis ad mediam costam adnexis. BVXB. Cent. II, p. 3. t. 1. f. 4.

---

*Explicatio Tab. XXVI.*

- Fig. 1. Planta vetustate multiplicata; naturali magnitudine.  
 2. Plantarum iuniorum veteranarumque congeries; naturali magnitudine.  
 3. Planta f. 1. ad augmentum 0.  
 4. Particula trunci cum foliis duobus; ad augmentum II.  
 5. Flos femineus; ad augmentum III.  
 6. Huius genitalia; ad idem augmentum.  
 7. Peristomii dentes duo; ad augmentum IV.  
 8. Semina; ad idem augmentum.
-

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS firmulus, iunior circiter vncialis, simplex, erectus, subinde prouectiori aetate cum vltiori incremento et subramosus factus, tum multitudine confociatorum indiuiduorum aliisque causis accidentalibus deprimitur in situm obliquum. Denique veteranus caluus fit, radiculosus f. 3. et mater saepe plusculorum innouationum. Color huius e croceo rubiginosus.

**RADICES** primiceras, quas DILLENIVS validas pinxit ac radiculosas, ego non vidi: oritur vero subinde non solum ex antiquo trunco densus villus radiculosus e fusco nigricantis coloris f. 3. sed annotini etiam ex inferiore superficie, imo saepe intra alas foliorum, qua parte pagina duplicata est, similes agunt.

**FOLIA** e ductulorum fasciculo vtrinque in paginam sunt extensa, cuius planum, erectae plantae anteriorem et posteriorem faciem. at margo truncum respicit, vt adeo altera paginae pars sit superior altera inferior. Illa circiter mediotenus duplicata est, qua duplicatura mediam fere trunci partem amplectitur. Cum sic ancipitia quasi sint, cultellumque graphiarium aemulentur. f. 4. liceat ita exstructa folia scalpelliformia nuncupare. Alternatim sic vtrinque trunco adfiguntur, saepius adeo appropinquata, vt duplicatura illa proximi folii inferioris paginae particulam comprehendat, quare alternatim pinnato imbricata sunt. Iuniora amoene virent, vetustiora in sordide luteolum decolorantur.

**FLOS masculus** alaris intra folii duplicaturam, e foliis perigonalibus quatuor, et genitalibus vix vltra sex, paraphysibus destitutis componitur. *Femineus* itidem alaris proprii indiuidui, folia perigonalia habet octo f. 5. quorum extrema sunt ouato lanceolata concaua, interiora illis trunci similia, intra quorum duplicaturam genitalia sex ad octo f. 6. quoque paraphysibus orbata resident.

**CALYPTRA** pallidissime virens, mediocris, lateraliter fissilis atque abscedens f. 3.

**VAGINULA** cylindrica, maturo fructu fusca.

**PEDUNCVLVS** trunco suo fere longior, saepius serpentino itinere, impeditus nimirum a densa cohorte, ascendens f. 3. a. c. Color rubens.

**THECA** maturescens fusca, demum amoene rutilans, oblongo-cernens f. 3. a. b. c.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** e conuexa purpurea basi, in longum acumen, seu rostrum productum f. 3. b.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim bifidi striati, altero crure angustiore breuiore f. 7.

**SEMINA** exigua fuscilla f. 8.

**LOCVS:** palustris et ad latera defluentium scaturiginum fere per omnem germaniam etiamnum in densis caespitibus reperiunda species.

**TEMPVS.** Martio et Aprili floret, cuius sub finem aut Maii initium, veluti tempestas fert, opercula decutit.

**DVRATIO:** perennis.

\*) Numerus pinnarum incertus; vt inde earum computatio vana esse videatur.

FISSIDENS POLYPODIOIDES



W. Hedberg del.

FISSIDENS polypodioides

Tab. J





## T a b u l a XXVII.

## FISSIDENS POLYPODIOIDES.

*Fissidens polypodioides*, trunco simplicissimo erecto; foliis scalpelliformibus subacutis, alternatim pinnatis: floribus fructibusque axillaribus pone summitatem, terminalibusque.

*Hypnum polypodioides* fronde simplicissima pinnata lanceolata erecta, versus epicem pedunculifera, pinnis obtusis, pedunculis capsulisque incurvis. SWARTZ Prodr. p. 140.

## Explicatio Tab. XXVII.

- Fig. 1. Plantulae, quarum altera, iunior, altera frugifera; naturali magnitudine.  
 2. Alia, ut videbatur, e trunculo antiquo prognata; etiamnum naturali magnitudine.  
 3. Plantulae f. 1; ad augmentum 0.  
 4. Particula trunci cum folio; ad augmentum II.  
 5. Flos femineus; ad augmentum II.  
 6. Eius foliolum extimum; } ad augmentum III.  
 7. Aliud intimum; }  
 8. Genitalia feminea denudata; ad idem augmentum.  
 9. Calyptra; ad augmentum II.  
 10. Theca operculata; ad idem augmentum.  
 11. Thecae deoperculatae summitas cum peristomio; ad augmentum III.  
 12. Peristomii dens seorsim; ad augmentum IV.  
 13. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ab vncia ad duas altus, firmulus, erectus, simplicissimus, in croceum colorem vergens. Denique, vt secundum exemplar f. 2. videbatur et floris feminei basis f. 5. fere suadet, iniuriis externis depressus, innouationum compos fit.

**RADICES** primordiales longae tenerae, valentiores tamen stupaeformibus illis, densissime ad basin succedentibus; vtrisque fuscis. f. 3.

**FOLIA** scalpelliformia, oblonga subobtusa f. 4., alternatim pinnata, imbricata. Cum inferiora breuiora sint, media autem patentiora superioribus, lanceolatum frondiculum aemulatur truncus foliis suis obsitus, f. 1. 2.

**FLOS masculus**, quem mea exemplaria non habebant, proculdubio in proprio indiuiduo morem feminei in suo seruat. *Iste* nimirum ut plurimum alaris est haud procul a summitate. Perigonium constituunt foliola octo f. 5; exteriora ouato-lanceolata concaua, intimo; f. 6. mucronato; reliqua communibus haud absimilia nisi duplicatura valentiore. Horum intima duo recondunt genitalia numerosa; ego sex ultra viginti numeravi. Paraphyses nullae. Reperiuntur tamen etiam flores terminales, veluti erat is, cuius genitalia f. 8. delineavi, nec non ille, de quo calyptra f. 9. euenerat: at florem f. 5. exhibitum omnino ex ala exemi, cuius etiam in basi radiculosae prominentiae aderant.

**CALYPTRA** pallida, dilutissime viridans f. 9.

**VAGINULA** oblonga fusca.

**PEDUNCVLVS** incuruatus amoene rutilans f. 3. 10.

**THECA** irregulariter pyriformis recta, matura e fusco - cinnamomea f. 3. 10.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** e conuexa purpurea basi tantillum oblique rostratum. f. 3. 10.


**PERISTOMIUM** constituunt dentes sedecim bifidi, rubri, transuersim striati; cruribus longis tenerrimis, madore introflexis, siccitate exsertis sicque seminula euellentibus. f. 12.

**SEMINA** exigua fusca. f. 13.

**LOCVS** Jamaicae legit mihiq; beneuole communicauit Cl. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO** perennis videtur.



FISSIDENS *asplenoides*.

D. Hedberg del.

Wied.

1771

HERBARIUM MUSEI HISTORICO-NATURALIS

HERBARIUM MUSEI HISTORICO-NATURALIS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Tabula

## T a b u l a XXVIII.

## FISSIDENS ASPLENOIDES.

*Fissidens asplenioides*, trunco subsimplici erecto; foliis alternatim pinnatis, lanceolatis subuaginantibus; flore fructuque terminali.

*Hypnum asplenioides* fronde subramosa pinnata erecta lineari, apice pedunculifera, capsulis incuruis. SWARTZ Prodr. p. 140.

## Explicatio Tab. XXVIII.

- Fig. 1. Planta sterilis et alia frugifera theca operculata; naturali magnitudine.  
 2. Planta ramificata; itidem naturali magnitudine.  
 3. Planta e summitate innouata; naturali magnitudine.  
 4. Priores; ad augmentum 0.  
 5. Folia bina in trunci particula; ad augmentum II.  
 6. Flos femineus terminalis, defloratus; ad augmentum II.  
 7. Summitas trunci, residuo vno foliolo perigoniali, ac genitalibus femineis defloratis; ad augmentum III.  
 8. Duo horum genitalium; ad augmentum IV.  
 9. Similis pars, vaginula cum particula sui pedunculi maxima pro parte denudata; secundum augmentum III.  
 10. Theca f. 2. deoperculata; ad idem augmentum.  
 11. Peristomii dens seorsim; ad augmentum IV.  
 12. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ut plurimum simplex, nonnunquam in ramum vnum f. 2. alterumque diuisus, si innouat, ab inferiore latere prope florem femininum, vel e summitate non florida f. 3. id facit. Firmus, erectum habet situm, colore demum in croceum, basi fusco-nigricantem tendente f. 4.

**RADICES** primordiales simplices reperi, radiculis secundariis tenerrimis, etiam fuscescentibus obsitas. His vero multo breuiiores copiosioresque et basifis et particula supra eandem, nunc calua facta, emittit. f. 4.

**FOLIA** scalpelliformia obtusa, alternatim pinnata, patula, e luteo virentia. f. 4. 5. 6. siccitate ad extremitatem crispata.

**FLOREM masculum** in meis exemplaribus non inueni, vix non distincto in indiuiduo reperiendus. *Femineus* terminalis. Huius genitalia gracilia, quatuor ad sex, paucis paraphysibus tenerrimis albis instructa, intra duplicaturam foliorum duorum perigonalium, reliquis longiorum f. 6. aliquando acutiorum f. 7. defenduntur tenara adhuc contra iniurias externas.

**CALYPTRA** valde pallida tener, in vno exemplarium praefens, theca vero nondum ad eius decusationem vsque grossificata, recta adhuc ac illibata infedebat.

**VAGINULA** vtricolata, fordide viridula, demum fuscescens f. 9.

**PEDUNCVLVS** mediocris longitudinis, subrectus, summitate tantillum incrassata, calyptra adhuc mox indicata periodo grossificationis thecae, inferne rutilat; denique tota rubore perfusa f. 4. 9. 10.

**THECA** a Cl. Inuentore l. c. incurua praedicatur: in binis vero exemplaribus mihi communicatis, operculo adhuc clausis, recta atque inuerse ouata f. 4. 10. in alio, dudum iam deoperculato ac euacuato, altero latere contractior erat. Immatura viret, matura cinnamomeum colorem contrahens.

**ANNVLVS** nullus.

**OPERCVLVM** conico-acuminatum; acumine pallido, diaphano, basi rubicunda f. 4.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim fissi, transuersim striati, amoene rubri, apicibus dilutissimis f. 10. 11.

**SEMINA** exilia luteola f. 12.

**Locvs:** Jamaica; vbi legit mihi que pro sua singulari beneuolentia cum proxime sequente communicauit Cl. D. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO** annosa.



D. Hedberg del.

FISSIDENS bryoides

F. 27



PLANTARUM ANALYTICA

Planta epiphytica, lignosa, ...

Racemus prostratus in ...

Folia ...

Florum ...

Fructus ...

Varietas ...

Fructus ...

Terra ...

Arborescens ...

Obliqua ...

Fructus ...

Arborescens ...

Fructus ...



Tubalis

## T a b u l a XXIX.

## FISSIDENS BRYOIDES.

*Fissidens bryoides*, trunculo simplici ut plurimum inclinato, foliis scalpelligiformibus acutis, alternis, pinnatim patentibus; thecis erectis.

*Hypnum bryoides* fronde simplicissima pinnata lanceolata apice pedunculifera  
LINN. Sp. pl. p. 1588. Syst. Veg. 950.

*Hypnum taxiforme* exiguum, versus summitatem capsuliferum, DILL. Hist. Musc. 262. t. 34. f. 1.

*Muscus polytrichoides*, exiguis capsulis in summis furculis, seu foliis subrotundis erectis VAILL Paris. 136. t. 24. f. 13. MORIS hist. 3. p. 629. f. 15. t. 6. f. 11.

*Muscus terrestris minimus*, foliis pennatim dispositis. BUXB. Cent. I. p. 44. t. 64. f. 3. (*Naturae minus respondens*.)

## Explicatio Tab. XXIX.

- Fig. 1. 2. 3. 4. 5. Plantulae masculae et femineae operculatae.  
6. Plantula mascula f. 1. floribus mere axillaribus; ad augmentum II.  
7. Plantula mascula florens femineaque frugifera, f. 2. theca operculata; ad augmentum II.  
8. Plantula alia frugifera, a latere visa f. 3. theca deoperculata; ad idem augmentum.  
9. Flos masculus alaris;  
10. Flos masculus terminans; } ad augmentum IV.  
11. Genitalia mascula;  
12. Genitalia feminea;  
13. Trunculi summitas cum vaginula, pedunculi particula adhuc residua; secundum augmentum III.  
14. Theca deoperculata }  
15. Peristomii dentes seorsim } ad augmentum IV.  
16. Semina

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS simplex longitudine paucarum linearum, at masculus e summitate florens semper minor femineo. Dilute viridis est, basi fuscidula, ut plurimum incuruus ac declinatus f. 1 — 5.

**RADICES** e basi prodeunt simpliciusculae, dilute fuscae, feminarum longiores ac paulo valentiores marium f. 6. 7. 8.

**FOLIA** scalpelliformia, lanceolata, alterna pinnatim vtrinque diuergentia, vasorum fasciculo rigido albido instruuntur; quem colorem etiam margo foliorum ad maxima augmenta ostendit \*); summa, praesertim femineorum truncorum, ut plurimum inflexa reperiuntur, f. 6. 7. 8.

**FLOS masculus** mere alaris f. 6. aut mere terminans f. 7. 10. Ille foliola perigonia\* habet quatuor aut quinque f. 9. nunc similibus communium intermixtis, nunc omnibus lanceolato-concauis: iste, si summa folia excipias, intra quorum duplicaturam residet, duo tantum possidet, a communibus non, nisi magnitudine, praeprimis vero duplicatura valentiore abundantia f. 10. Vterque genitalibus instruitur quatuor, paraphysibus carentibus f. 11. *Femineus* semper truncum terminans, quoad figuram externarum partium, similis est ultimo masculino, genitalibus sex, etiamnum absque paraphysibus instructus f. 12.

**CALYPTRA** exigua, viridans, summitate fuscidula, lateraliter finditur atque decedit.

**VAGINULA** brevis cylindrica virens, ad oram fuscilla f. 13.

**PEDUNCULVS** demum rubens, subrectus f. 7. 8.

**THECA** oblonga, e luteo viridula, aperta sub margine contracta f. 14.

**OPERCULVM** e basi conuexiuscula, amoene rubicanda, incuruato conoidem, f. 7.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim rubicundi transuersim striati bifidi, operculo detrufo viuacissime reflexiles; reuertentes vero vel ab adluente humida aura, longa dentium brachia intro vertunt ac in thecae ostium deprimunt, eo admirandae sapientiae Entis infiniti instituto, ut exserta rursus, sicca accommodissima disseminationis tempestate, seminula simul euellerent, traderentque aerae liberiori. Inde et est, quod tunc quasi gibbosa adpareant, suo loco relicta f. 7. decerpta vero atque in aquae guttula demersa, non more plurimarum specierum similibus machinulis instructarum, exportrigantur, sed basi ad minimum incuruentur f. 15.


**SEMINA** exigua viridantia dein fuscilla f. 16.

**LOCVS:** valles scrobesque umbrosas sylvarum et pomariorum, praeprimis amat. Hic Lipsiae ad Gonnewitz, in Pineto Lindenthal, horti Ape-liani ambulacrum Tiliis consitum.

**TEMPVS:** Vere thecas maturat, autumnio praecedentis anni impraegnatas.


**DVRATIO** annum non quidem excedere videtur; perdurat tamen in-nouando e basi nec non, quamuis rarius, e summitate.

\*) vid. meae Theoriae generationis et fructificationis plantarum cryptogamicarum, Petrop. 1784. t. II. f. 38. 41.



FISSIDENS *palmatus*

B



GYMNOSTOMUM *microstomum*

W. Hedberg del.

70 f

*Gymnostomum microstomum* R. Br.



## T a b u l a XXX.

A.

## FISSIDENS PALMATVS.

*Fissidens palmatus*, trunculo breuissimo subdecumbente; foliis  
 scapelliformibus acutis, pinnatim diuaticatis; thecis  
 cernuis.



*Hypnum palmatum* fronde simplicissima pinnata subpalmata, apice pe-  
 dunculifera, pinnis distantibus patentibus SWARTZ Prodr.

P. 140.

## Explicatio Tab. XXX. A.

Fig. 1. Plantulae natua magnitudine in terrae glebula.

2. Plantula mascula; secundum augmentum III.

3. 4. Plantulae femineae; ad augmentum II.

5. Genitalia mascula deflorata; ad augmentum III.

6. Vnum horum; ad augmentum IV.

7. Trunculi particula cum vaginula pedunculique basi; ad augmentum III.

8. Thecae deoperculatae extremitas cum peristomio; ad augmentum IV.

9. Peristomii dens seorsim; augmento IV.

10. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS masculae plantulae circiter semilinearis; femineus adultus frugifer vix lineam excedens, simplicissimus declinatus aut decumbens, dilute viret f. 7.

**RADICES** tenerae simpliciusculae, fuscae; maris tamen dilutiores feminae f. 2. 3. 4.

**FOLIA** scalpelliformia, lanceolata alterna pinnatim diuaticata; variorum fasciculo albido pelluceute f. 3. 4.

**FLOS masculus** semper terminat trunculum suum adeo exilem, vt totam plantulam ad maius augmentum f. 2. exhibendam esse arbitrarem, ac alterius sexus. Residet ille intra duplicaturam foliorum extimorum, vere perianthium constituentium: siquidem genitalia eius quatuor f. 5. paraphysibus destituta, fouentur foliolis ouato-lanceolatis concauis quatuor. *Femineus* genitalia habet sex exigua absque paraphysibus.

**CALYPTRAM** non vidi.

**VAGINULA** dilute viridis, vrceolata f. 7.

**PEDUNCVLVS** e basi reflexa recta adscendens, subinde fructu maturo rubens f. 3. 4.

**THECA** oblonga cernua, maturitate e viridi rufescit f. 3. 4.

**OPERCVLVM** e basi conuexiuscula, amoene rubente, longius rostratum, f. 3. 4.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** dentes sedecim rubri bifurci, brachiis longis, inaequalibus, tenerrimis f. 8. 9.

**SEMINA** exilia e viridi fuscilla f. 10.

**LOCVS:** Jamaica, vbi detexit Cl. SWARTZ mihiq̄ cum glebula terrae, Pisi minoris magnitudine communicauit. Quare terrestris.

**TEMPUS:**

**DVRATIO:**

**OBS.** Quamuis huius speciei flos masculus solummodo terminalis sit, tamen propter eximiam similitudinem cum praecedente, a qua praeprimis thecae directione differt, seiungere genere sustinui.

*T a b u l a* XXX.

B.

**GYMNOSTOMVM MICROSTOMVM.**

*Gymnostomum microstomum*, foliis e latiori basi lanceolatis siccitate crispulis; theca operculoque obliquis, ora exigua.

*Explicatio Tab. XXX. B.*

- Fig. 1. 2. 3. Plantulae nativa magnitudine.
- |  |                     |
|--|---------------------|
| 4. Plantula f. 1.                                      | } ad augmentum I.   |
| 5. Plantula f. 2.                                      |                     |
| 6. Plantula f. 3.                                      |                     |
| 7. Folium e mediis madore expansum                     | } ad augmentum III. |
| 8. Folium idem siccitate contractum ac crispatum       |                     |
| 9. Summitas trunci florida                             | } ad augmentum IV.  |
| 10. Genitale masculinum femineumque cum paraphysibus   |                     |
| 11. Vaginula foliumque summum; secundum augmentum III. |                     |
| 12. Calyptra; secundum augmentum II.                   |                     |
| 13. Theca operculata                                   | } ad augmentum III. |
| 14. Theca deoperculata                                 |                     |
| 15. Semina; ad augmentum IV.                           |                     |
| 16. alia; ad augmentum V.                              |                     |

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS exiguus tri - quadri - quinquelinearis, erectus, florens summitate viridis f. 9. denique totus fuscus f. 11.

**RADICES** primordiales longae, egregie radiculosae fuscae f. 5. 6.



## GTMNOSTOMVM MICRSTOMVM.

FOLIA communia e basi ampliore lanceolata patula f. 7. Summa linearia f. 11. cuncta vasorum fasciculo instructa, siccitate incuruata f. 8. crispantur. Color superiorum amoene viridis.

FLOS *masculus* truncum terminat, eiusque intra pauca et minutula admodum folia perigonia quatuor, reperi genitalia, cum paraphysibus filiformibus tenerrimis ac paulo longioribus aquei coloris f. 9. octenarium numerum non exsuperantibus: *Feminea* genitalia nunc masculis iuncta f. 10. nunc seorsim in acmi trunci, quoque paucissimis paraphysibus ditata, duo aut tria, defenduntur foliolis perigonalibus lanceolatis concavis f. 8.

CALYPTRA dilutissime fusca, lateraliter fissilis f. 12. secedensque.

VAGINULA cylindrica, nonnunquam altero latere tantillum arcuato, versus oram fuscidula, porro e luteo viridans est f. 11.

PEDUNCVLVS tenuis rectus, extremitate tantillum dilatata, eleganter e luteo viridulus f. 4. 5. 6. 13. 14.

THECA matura cernula, operculo adhuc tecta ouata, f. 13. deoperculata maximaque pro parte euacuata oblonga fit f. 14. et colorem ex oliuaeco lutescentem indipiscitur.

OPERCVLVM oblique conicum, nonnunquam etiam rectum, eiusdem cum pedunculo est coloris f. 13.

ANNVLVS nullus.


PERISTOMA nudum. Propter insignem similitudinem, quae hanc speciem inter atque *Weissiam controuersam* intercedit, per plures annos, a quo prima vice mihi occurreret, dubius haesi, ne imponeret tanta huius partis exilitate. Reiterata vero hoc ipso anno disquisitione studiosissima atque diremptione ipsorum operculorum bene multorum de suis thecis maturis detrusorum, illa quoque aboleta est suspicio, ne vna cum eodem abriperetur aperturae illud effiguratum munimentum; siquidem ne minimum vestigium denticuli aut alius machinalae inibi repererim.

SEMINA exigua e luteo fuscilla f. 15. 16.

LOCVS: Ambulacra sabulosa vmbrosa hortorum, madentia minusque trita. Sic nuper etiam in piscina lutosa exsiccata occurrebat. Cl. EHRHART quoque legit Hannonerae.


TEMPVS: ineunte vere floret; inualefcente vero thecas praecedente anno impraegnatas, maturat.

DVRATIO per plures annos.



GRIMMIA cubrofa  
Cocconidion cubrosum Spreng


B



BARBULA cista

Leptotrichum testaceum Hpe var. pusillum SE

1811



## T a b u l a XXXI.

A.

## GRIMMIA CRIBROSA.

*Grimmia cribrosa* trunco simpliciusculo; fol lanceolatis, confertim imbricatis patulis, summorum apicibus canis: Peristomii dentibus pertusis.

## Explicatio Tab. XXXI.

- Fig. 1. Nonnullae plantulae iunctim.
2. Plantula simplex absque innouatione, theca operculata.
  3. Plantula innouando diuisa demum sub fructu innouata; cunctae naturali magnitudine.
  4. Plantula f. 2. ad augmentum I.
  5. Folia duo; alterum ex aduerso, alterum a latere visum; ad augmentum III.
  6. Flos masculus et } ad augmentum IV.
  7. eius genitalia }
  8. Flos femineus in summitate trunci, perigonio cinctus; ad augmentum III.
  9. Calyptra ad secessum parata; secundum idem augmentum.
  10. Operculum; } ad augmentum III.
  11. Theca deoperculata; }
  12. Peristomii dentes duo; secundum augmentum IV.
  13. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS, vncialis circiter, simplicissimus erectus f. 2. si magis consueto modo simpliciter innouat, quod non, nisi pone summitatem facit, idem manet; si duplicem f. 3. aut triplicem ibi promit gemmam, bis terque diuisus fit, ac aegrius e densiori cespice extricandus, maxime propter teneritatem ac fragilitatem. Color fuscus

**RADICES** primiceras seu basilares plantae acceptae non habebant, utpote cespitulis non alte satis de loco natali abrais. Subsequentes vero in foliorum inferiorum alis reperi tenerrimas diuisas, fuscidulas F. 4.

**FOLIA** lanceolata, inferiora apice obtusiusculo ex consumto processu cano pellucente, quo superiora F. 4. 5. ornantur: qui tamen non e solo fasciculo vasorum, sed folii etiam summa pagina attenuata procedit. Alterne trunco eiusque diuisionibus adnectuntur, densius congesta, hinc imbricatim patentia; sicca adpressa. Summa viridia, reliqua in fuscidulum decolorata F. 4.

**FLOS masculus** in foliorum summorum alis, proximus femineo, e foliis perigonalibus sex ouato-lanceolatis f. 6. et genitalibus quatuor exiguis absque paraphysibus f. 7. compositus est, aegrius extricandus propter nimiam exilitatem. *Femineus*, qui summitatem tenet f. 8. folia perigonalia habet sex, quorum intima tunc tantum processu cano emicant et quasi paraphyses mentiuntur: genitalium autem numerum ternarium tantum reperi.

**CALYPTRA** fuscidula ventricosa, demum plicata: apertura in nonnullas lacinas diuiditur et recta abscedit f. 9.

**VAGINULA** vrceolata lutescens f. 11.

**PEDUNCVLVS** breuis luteolus f. 11.

**THECA** recta, ouata, e luteo rufescens, ora croescens f. 11.

**OPERCVLVM** conicum, extremitate pallida, truncata, versus inferiora rubens; luci aduersum vasculoso-reticulatum f. 10.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** dentes sedecim, amoene rubelli, foraminulis oblongis rotundisque varie pertusi, ceu reticulati f. 11. 12.

**SEMINA** exigua e luteo fuscidula f. 13.

**LOCUS:** Goslariae in petris detexit Dn. **PERSOON** belga, nec non Dn. **SCHRADER** in Hassiae monte Weisner; vterque in Cl. Acad. Goettingensi indefessus scrutator plantarum huius etiam Classis Linnaeanae. Perquam densos cespitulos, *Fissidentis puluinati* in modum format, terram egregie colligentes.

**TEMPVS:** circa ver floret, Majo opercula decutit.

**DVRATIO:** perennis.

## T a b u l a XXXI.

B.

## BARBVLA CVRTA.

*Barbula curta*, trunco lineari simplicissimo erecto; foliis alternis lanceolatis acuminatis; theca recta cylindrica, peristomio breui.

## Explicatio Tab. XXXI. B.

Fig. 1. Plantula theca operculata cum iuniore et

2. alia deoperculata; naturali magnitudine.

3. Plantula f. 1.

4. Plantula f. 2.

} ad augmentum I.

5. Folia; alterum e mediis, alterum e summis; ad augmentum II.

6. Vaginula; ad augmentum III.

7. Theca deoperculata, annulo adhuc residuo; ad augmentum III.

8. Operculum; ad idem augmentum.

9. Annuli particula; ad augmentum IV.

10. Particula de thecae summitate cum peristomii ciliis nonnullis; ad augmentum IV.

11. Peristomii cilia quatuor; ad augmentum V.

12. Semina; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS vnus, maximus duarum linearum, simplicissimus erectus, coloris rutilantis.

**RADICES** profunde fuscae subsimplices, secundariae solummodo ex ima basi paucae f. 2.

**FOLIA** inferiora exigua lanceolata patula, media lanceolata acuminata, basi adpressa, summitate madore subpatentia, summa longius acuminata erecta; cunctis alternis ac vasorum fasciculo instructis. f. 2. 3.

**FLOS masculus** in bene multis speciminibus, cunctis fructu iam maturo acceptis, nullus aderat, neque femineus. Illum terminalem esse, vel etiam exinde colligere licet, quod ipse Cl. SWARTZ, cui debeo, Barbulae nomine inscripserat. *Femineum*, itidem terminalem paucis genitalibus gaudere, suadet absentia infocundorum penes plusculas vaginulas, quas denudaui.

**CALYPTRA** mihi quoque non obuiam fuit.

**VAGINULA** longa, cylindrica, viridis, subinde e luteo fuscescens f. 6.

**PEDUNCVLVS** tantillum flexuose recta ascendens, carnei coloris f. 3. 4.

**THECA** oblonga recta, subinaequalis, maturitate e viridi rutilat, denique fusca fit f. 3. 4.

**OPERCVLVM** oblongo conicum, nunc rectum f. 8. nunc obliquatum f. 3. amoene rubet.

**ANNVLVS** tenerrimus f. 9. perita tantum suspensissimaque manu separabilis.

**PERISTOMIUM**, cilia sedecim gemina breuia, cunctis basi connexis, f. 10. 11. siccatate conniundo in summitate tortilibus f. 7. Egregie rubicunda sunt.


**SEMINA** pro thecae modulo mediocria, luteola f. 12.

**LOCVS**: terrestris; in Suecia lecta species.

**TEMPVS**:

**DVRATIO**: forte annua.

**OBSERVATIO.** Primo intuitu Didymodon (Ditrichum) *pufillum* Vol. I. t. 28. exhibitum, ipsissimum esse videtur. Differt vero 1. quod foliorum etiam summorum fasciculus ductulorum, ad summitatem vsque comitatur vtrinque paginae aliqua expansione 2. Praesentia annuli; atque hoc semoto 3. connexionione baseos cunctorum processulorum peristomii, id quod ad genuinum characterem Barbularum et Tortularum pertinet.



DICRANUM *novum*

*Onophorus virens* Brid.





Tabula XXXII.

DICRANVM VIRENS.

*Dicranum virens*, trunco erecto; foliis e basi subuaginate ac flexuosa longe acuminato-lanceolatis; thecis cernuis.



*Bryum virens* A&t. nov. Upf. Vol. IV. p. 241. *absque Dillenii definitione speciei.*

Explicatio Tab. XXXII.

- Fig. 1. Plantulae nonnullae congregatae; naturali magnitudine.
2. Planta ex innouatione duplici diuisa, altera diuisione pone pristinum florem demum innouata; naturali magnitudine.
3. Alia, innouatione simplici; naturali magnitudine.
4. Planta f. 2. } ad augmentum I
5. Planta f. 3. }
6. Folium tantillum aduersum } ad augmentum II
7. Folia a latere visa }
8. Genitalia feminea deflorata, residuis duobus fol. perigonalibus; ad augmentum II.
9. Thecae pars superior cum peristomio, humiditate contracto; ad idem augmentum
10. Peristomii dentes quinque; ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ex innouationibus annuis bi-triuncialis euadit, exque illis simplex f. 5. aut diuisus f. 4. erectum habet situm. Color inferne nigricans, abinde fuscus fere ad summitatem vsque.

**RADICES** primordiales non vidi; deinde vero, e trienni quadriennique trunco eiusque inprimis consumtorum foliorum vestigijs, succedunt aliae breuiiores egregie diuisae, fuscae f. 4.

**FOLIA** alterna conferata, supra basin valentiolem laxiuscule semivaginantem, ut plurimum varie plicatam hiantemque, paginam habent, marginibus saepe revolutis; abinde vero in carinam contracta longe acuminato-lanceolata figura, patent reflectunturque madore f. 6. 7. margine tunc versus summitatem ad maiora augmenta lenissime denticulato; sicca crispantur. Superiora laete virent, inferiora e luteo in fuscum nigricantemque colorem vergunt f. 4. 5. Ductulorum fasciculus ad summa fere fuscus.

**FLOS masculus** mihi deerat; procul dubio in distincto indiuiduo ter minimalis itidem ac *femineus*. Huius intra perigonialia folia sex lanceolata concaua, genitalia reperi quatuor, paraphysibus destituta f. 8.

**CALYPTRAM** non vidi.

**VAGINULA** cylindrica, longa, fusca.

**PEDUNCVLVS** mediocris.

**THECA** oblonga, cernua, vetustate fusca f. 4. 5.

**OPERCVLVM** cunctis meis speciminibus carebat, neque Cl. SWARZ in l. c. aliquam eius mentionem fecit.

**ANNVLVS?**


**PERISTOMIVM** dentes sedecim notabiles, rubri, supra mediam eorum partem incisi, f. 10. cruribus madore introflexis f. 9.

**SEMINA** e thecis diu iam deoperculatis, cuncta euolauerant.

**LOCVS:** in syluis Lapponiae et Finlandiae legisse l. c. scribit amicissimus SWARTZ, a quo mea exemplaria ipso illo triuiali insignita accepi, ut ita nullum dubium sit, hic datum Muscum eandem ipsam speciem, ibi indigitam esse.


**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.



DICRANUM aciculare

*Rhacomitrium aciculare* Brid



## T a b u l a XXXIII.

## DICRANVM ACICVLARE.

*Dicranum aciculare* trunco erecto, subdiviso; foliis confertis patulis subsecundis; theca operculoque aciformi, rectis.

*Bryum aciculare*, antheris erectis: operculo aciformi, foliis erectis subsecundis LINN. Sp. pl. 1583. Syst. veg. 948.

*Bryum montanum hemiheterophyllum*, operculis acutis. DILL. Hist. Musc. 366. t. 46. f. 25.

## Explicatio Tab. XXXIII.

- Fig. 1. Plantula innouatione simplici } naturali magnitudine.  
 2. Plantula innouatione duplici }  
 3. Plantula vetustate saepius innouata, hinc ramosior; naturali magnitudine.  
 4. Plantula f. 2.; ad augmentum 0.  
 5. Folium antice et  
 6. aliud a latere conspectum; ad augmentum II.  
 7. Trunci summitas cum flore masculo et pone eundem innouatione simplici; ad augmentum I.  
 8. Flos masculus alaris; ad idem augmentum.  
 9. Folium perigoniale intimum floris masculi; ad augmentum III.  
 10. Genitalia mascula; ad idem augmentum.  
 11. Genitalia feminea destorata cum intimo foliolo perigoniali; ad augmentum III.  
 12. Vnum horum genitalium; ad augmentum IV.  
 13. Theca calyptrata; ad augmentum 0.  
 14. Particula annuli; secundum augmentum IV.  
 15. Thecae deoperculatae summitas; ad augmentum III.  
 16. Dentes duo peristomii; ad augmentum IV.  
 17. Semina; ad idem augmentum.  
 18. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis semuncia paulo maior rectus, successiuis sibi inno-  
uationibus simplicibus f. 1. duplicibus f. 2. triplicibusque, altitudinem  
duarum triumque vnciarum acquirit, minus magisque ad innoationum ac-  
ceratis modulum diuisus; tunc saepe inclinatus. Fuscum habet colorem in-  
ferne nigricantem, qua parte veteranus sabulo obrutus saepius caluescit.

**RADICES** validiusculae fuscae.

**FOLIA** obtusifuscula-lanceolata concava, vasorum fasciculo satis notabili  
instructa, alterno situ dense truncum obuestiunt. Madentia altero latere  
erectiuscula, altero patentiora reflexaque; sicca adprimuntur quidem, atta-  
men et tunc, praepremis illa innoationum, magis ad vnum latus directa visun-  
tur. Horum viror in nigredinem vergit; seniorum in fuscum decoloratur.

**FLORES masculi** in proprio indiuiduo vtplurimum terminales f. 7. non-  
nunquam bini ternique conjunctim. Reperiuntur tamen etiam alares. Vter-  
que e foliis perigonalibus senis, concavis, vasorum fasciculo praeditis, exte-  
rioribus obtusis, interioribus acutis f. 9. atque genitalibus f. 10. quatuor vl-  
tra viginti, paraphysibus nullis, componitur. *Feminei* semper terminales,  
perigonalia foliola interiora habent oblongo lanceolata, genitalia autem octo,  
paraphysibus destituta f. 11. Attamen etiam isti vix non semper laterales ad-  
parent ex innoatione mox circa florescentiae stadium pone eosdem promoti.

**CALYPTRA** dilute fusca, recta, acuta, basi in nonnullas lacinias fissi-  
f. 13. recta decedit.

**VAGINULA** cylindrica viridis, margine fusco.

**PEDUNCVLVS** mediocris, ruber, tortilis.

**THECA** oblongo-ouata, viridis f. 4. 13. denique fuscescens.

**OPERCVLVM** subulatum, rectum, rubens.

**ANNVLVS** ruber fusco fimbriatus f. 14. aegrius solubilis.


**PERISTOMIUM** simplex, sedecim dentatum f. 15. dentibus angustis, bi-  
furcis, rubris, lenissime transuersim striatis f. 16.

**SEMINA** mediocria fusca f. 17. 18.

**LOCVS:** Saxa alueorum fluuiorumque montosorum. Mihi copiose  
obuiam fuit in faxis Muldae, vbi Arcem Rochsburg oppidumque Poenig in Sa-  
xonia praeterfluit.


**TEMPVS:** incunte vere thecae opercula dimittunt.

**DVRATIO:** perennis.



DICRANUM *ovalum*  
gemmae commutatae, Hab.

B



WEISSIA *Jurkiana*

*Pottia Jurkiana* cm



The first part of the document discusses the general principles of the law of nature, which are derived from the laws of God. It is stated that these laws are immutable and eternal, and that they are the foundation of all human laws. The text then proceeds to discuss the specific laws of nature, which are derived from the laws of God. It is stated that these laws are the same for all men, and that they are the same in all ages and in all places. The text then discusses the application of these laws to the various branches of the law, such as the law of property, the law of contracts, and the law of torts.

The second part of the document discusses the law of nations, which is derived from the laws of nature. It is stated that the law of nations is the same for all nations, and that it is the same in all ages and in all places. The text then discusses the application of these laws to the various branches of the law of nations, such as the law of war, the law of peace, and the law of commerce.

The third part of the document discusses the law of the individual, which is derived from the laws of nature. It is stated that the law of the individual is the same for all individuals, and that it is the same in all ages and in all places. The text then discusses the application of these laws to the various branches of the law of the individual, such as the law of family, the law of inheritance, and the law of personal injury.

Tabula XXXIV.

A.

DICRANVM OVALE.

Dicranum *ovale*, trunco erecto subsimplici ramosoque; ramis fastigiatis: foliis lanceolato-subulatis, pilo cano terminalibus: thecis ovalibus operculoque rectis.

Explicatio Tab. XXXIV. A.

- Fig. 1. Plantula ramosa, naturali magnitudine.
2. Diuisae plantae pars; naturali magnitudine.
3. Eadem ista; ad augmentum I.
4. Folium antice visum; secundum augmentum II.
5. Folium a latere visum; secundum augmentum II.
6. Summitas rami, residuo folio perigoniali vno, genitalibusque femineis defloratis; ad augmentum III.
7. Calyptra; ad augmentum I.
8. Theca deoperculata, annulo residuo, columnulaque extra peristomium prominulo; ad idem augmentum.
9. Thecae summitas, cum suo peristomio; ad augmentum IV.
10. Peristomii dens seorsim; ad augmentum IV.
11. Semina; ad idem augmentum.

HISTORIA ANALYTICA.

TRUNCVS ab initio vix semuncialis, simplex, unciam vltraque indispicitur altitudinem, inuolutionibus subinde proxime ad fructificantem summitatem vna f. 2. saepe pluribus actis, ac in ramulos promotis tunc arbusculi fastigiati figuram repraesentat f. 3.

**RADICES** breues simpliciusculae, fuscae f. 3. in veteranis e foliorum alis, denique etiam ad ramulorum basin oriundae.

**FOLIA** e lanceolata concava basi longe acuminata; acumine canaliculato; apice e ductulorum fasciculo ultra protenso, ceu pilo cano instructo f. 4. 5. deciduo in inferioribus, inde quasi obtusis f. 3. Iuniora amoene videntur, vetustiora fusca.

**FLOS masculus** terminalis. Huius duo foliola perigonialia intima ovato-lanceolata, concava, mutica, seu pilo destituta: genitalia sex: paraphyses nullae. *Feminei* folia perigonialia cuncta pilo multo longiori communium instructa, genitalia vero quatuor, itidem paraphysibus destituta sunt. f. 6.

**VAGINULA** albido viridis, ora fusca.

**CALYPTRA** exigua, acuta, fusca, basi in lacinas fissis f. 7. recta decedit.

**PEDUNCULVS** brevis, senio rutilans, non tortilis.

**THECA** recta, ovata, viridis, maturitate fuscescens f. 3. 8.

**OPERCULVM** e basi tantillum dilatata, rubente, obtuse acuminatum, rectum f. 3.

**ANNVLVS** ruber processulis dilutissimis, matura theca atque madente, sub operculi, columnulae apici adhuc cohaerentis ora profilientibus, f. 8.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim, ordine simplici, angusti, bifidi, lenissime transversim striati f. 9. 10. quorum de medio, mox a casu operculi, longius prominet columnula f. 8.

**SEMINA** mediocria fuscilla f. 11.

**LOCVS:** Densus saepe etiam latioribus caespitulis, more *Fissidentis pulvinati* cohabitantem olim reperi in faxis montis retro Opus colorarium Zschopenthal, et abinde in montosis versus Augustusburg Saxoniae superioris.

**TEMPVS:** primo vere thecas maturat.

**DVRATIO:** perennis.

**OBSERVATIO 1.** Varietatem thecis magis oblongis, foliis lutescentibus legi etiam ibidem versus Augustusburg, nec non ad Langelungwitz comitatus Schoenbürgensis in lapidibus calcareis chistaceisque.

**OBSERVATIO 2.** Proxime habitu ad *Bryum verticillatum* Linn. accedit, pro eoque olim habui. Cum vero secundum Dillenii descriptionem, huius folia pilo cano plane careant, pedunculique, etiam Linnaeo teste, egregie torqueantur, omnino ab eodem differt.

Tabula XXXIV.

B.

WEISSIA STARKEANA.

Weissia *starkeana* trunco lineari, foliis lanceolato acutis, apiculatis; theca ovata recta operculo obtuse conico.

Explicatio Tab. XXXIV. B.

- Fig. 1. Plantulae duae simplices, altera deflorata, altera frugifera, theca operculata; naturali magnitudine.
2. Plantula innouata, theca matura deoperculata; naturali magnitudine.
3. Plantulae f. 1. }  
 4. Plantula f. 2. } ad augmentum I.
5. Folium inferius decoloratum }  
 6. Folium e superioribus } ad augmentum II.
7. Summa particula alterius plantulae f. 1. 3. cum impraegnato genitali femineo hinc grossificato; ad augmentum III.
8. Calyptra; ad augmentum II.
9. Theca maturitati proxima, operculata; ad augmentum II.
10. Theca deoperculata; ad idem augmentum.
11. Thecae summitas cum peristomio; ad augmentum IV.
12. Semina; ad idem augmentum.
13. Alia; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS vix lineari maior f. 1. 2. simplex, pone summitatem innouans f. 4. colorem mature crocescentem indipiscitur.

**RADICES** tenerrimae albiae subsimplices, comae ad instar e basi natali solo immerfae f. 3. 4.

**FOLIA** acute lanceolata, apiculata e ductulorum fasciculo tantillum prominente, margine inflexo; imbricato patula; inferiora fenescendo amoene rutilantia, summa viridia f. 3. 4.

**FLORIS masculi** in meis exemplaribus cunctis frugiferis, ne vllum vestigium reperi, hinc procul dubio terminalis itidem ac *femineus*, genitalium saltem duorum f. 7.

**VAGINULA** cylindrica fusca.

**CALYPTRA** fusca, lateraliter fissa secedensque f. 8.

**PEDUNCVLVS** rectus, viridis, deinde rutilans f. 3. tandem totus fere ruber f. 4. siccitate tortilis.

**THECA** oblongo-ouata, recta, ante plenariam maturitatem amoene viridis f. 3. 9. deinde fusca f. 4. 10.

**OPERCVLVM** obtusum conoideum, theca adhuc viridi crocescens f. 3. 9.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim simplici ordine, dilutius profundiusque crocei, transuersim striati f. 11.

**SEMINA** exigua fuscilla, ad maiora augmenta tenerrimis spinulis exasperata f. 12. 13.

**Locvs:** luto exiguis acruulis inter *Gymnostomum truncatum*, in piscina ad Grosz-Tschirma pone Lissam polonicam ao. 1790. detexit Reuerendus STARKE, cuius igitur in memoriam Starkeanam cognominavi.

**TEMPVS:** Autumno maturat.

**DVRATIO:** perennans.



WEISSIA *acuta*

*Blindia acuta* B.E.

111



Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text lines, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Tabula XXXV.

WEISSIA ACUTA.

Weissia acuta, trunco tenui, subsimplici erecto: foliis carinato  
 subulatis, madore patentiusculis: thecis rectis  
 ovatis.

Bryum pilosum (sphagni) subulati facie. DILL. Hist. Musc. 774. t. 48.  
 f. 34.

Explicatio Tab. XXXV.

1. Planta simplex frugifera innouataque; naturali magnitudine.
2. Planta semel diuisa; naturali magnitudine.
3. Plantae plures confertim exhibitae; etiam naturali magnitudine.
4. Planta f. 1; ad augmentum I.
5. Folium antice conspectum;
6. Aliud a latere conspectum; } ad augmentum III.
7. Flos masculus defloratus, cum particula innouationis pone eundem promata; ad augmentum II.
8. Genitalium masculorum duo cum filiis succulentis; ad augmentum III.
9. Trunci frugiferi particula cum vaginula, genitalibus feminis sterilibus, folio, olim perigoniali et innouatione ad basin huius orta; ad augmentum II.
10. Extima thecae pars cum peristomio; ad augmentum III.
11. Peristomii dentes duo seorsim; ad augmentum IV.
12. Semina; ad idem augmentum.



## HISTORIA ANALYTICA.

NXXX 0 1 0 0 0 7

**T**RUNGVS tener simplex, innouatione nonnunquam duplici f. 2. aut triplici, vel a summitate plane sterili, vel florem tenus f. 4. 7. 9. oriunda, bifidus trifidusque fit. Ex his altitudinem biuncialem triuncialemque indipitatur. Senescendo in colorem plus minus croceum vergit.

**RADICES** meis plantulis cunctis deerant.

**FOLIA** canaliculato subulata f. 5. sparsa, in summitate confertiora, ductulorum fasciculo rigidiusculo pollent; vnde, quamuis ad DILLENII mentem, capillaria adpareant nudo oculo, non crispantur siccitate, sed apprimuntur adeo vt cacumina truncorum inde acuta adpareant. Madore recurua incuruataque, patentiusecula fiunt. Color e luteo amoene viridis f. 5. 6. inferiorum fuscidulus. f. 4.

**FLOS masculus** terminalis, subinde saepius ex innouatione ad eius basin oriunda demum lateralis adparens f. 7. perigonium habet hexaphyllum; foliis duobus intimis ouato-lanceolatis concavis: genitalia vero sex, perpaucis paraphysibus filiformibus stipata. **Feminineus** itidem terminalis ac innouatione circa maturationem fructus promotus, lateralis visus, genitalia fouet quatuor cum paraphysibus intra folia perigonialia lanceolata, quarum fasciculus ductulorum summitatem paginae subinde longius excedit; vid. f. 9.

**VAGINULA** curuato-cylindrica, denique fuscescit f. 9.

**CALYPTRA** aberat: DILLENIVS subfuscam praedicat.

**PEDUNCVLVS** mediocris, ruber, ad extremitatem virens non tortilis.

**THECA** sicca subrotunda quidem, madens vero oblongo-ouata, maturitate e luteo fusca.

**OPERCVLVM** e latiori basi in cuspidem productum.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim, rubri, transuersim striati f. 10. 11.

**SEMINA** exigua fusca.

**LOCVS:** Anglia; in monte Snowdon legit DILLENIVS, Ego inde accepta specimina beniuolentiae debeo cum b. LIGHTFOOT Bryum acutum inscripta, tum DICKSONI, inscripto numero tabulae et figurae dilleniiani operis.

**TEMPVS:** Augusto thecas maturat.

**DVRATIO:** perennis.



**Tabula XXXVI.**

**DICRANVM AMBIGVVM.**

**Dicranum ambiguum**, trunco simplici recto: foliis lanceolatis longius aristatis, quadrifariam imbricatis: theca scrophulo-fulo-longicolla.

**Explicatio Tab. XXXVI.**

- Fig. 1. Plantulae congregatae; magnitudine naturali.
- 2. Individuum segregatum; naturali magnitudine.
- 3. Plantula f. 2; secundum augmentum I.
- 4. Folium commune; ad augmentum II.
- 5. 6. Folia perigonia prillina; ad idem augmentum.
- 7. Flos masculus; ad augmentum II.
- 8. Calyptra; ad augmentum I.
- 9. Thecae extrema pars cum peristomio, particulaque annuli in dextro latere; residua; ad augmentum IV.
- 10. Semina; ad idem augmentum.

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS circiter vncialis, simplex, rectus, senio fuscus, tener ac fragilis adeo, vt vix e congregatione peregrinis rebus irretita, vnus totus separari queat.

**RADICES** quas in cespitulo accepto detegere poteram, paucissimae in-tererant tenerrimae albae, vtpote illo non satis profunde euulso.

FOLIA quadrifariam quasi imbricata, lanceolata sunt, frugiferorum truncorum fordide e luteo virentia, ductulorum fasciculo fusco longius extra apicem, aristae ad instar producto patula f. 3. 4.

FLOS masculus f. 7. terminalis foliolorum perigonalium sex. Genitalia vetustate adeo in hoc vno praesente corrupta erant, vt impossibile esset, numerum consequi. Feminus itidem terminalis, folia perigonalia habet oblongo lanceolata virentia concava f. 5. 6. denique perichaetium Dil- lenij eximium constituentia f. 3. genitalia vero quatuor, paraphysibus quam tenerrimis paucissimisque stipata.

VAGINULA exacte cylindrica e luteo-fuscella.

CALYPTRA pallide fufcescens, lateraliter fissilis secedensque f. 8.

PEDUNCVLVS longus, tener senio quoque dilute viridis f. 3. aut lu- teolus, siccitate tortilis.

THECAE ouatae cavitas, suppositam habet apophysin collum longius ad basin strumulosum aemulantem. Illa maturitate e luteo rufescit; haec dilutius colorata est. f. 3.

OPERCVLVM e conoidea basi longius oblique rostratum: rostro lu- tescente; basi amoene rubra f. 3.

ANNVLVS tenerrimus, matura theca perquam elasticus fit madore ac- cedente, operculum illico detrudens. F. 9. eius aliqua particula residua adhuc conspicibilis.

PERISTOMIVM simplex dentes efficiunt sedecim bifidi rubri, transuer- sim striati, basi connexi \*) f. 8.

SEMINA maiuscula, opaca fusca f. 3.


LOCVS: in vdis palustribus Sueciae, Cl. D. SWARTZ cuius beniuo- lentiae debeo, legisse singularem hanc speciem colligere licet ex intermi- ttis in caespitulo ramentis Tremellae aut Conferuae cuiusdam.

TEMPVS :

DVRATIO :


### Tabula

\*) Hoc momento discedit quidem a reliquis speciebus Dicrani, utpote peristomio dentibus 16. basi disiuncta instructo. Cum vero nexus ille non nisi sub lentibus augmentioribus sese manifestet, atque dentes post operculi casum, exacte morem Dicranorum seruent, malui *ambiguum* cogno- minare, quam generum numerum idcirco demum augere. Probe etiam tenendum est, den- tium brachia, praecipuis in sicco peristomio, adeo sibi appropinquari, vt facile pro simplicibus habeas, nisi augmentioribus vitris in guttula aquae lustraueris.



DICRANUM *ambiguum*

*Prematodon ambiguum* Hedw.



*Tabula XXXVI.*

**DICRANVM CERVICVLATVM.**

*Dicranum cerviculatum*, trunco exiguo simplici; foliis e lanceolato longius acuminatis concavis: thecis ouatis, subobliquis superis apophysi exigua.

*Explicatio Tab. XXXVI.*

- Fig. 1. Plantulae duae; naturali magnitudine.
2. 3. Vtraque exhibita secundum augmentum I.
  4. Folia duo e superioribus; ad augmentum II.
  5. Folium perigonii feminei.
  6. Summa particula trunculi cum vaginula.
  7. Theca deoperculata; ad augmentum III.
  8. Peristomii dentes duo seorsim; ad augmentum IV.
  9. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS femuncialis simplex, erectus, totus fere rutilans.

**RADICES** primordiales non habui; succedaneae simplices breues, tenerrimae dilute fuscae f. 3.

**FOLIA** inferiora minutula lanceolata, superiora oblonge lanceolata concava, longius acuminata, madore patentia aut in vnum latus flexa f. 2. sicca adpressa neque crispabilia, quamuis vasorum fasciculo destituta. Color dilute viridis.

**FLOS masculus** inter paucula specimina accepta nullus aderat quidem; pro certo tamen coniiere licet, terminalem esse, cum in nullo vel minimum eius vestigium intra foliorum alas detegere potuerim. *Femineus* quoque terminalis, intra foliola perigonialia quatuor ex ouata concava basi in longum mucronem producta f. 5. genitalia recondit tria aut quatuor, paraphysibus succulentis destituta f. 6.

**VAGINULA** cylindrica, altero latere ventricosulo f. 6.

**CALYPTRA** mihi caruit.

**PEDUNCVLVS** longus, rectus aut flexuosus, pallidus.

**THECA** ouoidea, altero latere contractiore hinc obliqua in apophysi exigua, maturitate e luteo fuscilla f. 2. 3. 7.

**OPERCVLVM** e latiori basi subulatum obliquum f. 2. 3. basi amoene rubens.

**ANNVLVS** nullus.


**PERISTOMIVM** simplex; dentes sedecim lenissime ad vnam tertiam fissi f. 8. brachiis appropinquatis adeo, vt facile incauto his destituti videri possint.

**SEMINA** exigua fuscilla f. 9.

**LOCVS:** in Suecia lectam accepi a D. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:**




DICRANUM *cerviculatum*  
*var. micella cerviculata* Schp.

B



TRICHOSTOMUM *glaucescens*  
*Leptotrichum glaucescens* Hbkd.





Tabula XXXVII.

TRICHOSTOMVM GLAVCESCENS.

Trichostomum glaucescens trunco erecto subramoso: foliis acuminato lanceolatis, glaucescentibus: thecis rectis.

Explicatio Tab. XXXVII. B.

- Fig. 1. Planta forte mere feminea simplex fructifera, theca operculata; naturali magnitudine.
2. Planta hermaphrodita, deflorata; naturali magnitudine.
3. Similis thecis etiam maturis praedita; naturali magnitudine.
4. Planta f. 1; ad augmentum I.
5. Planta f. 2; ad idem augmentum.
  - a. a. flores masculi.
  - b. flos femineus.
6. Planta f. 3; secundum augmentum I.
  - a. a. flores masculi.
  - b. femineus flos.
7. Folium mediae magnitudinis; ad augmentum II.
8. aliud e superioribus;
9. Genitalia mascula euacuata; secundum augmentum III.
10. Genitalia feminea deflorata cum residuis duobus foliis intimis perigonalibus; ad idem augmentum.
11. Thecae deoperculatae summitas cum peristomio; ad augmentum IV.
12. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS femuncialis vncialique etiam maior, erectus, competentem generationi proceritatem indeptus, ut plurimum diuiditur pone superiorem sui partem in ramum vnum, alterum aut vltra, nonnunquam masculo flore tantum vt f. 4. aut masculo femineoque appropinquatis f. 6. a. b. onustum: itaque species hermaphrodita. \*) Color senio rubellus.

**RADICES** baseos simpliciusculae fig. 5. valentiores, coma radiculosa densiuscula demum supra eandem succedente fig. 5. 6. cunctis fusco colore tinctis.

**FOLIA** inferiora squamulaeformia, inuicem remota; superiora oblongo-lanceolata f. 7. 8. alternatim conferta, madore patula, ficitate adpressiuscula absque crispatione. Cuncta ductulorum fasciculo instructa et sicca aequae ac madida singulari glaucescente colore fucata.

**FLORES masculi** ut plurimum pone femineum promoti, aequae ac iste terminales sunt. Illius genitalia numerantur sex f. 9. huius octo f. 10. nullius paraphysibus succulentis sociata.

**VAGINULA** cylindrica.

**CALYPTRA** mea specimina defutura erant.

**PEDUNCVLVS** rectus mediocris, luteo-uiridulus, demum inferne rutilans f. 4. 6. tortilis.

**THECA** oblonga f. 4. euacuata ovalis f. 6. maturitate fuscidula.

**OPERCVLVM** oblique conicum rubellum f. 4.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** dentes sedecim e basi exigua bifidi, rubentes, transversim striati f. 11.

**SEMINA** exigua fuscilla f. 12.

**LOCVS:** in alpinis Sueciae legit ac communicauit Cl. D. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO** per plures annos.

Tabula

\*) Planta hermaphrodita aut si mauius gynandra mihi est illa, quae flores profert distinctos sexualibus monophyta Ludwigio, Linnaeo monoecia.

*T a b u l a* XXXVIII.

A.

MNIUM SPHAERICARPON.

Mnium *sphaericarpon*, trunco vnciali radiculoso: foliis subimbricatis, postice muricatis: theca sphaerica, oblique pedunculo imposita.

Mnium *sphaericarpon*, furculis erectis tomentosis filiformibus, ramis simplicibus fasciculatisque terminalibus, foliis capillaceis, capsulis sphaericis SWARTZ Prodr. p. 139.

*Explicatio Tab. XXXVIII. A.*

- Fig. 1. Plantae aliquot masculae.
2. Planta feminea fructu perfecto ad extremitatem ramulorum a. a. florifera; naturali magnitudine.
  3. Summitas trunci frugifera; naturali magnitudine.
  4. Ista; ad augmentum I.
  5. Folium antice et
  6. Folium postice conspectum; ad augmentum IV.
  7. Flos masculus; ad augmentum II.
  8. Genitale masculum exantlatum, cum paraphysibus; ad augmentum IV.
  9. Duo genitalia feminea cum suis paraphysibus; secundum idem augmentum.
  10. Dens peristomii externi
  11. Particula peristomii interni
- } secundum augmentum IV.
12. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ab vncia vna ad tres vel quatuor, variae magnitudinis e continua innouatione. Masculus vero f. 1. semper maior, simplici, tenerior femineo, qui de summitate pone florem ramos tres f. 2. quatuor f. 3. plures agit, eundem morem seruantes, abeuntesque sic denique in novos truncos. Color veterani crocescens.

**RADICES** primordiales mea specimina non habebant. Quoniam vero et rami iuniores, maxime femineorum truncorum, ex alis foliorum succedaneas emittant f. 4. fit, vt veterani coma radiculosa denique obtegantur, coloris ferruginei.

**FOLIA** lanceolato-acuminata, concaua, denticulata ad maiora augmenta; hispidula supina superficie vna cum ductulorum fasciculo f. 6. prona glabra. Inde perceptibilis inter digitos stridor, dum plantulae submersae in aqua ab inuicem dimouentur. Iuniorum color amoene e luteo virescens, veteranorum fuscus.

**FLORES masculi** terminales; occurrunt tamen etiam, ex innouatione abinde oriunda laterales adparentes. Perigonialia folia a communibus, solummodo inferiore parte valentiore ac magis concaua, differunt; quibus concluduntur genitalia sedecim, paraphysibus filiformibus, lenissime clauatis ditata f. 8. *Femineus* flos, vel in trunco primordiali, vel ramis duobus, tribus quatuor, circa eundem f. 1. a. a. vt in *M. fontano*, oriundis, terminalis, genitalia f. 9. illis multo plura fouet cum paraphysibus filiformibus.

**VAGINULA** oblonga, ventricosa, fusca.

**CALYPTRAM** non vidi.

**PEDUNCVLVS** mediocris longitudinis, rectiusculus, in meis speciminibus dudum exsiccatu fuscus, non tortilis f. 4.

**THECA** sphaeroidea obliqua seu cernens, emerita fusca f. 4.

**OPERCVLVM** cunctis deerat.

**ANNULI** nec vllum vestigium.

**PERISTOMIUM** serie duplici. Externum dentes sedecim, rubri transversim striati f. 10. internum membrana sulcata, processibus totidem bifidis, ciliis nullis interpositis f. 11.

**SEMINA** exigua fusca f. 12.

**LOCUS:** Iamaica, vnde adlatam mihi communicauit Cl. D. SWARTZ.

**TEMPVS:**


**DVRATIO:** perennis.

**OBSEVRATIO.** Adeo similis est haec species Mnio *Marchico* Vol. II. t. 39. vt primo obtutu pro eius varietate minore foliisque tenerioribus instructa haberem. Differre autem omnino, me docuit praepriis marginis ac superficiiei posterioris foliorum exactior disquisitio.




*MNIUM sphaerocarpon*  
*Philonotis sphaerica* (Sw) Brid

B



*BRYUM pulchellum*

*Wetmorea pulchella* (Hedw) Schy



Tabula XXXVIII.

B.

BRYUM PULCHELLUM.

*Bryum pulchellum*, trunco exiguo erecto, foliis lanceolatis integerrimis; thecis subrotundis pendulis.

Explicatio Tab. XXXVIII.

- Fig. 1. Plantulae frugiferae; naturali magnitudine.
- 2. Eaedem; ad augmentum I.
- 3. Plantula deflorata, cum innouatione pone florem; ad idem augmentum.
- 4. Plantula mascula florida; secundum augmentum I.
- 5. Folium e mediis } ad augmentum II.
- 6. Aliud e superioribus }
- 7. Flos masculus; ad augmentum II.
- 8. Genitalia nonnulla inde deprompta; ad augmentum III.
- 9. Floris feminei genitalia sterilia circa impraegnatum calyptramque inde solutam prominulam, residuo folio perigoniali; ad augmentum III.
- 10. Peristomii externi dentes duo; ad augmentum IV.
- 11. Peristomii interni particula; ad idem augmentum.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS lineae vnius aut duarum, erectus, simplex, raro forsitā pone summam, ut f. 3. ramulum innouantem promouens; fuscorutilante colore tinctus est.

**RADICES** tenerae, simplices, eiusdem coloris f. 2. 3.

**FOLIA** inferiora lanceolata, alterna, remota, patula, superiora oblongo-lanceolata, conferta; erecta f. 2. 3. 4. 5. 6. ductulorum fasciculo instructa, amoene virent.

**FLOS masculus** terminalis f. 4. intra foliola perigonialia quatuor ovato-acuta, concaua, rutilantia, intimo tenerrimo ac ductulorum fasciculo carente, recondit genitalia sedecim, paraphysibus fere nullis \*) *Femineus* genitalia habet numerosa, paucioribus paraphysibus filiformibus sociata f. 9.

**VAGINULA** cylindrica.

**CALYPTRA** angusta lutescens f. 9.

**PEDUNCVLVS** longus, rutilans, flexuose ascendens, summate attenuata incuruata, extremo incrassato f. 2. matura theca siccescens, tortilis est.

**THECA** vrceolata, e pedunculi curuatura pendula, maturitate e luteo in dilute cinnamomeum colorem vergit f. 2.

**OPERCVLVM** non vidi.

**ANNVLVS?**

**PERISTOMIVM** duplex. Externum dentes sedecim lutescentes, transuersim fuscescentibus striis notati f. 10. Internum membrana tenerrima alba, sedecim sulcis totidemque processibus pyramidato-perforatis, hisque interpositis ciliis instructa f. 11.

**SEMINA** ex omnibus thecis speciminum meorum euolauerant.

**LOCVS:** In Lapponia lectum mihi beneuole communicauit Cl. D. SWARTZ.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** forte perennis.

*Tabula*

\*) Quinque circiter paraphyses, quae vno masculino flori, ad manus meas peruento, inerant, breuiores genitalibus tenerrimasque reperi.



1



2



3



11



10



12



8



9



7




6



WEISSIA nigra

Celsoquium nigritum Boid.





## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis procul dubio simplex, femuncialis circiter, in-  
novationibus ad summam saepe duabus f. 4. imo et tribus, di-  
uisus, biuncialis triuncialisque fit. Color profunde ferrugineus, vetu-  
state nigrescens.

**RADICES** primordiales non vidi. Succedaneae ex ala ramenti, folio-  
rum vetustate consumtorum oriundae, tenerrimae, simpliciusculae, saepius  
confertae, e fusco lutescentes ac gelatina luteola quasi irretitae cernuntur  
in planta aquae submersa f. 3. 4.

**FOLIA** ovato-acuminata, concava, ductulorum fasciculo egregio in-  
structa f. 6. confertiuscula, madore patent, siccitate adpresso-imbricata  
sunt. Cumque cuncta sordide e nigro-virescant, totam plantam quasi ni-  
gro colore induunt.

**FLOS masculus** in proprio individuo terminalis, intra folia perigonia-  
lia sena, e rotundato-concava basi longius subulata, recondit genitalia se-  
decim amoene viridia ante deflorationem, sociataque paraphysibus succulen-  
tis crassiusculis pallidissimis f. 7. In *femineo* non nisi duo genitalia f. 8. re-  
peri, paraphysibus destituta.

**CALYPTRA**, quam deiectam inter acervulos inveni, angusta, ceu di-  
mediata, tenuis, fusciduli coloris erat f. 9.

**VAGINULA** oblonga.

**PEDUNCVLVS** fere vncialis f. 1. 3. e rubro nigricans f. 5. tortilis.

**THECA** matura sphaeroidea, cernua, exigua, nigra, splendens, f. 1. 3. 5.  
Paries rigidula fragilis.

**OPERCVLVM** convexum cum exiguo acumine.

**ANNVLVS** nullus.


**PERISTOMIVM** simplex, denticulorum sedecim exiguorum, madore  
fuscescentium f. 10. 11. siccitate dilutius theca nigrescentium.

**SEMINA** maiuscula, laevia, fusca f. 12.

**LOCVS:** Circa Oberdorf Algouiae, argillofis humentibus locis copio-  
se legit mihiq; communicavit benevole Cl. M. FROELICH.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** perennis.



SPLACHNUM *fauchianum*  
*Association Tricelhamus gurd. et am.*


11

# PLANTAE

The first part of the book is devoted to the description of the plants of the island of Java. The author has collected a large number of specimens, and has given a detailed account of their habits, and the uses to which they are put. The second part of the book is devoted to the description of the plants of the island of Sumatra. The author has collected a large number of specimens, and has given a detailed account of their habits, and the uses to which they are put.



The third part of the book is devoted to the description of the plants of the island of Borneo. The author has collected a large number of specimens, and has given a detailed account of their habits, and the uses to which they are put. The fourth part of the book is devoted to the description of the plants of the island of Celebes. The author has collected a large number of specimens, and has given a detailed account of their habits, and the uses to which they are put.



*Tabula XL*  
**SPLACHNUM FROELICHIANVM.**

*Splachnum froelichianum*, trunco erecto simplici subditifloque  
per innouationes: foliis inferioribus linguaeformibus; su-  
perioribus spatulatis, obtusis: apophysis thecae  
obliqua inuerse conica.

Flos cum mare magnus f. 8. cum hermaphroditus f. 7. terminalis.  
Iste genitalis virgini; iste masculus pariter, f. 6. ut habet: uterque  
paraphyses clavae instructus. Trigoniis confertum foliis summis.

*Explicatio Tab. XL.*

- Fig. 1. Planta frugifera, theca maturitati proxima; naturalis magnitudinis.
- 2. Planta similis, theca matura deoperculata; naturalis magnitudinis.
- 3. Planta f. 1. } secundum augmentum I.
- 4. Planta f. 2. }
- 5. Folium ex inferioribus et
- 6. e superioribus; utrumque ad augmentum II.
- 7. Flos hermaphroditus, dudum defloratus; genitalibus duobus femineis impraegnat-  
tis grossescens; ad idem augmentum.
- 8. Flos masculus; ad augmentum III.
- 9. Genitale masculum, paraphyses duae scorsim; secundum augmentum IV.
- 10. Theca operculata, maturitati proxima; ad augmentum II.
- 11. Thecae deoperculatae summa pars cum peristomio; ad augmentum III.
- 12. Dentes peristomii duo, adneci particulae de theca; ad augmentum VI.
- 13. Semina; ad idem augmentum.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primordialis floridus simplex semuncialis, subinde innouatione plerumque pone florem, praepremis duplici oriunda, diuisus adparet f. 4. residuoque bienni vel biuncialis emadit. Color dilute croceus demum fuscus.

**RADICES** basillares valentiores succedaneis, iam e trunci annotina innouatione inchoantibus f. 4. Illae radiculosae; istae simpliciusculae longae rectiusculae sunt. Color omnium fuscus.

**FOLIA** inferiora rotundato-linguaeformia decolora f. 5. remotiuscula f. 4. superiora spatulata, obtusa, imbricata, amoene viridia f. 6. propter globulos parenchymatosos ad connexiones areolarum retis vasculosi, nodulosa per augmenta adparent f. 6. Vtraque concaua.

**FLOS** cum mere *masculus* f. 8. tum hermaphroditus f. 7. terminalis. Ille genitalia viginti; iste *mascula* pauciora, *feminea* sex habet: vterque paraphysibus clauatis instructus. Perigonium constituunt foliola summa.

**CALYPTRA** mea specimina destituta erant.

**VAGINULA** oblonga, gibbula, viridis, ora fusca.

**PEDUNCVLVS** mediocris longitudinis, recta, saepe etiam flexuosule ascendens, denique croceus fit f. 3. 4. non tortilis.

**THECA** immatura amoene viridis, oblique oblongo-pyriformis. Luci aduersa, loculum feminalem ouatum, breuissimo pedunculo, apophysi obconica sustentatum exhibet. f. 3. 10. Matura operculo decusso fusca fit ac cernua f. 4. apophysi tunc magis conspicua.

**OPERCVLVM** obtuse conoideum, dilutius theca virens f. 3. 10. detru-  
sioni proximum in summitate lutescit f. 10.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** octo paria dentium luteorum, lenissime transuersim striatorum f. 11. 12. siccitate nunquam, vt in reliquis speciebus, reflexorum, sed ectorum.

**SEMINA** fusca, lenissime punctulata f. 13.

**LOCVS:** in alpibus tyrolensibus, Nockerjoch prope Oenipontum, nec non Styriae superioris pone Neomontium *auf der Schneecalpe*, rimis rupium inhabitantem, superiori anno primus elegantem hanc speciem detexit Dn. M. FROELICH mihi que beneuole communicauit.

**TEMPVS:** incunte autumnno.

**DVRATIO:** perennis.

PRÆFATIO

**DESCRIPTIO ET ADVMBRATIO**  
**MICROSCOPICO-ANALYTICA**  
**MVSCORVM**  
**FRONDOSORVM**

NOVORVM DVBIISQVE VEXATORVM

**VOLVMEN QVARTVM**

---

AVCTORE

**D. IOANNE HEDWIG**

PROFESSORE BOTANICES. ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM, REGIAE  
SCIENTIARVM HOLMIENSIS SOCIETATISQVE LONDINENSIS MEMBRO; PHYSIOPHYLORVM  
BEROLINENSIVM TVRICENSIVMQVE, MEDICO-CHIRVURGICAE TVRICENSIS, OECONO-  
MICARVM LIPSIENSIS, ET MARCHICO-BOSTAMENSIS, MATHEMATICO-  
PHYSICAE ERFORTENSIS SODALI.

---

**LIPSIÆ**  
**IN BIBLIOPOLIO GLEDITSCHIANO.**

M D C C X C V I I.

DESCRIPITIO ET ADUMBRATIO

MICROSCOPICO-ANALYTICA

MUSCORVM

FRONDOSORVM

NOTORVM DIVERSORVM VEXATORVM

VOLUMEN QVARTVM

AUCTOR

D. JOHANNES HEDWIG

PROFESSORE BOTANICES, ACADEMIE IMPERIALIS NATURAE HISTORIAE REGIAE  
SOCIETATVM HOLMENSIS SOCIETATISQUE LONDINENSIS MEMBRO; PHYSICORVM  
BEROLINENSIVM TURICENSIVMVE, MEDICO-CHIRURGICAE TURICENSIS, OCCO.  
MISARVM LIPSIAENSIS, ET MARCHIONO-BOTANICIS, MATHEMATICO  
PHYSICAE ERDRENSIS SOCIATA

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO GLEDITSCHIANO

MDCCLXXII

## P R O A E F A T I O.

**S**ic igitur finitum nunc est etiam quartum et vltimum volumen hujus operis, quamquam serius, ac quidem conceperam crederemque, dum id idem ordire. Confido tamen, me praeterea promissis stetisse, quoad fieri potuit, fideliter.

Quas per cuncta ejus volumina delineatas et analytice enodatas exhibui species plantarum cryptogamicarum Linnaei, complent numerum nonagesimum ultra centum. Centum videlicet et quadraginta octo Muscorum frondosorum; sex Lichenum; totidemque ultra viginti Octosporarum, quae aliis Pezizae audiunt; denique vnam Endocarpi. Priores inter septuaginta vnae circiter plane novae sunt, reliquae dubiis vindicatae; Lichenum quatuor, Octosporarum viginti et quatuor antea incognitae.

Omniū singularumque, vt conspectus habeatur, adjeci nunc sub calcem etiam consignationem ordine alphabetico.

Vel ex ista cuilibet perspicuum erit, me specierum nomina triuialia a Linnaeo aliisque prius sancita, quamuis genericorum migrationem exigeret mea methodus, studiose retinuisse: quandoquidem is, qui nuper nonnullis inualuit mos, illa pro suo cuiusque nutu immutandi, non possit non, me certe iudice et teste Gmelino in suo Systemate Vegetabili, esse insignium errorum et confusionum mater.

At, quod nonnullis vsitatis terminis, qui artis dici solent, alios substituerem, nequaquam inepto nouaturiendi pruritu aut vanae gloriolae cupidus feci; sed admonitus ipsa Natura et poscentibus genuinae scientiae legibus. Quantum etenim

## P R A E F A T I O

hoc passu adhuc laboret adamanda nastra scientia, saltem vel ex vere indefinito flore, indefinitis ejus partibus, partiumque harum sequelis, luce meridiana clarius perspicuum erit cuique sobrie perpendenti. Sed de his propediem alio loco fusius.

Nequaquam interea acquieturus sum circa extricationem atque lustrationem specierum e familia Muscorum frondosorum, in hoc opere ceu inchoatam; quin, secundum nuper promissa, strenue allaboro, omnes singulasque, cum ab aliis indicatas, tum novas, quarum haud mediocris numerus jam tum mihi ad manus est, in vnam compendiosam operam succincte colligere, ut isthoc saltem in campo tutius rectiusque progredi possint Botanici ac Botanophili, quam hactenus quidem fieri poterat.

Quam ob rem ibi etiam genera a me sancita, forsam et adhuc sancienda, denuo exactius definita atque contra omnes exceptiones distorsionesque munita, ero exhibiturus.

Quoniam vero mihi persuasum habeam, plusculas adhuc restare species hujus familiae nondum detectas, enixe rogatos volo omnes eandem non spernentes, ut suis inventis ista mea conamina promovere atque adaugere velint, certissime persuasi, me singulorum benivolentiam publica grati animi tessera fore celebraturum.


---

At prode nonnullis videris terminis, qui satis dicuntur  
alios substantiam, pedunculam inchoatam, pedunculam  
aut vanae gloriose cupiditate; sed admodum ipsa natura  
et potentibus genibus scientiae legibus. Quamquam etiam  
hoc



LESKEA *palustris*

*Leskea polycarpa* var. *palustris* Schp





*T a b u l a I.*

LESKEA PALVDOSA.

*Leskea paludosa* trunco decumbente, innouationum diuisionibus erectis simpliciusculis; foliis ouato-acutis concavis; thecis erectis obliquis.




*Hypnum paludosum* furculis repentibus, ramis confertis erectis, foliis ouatis secundis, capsulis erectiusculis LINN Sp. pl. 1593. Syst. Veg. 951.

*Hypnum heterophyllum aquaticum polycephalon repens* DILL Hist. Musc. 293. t. 37. f. 27.

*E x p l i c a t i o T a b. I.*

- Fig. 1. Plantula mere mascula; natua magnitudine.  
2. et 3. Plantulae hermaphroditae, natua magnitudine.  
4. Plantula 2; ad augmentum I.  
5. Folia; a. pollice. b. antice visum; ad augmentum III.  
6. Flos masculus;  
7. Folium eius perigoniale } secundum augmentum IV.  
8. Genitalia mascula;  
9. Flos femineus } ad idem augmentum.  
10. Eius genitalia, vno grossificato }  
11. Theca operculata; ad augmentum I.  
12. Theca deoperculata cum peristomio, ad augmentum II.  
13. Parietis exterioris thecae particula, obsita dentibus peristomii externi; secundum augmentum IV.  
14. Summitas thecae, cum peristomio interno; ad idem augmentum.  
15. Semina; ad augmentum IV.  
16. Semina; ad augmentum V.





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS primitivus simplex, erectiusculus, tener, subinde decumbens; caluescens radicansque ramos emittit erectos simplices f. 4. subdivisos; distantes confertos ac directione varios. Qui, cum demum primitivi fata consequantur, fit, ut sibi inuicem implexi, cespitulos forment latiusculos. Color veterani e lurido-viridi fuscus.

RADICES quae ex ita depresso proserpente trunco fasciculatim hinc inde emittuntur, breues sunt, simplices, fuscae f. 4.

FOLIA f. 5. ovato-lanceolata, concava, ductulorum fasciculo tenui instructa, magis minusque saturate virentia, madefacta patent: siccescentia saepius altero latere adpressiora, hinc quasi heteromalla videntur.

FLORES *masculi* f. 6. debita plantae proceritate nunc in distincto individuo f. 1, nunc eodem cum femineis protruduntur, copiosiores constanterque in alis foliorum, ramos surrectos vestientium. Quisque perigonia foliola habet sex, ovato-acuta, concava, vasorum fasciculo destituta f. 7. genitalia autem quatuor, absque paraphysibus f. 8. *Femineus* f. 9. illo procerior, vix non semper trunci decumbentis intra foliorum alas sessilis est. Constat iste foliis perigonalibus numerosioribus ovato lanceolatis, concavis; et genitalibus itidem quatuor ac paraphysibus destitutis f. 10.

CALYPTRA pallida, apice, nigrescente lateraliter finditur ac secedit f. 4.

VAGINULA cylindrica, viridis, ora fusca.

PEDUNCVLVS ramis longior, amoene rubens, senio tortilis f. 12.

THECA cylindrica, ex altero latere magis arcuato, obliqua, viridis; matura atque exantata rutilans f. 4.

OPERCVLVM conuexo conoideum, theca adhuc viridi in cinnabarinum colorem vergens f. 11.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMIUM *externum* dentes sedecim graciles, transversim striati f. 13, mox a casu operculi et leui madore accedente, inter processus alterius peristomii sese intro recipientes f. 12. euerfi siccitate, seminula secum eripiunt ac disseminant. *Internum membranaceum* in processus itidem sedecim, carinatos, carina introrsum spectante, productum, albescens f. 14.

SEMINA exigua, laeuia, viridia f. 15. 16.


*LESKEA PALVDOSA TABVLA I.*

3

**Locvs:** praepimis depressa vda syluosa amat. Hic Lipsiae copiosissime reperitur ad basin truncorum huiusque prolongationes per pabulare solum demissas; *in Rosenthal*, nec non saliceto retro Gohlis et alibi. In submontanis e. g. Chemnitzii Saxoniae superioris abundat eadem salicum parte, ripam septentrionalem umbrosam fluii eiusdem nominis obsidentium. Vbi substructos asseres cataraetarum lenium huius fluii totos obtegebat, trunci multo longius producti, foliis valentioribus, magis incuruis inferiora versus, erant obsiti, at steriles omnes, quamdiu superfluentem aquam experirentur.

**TEMPVS:** ab inualecente vere fere ad finem aestatis floret; praepimis autem Iulio thecae maturantur.

**DVRATIO:** per plures annos.



## T a b u l a II.

## LESKEA POLYANTHA.

*Leskea polyantha*, trunco repente, ramosissimo, multifloro  
ramis thecisque erectis.


*Hypnum polianthos*, furculis ramosissimis: ramis rectis, teretibus multifloris, capsulis erectis SCHREB. Spicil. p. 97.

*Hypnum filifolium* furculis vagis ramosissimis: ramis filiformibus, antheris obliquis HUDS. angl. t. 2. p. 497. Syst. Veg. 952.

*Hypnum fericeum* ramafius et tenuius, capsulis acuminatis DILL Hist. Musc. 327. t. 42. f. 62.


## E x p l i c a t i o Tab. II.

- Fig. 1. Plantula nativa magnitudinae.  
 2. Eadem; ad augmentum I.  
 3. Folium; secundum augmentum III.  
 4. Flos masculus  
 5. Folium eius perigoniale et  
 6. Genitalia cum paraphysibus } ad augmentum IV.  
 7. Flos femineus  
 8. Genitalia huius cum paraphysibus  
 9. Vaginula, residuis genitalibus sterilibus et nonnullis paraphysibus; ad augmentum III.  
 10. Thecae deoperculatae summitatis anterior facies cum peristomio; secundum augmentum IV.  
 11. Dens externi peristomii a latere visus; ad idem augmentum.  
 12. Peristomii interni particula, ad augmentum IV.  
 13. Semina; ad idem augmentum  
 14. Eadem; ad augmentum VI.



LESKEA *polyantha*

*Eylarvia polyantha* B.E.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS ab vncia vna ad alteram variae longitudo, subinde decumbens et proserpens, ramos agit crebros simplices ut plurimum, subdivisosque, breues, erectos. f. 2. Qui vero successu temporis, tempestate fauente vltro promoti, quoque deprimuntur truncique sui vices omni ex parte subeunt. Hinc, et radicatione succedente, implexio tanta tamque densa cespitulum, vt aegrius indiuiduum integrum inde extricari queat. Color viridans.

**RADICES**, perquam communi ritu illis muscis, qui in arboribus degunt, breues simplicesque sunt, f. 2. et ab omni decumbente et natalem locum tangente parte, praecipuis vbi fructus infidet fasciculatim oriuntur; hinc saepe in ipsius vaginulae basi etiam quaedam occurrunt f. 9. Color ferrugineus.

**FOLIA** ex ouato in longum cuspidem, pilum nudo oculo facile mentientem, protensa, concaua, vasorum fasciculo destituta, amoene viridia splendentia f. 3. conferta, madore patentiuscula, sicca appressa imbricata, saepius vnum latus spectantia. Decumbentium truncorum rariora, ex inchoante caluescentia, reflexa f. 2.

**FLOS masculus** f. 4. *femineusque* alaris. Ille reperitur quidem etiam in decumbente trunco, f. 2; saepius tamen e ramis prouectioribus agitur. Exstruitur e foliis perigonialibus circiter decem ouato-acuminatis, concauis, absque vasorum fasciculo, f. 5; genitalibus octo, paraphysibus filiformibus duplo longioribus f. 6. *Ista* f. 7. vix non semper e trunco decumbente emergens, itidem folia perigonialia habet plura, communibus similia at longiori cuspidem instructa; genitalia octo, paraphysibus ornata f. 8. Horum saepe duo impraegnata, gemellam produunt thecam.

**VAGINULA** cylindrica aut clauata f. 9. viridis, ora fusca.

**CALYPTRA** tenuis, pallida, lateraliter fissilis secedensque f. 2. b.

**PEDUNCVLVS** mediocris, rectiusculus, ruber f. 2. 9. matura theca tortilis.

**THECA** oblongo-ouata; euacuata cylindrica et contracta sub ora; demum plus minus amoene rutilans. f. 2.

**OPERCVLVM** conicum, saturatius, theca adhuc viridi, coloratum f. 2. c. d.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM externum** dentes sedecim albi, transversim striati f. 11. mox a casu operculi intro sese recipientes f. 10. Siccitate euertentes seminula secum eripiunt. *Internum* membrana tenera, alba, fulcata in processus sedecim pyramidatos, conice coniucentes f. 10. 11. diuisa.

SEMINA exigua, laeua, viridia ante ficcationem per auram f. 13. 14. tum fuscescentia.

LOCVS: arborum annosarum truncos; praeprimis Salicum inhabitat, remotius ab eorum basi. Frequens cum Lipsiae tum in submontanis Saxoniae superioris.

TEMPVS: a vere in autumnum vsque floret, ac inde omni fere tempore cum fructibus grossescens, grossificatis, maturisque reperiunda species.

DVRATIO: plurium annorum.

*Observatio.* Hanc speciem omnino Schreberi Hymnum *polyanthes* esse, quamvis in definitione secundum ipsam Dillenii figuram diceret *ramis multifloris*, certus scio, speciminibus ab ipso acceptis. Eadem erant anglica, quae olim misit Lightfort, cum Hudsoni nomine triuiali. Figura Dillenii Naturae minus confertanea. Schreberi triuiale in polycarpum immutare sustinui: --- fructus enim e flore; et quamvis haud raro pedunculi gemelli ex vno perichetio emergant, tamen non ultra. ---






*HYPNUM riparium* L.

*Amblystegium riparium* B.E.





Tabula III.

HYPNUM RIPARIUM.

*Hypnum riparium* trunco prostrato varie diuiso; ramis radicantibus: foliis ouato acutis integerrimis in planum diuergentibus: thecis cernuis; operculo oblonge conuexo acuto.

*Hypnum riparium* furculis teretibus ramosis, foliis acutis patulis distantibus.  
LINN. Sp. 1595. Syst. Veg. p. 952. SCHREB. Spic. p. 94.

*Hypnum aquaticum* flagellis teretibus et pinnatis DILL. Hist. Musc. 380.  
t. 40. f. 44. B. C. D.

Explicatio Tab. III.

- Fig. 1. Plantae extra aquam natae pars semel diuisa; naturali magnitudine.  
2. Planta, cuius pars a priore diuisione libere in aqua fonticuli fluctuabat; naturali magnitudine.  
3. Planta f. 1; ad augmentum 0.  
4. Folium; ad augmentum II.  
5. Flos masculus; secundum augmentum III.  
6. Nonnulla genitalium eius cum paraphysibus; ad idem augmentum.  
7. Vnum horum; ad augmentum IV.  
8. Flos femineus; ad augmentum III.  
9. Genitale masculum cum paraphysi; ad idem augmentum.  
10. Idem; ad augmentum IV.  
11. Peristomii externi dentes quatuor; } secundum augmentum III.  
12. Peristomii interni particula; }  
13. Semina; ad augmentum IV.  
14. Horum nonnulla; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tenuis firmulus, decumbens, in ramos, quoque decumbentes, diuiditur pauciores, plures, tumque egregie sibi implexos. Triuncialis quadriuncialisque est extra aquam viuens: intra aquam vero libere fluitans, eximie elongatur ramosque agit crebriores f. 2. \*) Color e luteo viridans.

**RADICES** succedaneas per omnem longitudinem crebras, breues, simplices, fasciculatim erumpentes, ruffas, promouet planta emersa f. 3, vt inde vix possibile fit, integram e cespite extricatam sistere; immersa e contra vel plane nullas, vel hinc inde filamentum radiculosum solitarium exhibet.

**FOLIA** ouato-acuminata, concaua, fasciculo vasculoso summitatem tenus desinente f. 4. Minus implexorum lateralia bifariam patent, superiora imbricata adpressiuscula; quam tamen naturalem directionis normam egregie distorquet truncorum eiusque diuisionum arctior implexio. Color amoene viridis.

**FLORES** vtriusque sexus alares, in eadem planta crebri, sibi intermixti f. 3. nonnunquam vterque in vna eademque folii ala. *Masculi* globuliformes f. 5. folia perigonia ouata, acuta, concaua habent, fasciculo vasculoso destituta, vltra decem; genitalia, cum suis paraphybis f. 6. 7. filiformibus, duodecim. *Feminei* oblongi f. 8. quorum folia perigonia plusscula lanceolata, fasciculo vasculoso carentia sunt, at genitalia cum paraphybis f. 9. 10. tantum quatuor contegunt.

**CALYPTRA** pallida f. 3. c. lateraliter finditur deceditque.

**VAGINULA** cylindrica viridis.

**PEDUNCVLVS** longiusculus, inferne iuueis iamtum rubens, abinde purpureus f. 3.

**THECA** oblongo-ouata, ex arcu superiore valentiore, inferiore contractiore, cernua, viridis; maturitate ruffescit, denique plus minus fusca fit f. 3.

**OPERCVLVM** oblongo-conuexum, acutum; basi amoene rutilans, acumine luteolo, apice nonnunquam fusco f. 3.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM externum** dentes sedecim, plano-pyramidati, amoene rubentes, versus summitatem lutei, interne transuersim membranaceo-valvulosi,

\*) Hanc plantam olim Chemnitzii legi in margine puteoli limpidi pratensis, asserculis coercito, cuius aquae libere innatabant specimina eximie magnitudinis et ramificationis.

vulosi, hinc externe striati f. 11. *Internum* membrana longitudinaliter sulcata lutea, in processus acuminatos carinatos sedecim producta, quibus cilia vtplurimum duo breuiora interposita sunt. Cum dentes externi peristomii operculo decusso, inter processus interni sese recipiant, sicque illa his interposita deprimant, facillime incauto obseruatori imponere queunt.

**SEMINA** viridia, laeua, f. 13. 14.

**LOCVS:** aquas puriores amat, fluentes scaturientes, stagnantes. Harum palis, putrescentibus, nonnunquam lapidibus, puteos concludentibus, innascitur. Emersae plantae florentes, et frugiferae; continuo immerisae, neque florentes.

**TEMPVS:** Omni fere tempore apud nos florens, praecipue vero per totam aestatem in auctumnum vsque cum thecis maturefcentibus, maturis, vetustis reperitur.

**DVRATIO:** per plures annos.

## T a b u l a IV.

## HYPNUM RIPARIOIDES.


*Hypnum riparioides*, trunco elongato subromoso: foliis cordatis, concavis, tenerrime denticulatis, latelaliter diurgentibus: thecis cernuis; operculo, e basi conuexa sursum deorsumque rostrato.

*Hypnum* foliis rusciformibus, capsulis subrotundis DILL. Hist. Musc. 248. t. 38. f. 31.

*Hypnum rusciforme* WEIS Plantae Crypt. p. 225, foliis ouato lanceslatis, acutissimis, operculis aristatis. HALL. Hist. T. III. p. 26. n. 1731.


## E x p l i c a t i o Tab. II.

- Fig. 1. Planta integra; naturali magnitudine.  
 2. Ramulus decerptus; quoque naturali magnitudine.  
 3. Iste acutus; secundum lentem o.  
 4. Particula trunci cum suis foliis; ad augmentum IV.  
 5. Foliū extrema particula; ad augmentum IV.  
 6. Flos femineus; secundum augmentum III.  
 7. Genitalia deflorata cum paraplygibus; ad idem augmentum.  
 8. Genitalium vnum; ad augmentum IV.  
 9. Dentes tres peristomii externi } ad augmentum III.  
 10. Particula peristomii interni }  
 11. Semina; ad augmentum IV.  
 12. Semina; ad augmentum V.



HYPNUM aparicoides

*Isobryochium rosiforme* Mde



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS mox post aliquod sui ortus incrementum egregie in ramos procumbentes diuiditur, qui, vbi aquis fluentibus, saepius vel continuo adluuntur, subdivisi in notabilem longitudinem, sibi incumbentes varieque flexi, protenduntur. Senio tum inferne caluescunt, residuis stipulis e foliorum fasciculo vasculoso f. 1. Iuenci e luteo virent.

**RADICES** primordiales valentius loco natali infixae, auelli inde vix queunt: secundariae hinc inde folitariae, fuscidulae animaduertuntur quidem, sed adeo parcae, vt credibile videatur, residuos ductulorum fasciculos, earum vice fungi.

**FOLIA** ouato-lanceolata concaua, tenerrime denticulata f. 5. fasciculo ductulorum validiusculo, versus summitatem euanescente, instructua sunt: madore lateralia bifariam patent f. 4; prona adpressiuscula subimbricata fiunt f. 3; sicca et illa magis adprimuntur. Color in profunde viridem vergens.

**FLOS masculus** procul dubio sui indiuidui est; nam inter plufculas stirpes, numerosis floribus sequioris sexus fructibusque onustis, quas pridem collegeram, ne vnum quidem reperire potui. *Femineus* f. 6. alaris, e foliis perigonalibus circiter quatuor ultra decem, genitalibusque f. 7. 8. octodecim ad viginti, paraphysibus ditatis, componitur.

**CALYPTRA** pallida, lateraliter finditur seceditque.

**VAGINULA** cylindrica, viridis, ora fusca.

**PEDUNCVLVS** rectiusculus, ad summitatem inclinatus, vbi baseos rubicundus color in luteolum pallefcit f. 3. laeuis

**THECA** oblongo ouata, cernua, viridis, maturitate fusca f. 3.

**OPERCVLVM** e conuexa rubente basi, rostratum; rostro pallido, nunc deorsum, nunc sursum directo f. eadem.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM externum** dentes sedecim acuminato-triangulares, rubri, transuersim striati f. 9. *Internum* membrana lutea, fulcis processibusque canaliculatis, perforatis, ad numerum dentium instructa, interpositis his ciliis aequalis fere longitudinis f. 10.

**SEMINA** e luteo fuscidula, laeuis, f. 11, 12.

**LOCVS:** Pridem iam delineatum specimen pluraque similia legi in rivulo, sylvum decliuem citra Zschopauiam, tractus Misnici in Saxonia. Deinde etiam obuiam mihi fuit haec species, at multo minor, ad marginem stagni



12 *HYPNUM RIPARIOIDES. TABULA IV.*

stagni superioris in faliceto schoenfedico pone Lipsiam. Goettingae frequens.

TEMPVS: aestate thecas maturat.

DVRATIO annosa.

*Observatio.* Praecedentem speciem illam Dillenii t. 40. f. 44. B. D. esse in dubium est. At f. A. fructibus, vt videatur, cunctis immaturis fere ad hanc nostram magis accedit, quam illa t. 38. f. 51. Cum vero celebris vir operculi rostrati nullam mentionem faceret, iudicium ambiguum manet. Differt enim ista a ripario non minus ac ratabulo, cuius pro vorietate a nonnullis venditata est, praeprimis

1. Foliis denticulatis.


2. Operculo rostrato.





HYPNUM *albicans*.

*Bryothecium albicans* E.E.



Tabula V.

HYPNUM ALBICANS.

*Hypnum albicans*, trunco adscendente; foliis ovato - loge acuminatis, imbricatis; thecis torulosis cernuis; operculo conico, apiculato.

*Hypnum albicans*, furculo adscendente, ramis teretibus arcte imbricatis, foliis ovatis, mucronatis; capitulis axillaribus obliquis. Neck. Meth. p. 180.

*Hypnum sericeum gracile albicans*, capsulis subrotundis DILL. Hist. Musc. 328. t. 42. f. 63.

*Muscus Squamosus*, ramosus, tenuior, capitulis incurvis. VAIL. Par. t. 26. f. 9. bona.

Explicatio Tab. I.

- Fig. 1. 2. Plantulae nativa magnitudine.  
 3. Plantula f. 1; octies aucta.  
 4. Particula trunci, foliis octo obfita; ad augmentum II.  
 5. Folium seorsim; ad augmentum idem.  
 6. Masculus flos;  
 7. Huius quatuor genitalia; } secundum augmentum III.  
 8. Femineus flos;  
 9. Eiusdem genitalia;  
 10. Theca operculata; ad augmentum II.  
 11. Peristomii externi dentes quinque; ad augmentum IV.  
 12. Peristomii interni particula; } ad idem augmentum  
 13. Annuli particula;  
 14. Semina; secundum augmentum IV.  
 15. Semina; secundum augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS biuncialis, triuncialique longior, tener viridis, magis minusque in ramos simplices diuisus, maxima pro parte decumbit, extremitate et ramis arcuatim adscendentibus f. 1. 2.

**RADICES** demum e foliorum alis succedaneae breues, simplices, fuscae f. 3.

**FOLIA** ex ouato longius acuminata, concaua, vasorum fasciculis instruuntur tribus, cunctis circa summitatem euanescentibus: medio valentissimo, lateralibus, tenerioribus demum luteo fuscidulis f. 5. Vt plurimum dense imbricata, madore etiam erectiuscula, f. 4. truncos et eius diuisiones, teretes sistunt, acumine patulo, vel ad mediocria augmenta quasi pilosos. Reperiuntur tamen etiam laxius imbricata; inuouationum nempe celeri incremento promotorum. Inferiora, quousque agmina decumbentium truncorum se tegunt, e luteo-fuscella, adscendentis partis amoene, at pallide virentia.

**FLOS masculus** f. 6. distincti indiuidui alaris, intra foliola perigonialia sedecim, genitalia recondit decem cum suis paraphysibus tenerrimis, filiformibus f. 7. **Femineus** f. 8. maioribus pluribusque instruitur foliolis perigonialibus, cunctis ductulorum fasciculo destitutis, intimis angustissimis tenerrimisque f. 9; genitalibus sex, paucis paraphysibus stipatis.

**CALYPTRA** pallida lateraliter findens ac secedens.

**VAGINULA** oblonga, gibbula, viridis, ora fuscella.

**PEDUNCVLVS** mediocris, mox ab elongatione totus ruber, laeuis; effoetus siccitate tortilis.

**THECA** f. 3. 10. breuis ouata, ex inferiore arcu breuiore planiusculo, cernua; coloris viridis, maturitate profunde fusci, pallidioris post euacuationem.

**OPERCVLVM** conicum, rutilans, summitate, ad mediocria augmenta, obtusiuscula superimpositoque apiculo nigricante f. 10.

**ANNVLVS** exiguus f. 13, haud facile solubilis, thecae concolor.

**PERISTOMIUM externum** dentes sedecim subulati, rutilantes, transversim striati f. 11. **Internum** membrana tenera lutescens sulcata, in processus sedecim pyramidatos, ad angulum perforatos, protensa, interpositis ciliis tenerrimis solitariis f. 12.

**SEMINA** exigua, e luteo-viridi fuscella, laeua f. 14. 15.

**LOCVS:** decliua sabulosa, ericetorum, hortorum, praecipuis aggerum ad vias amat: sic hic Lipsiae densis agminibus cis Lindenau ad viam publicam Merseburgensem quotannis cum flore fructuque reperitur.

**TEMPVS:**

TEMPVS: autumnno vergente aut ineunte verre floret, opercula vero tunc etiã decutiunt thecae maturae.

DVRATIO: perennis.

*Observatio. 1.* Quamuis nostra specimina, dillenianis nec situ neque pedunculorum ortu exacte respondeant, dubio tamen expes est synonymon. Ipse enim in descriptione dicit, *paene erectus, minus dense nascens*. — An pedunculi vnquam intra ipsam alam ramificationis? valde dubito: tenus eandem nonnunquam occurrit. Non vbiuis reperies frugiferam; et vbi etiã occurrit, densa in cohorte elongati per hyemen ramuli, velãra solent thecas; an inde Neckero latuere?

2. *Hypnum albicans* furculis repentibus ramosis, ramis vagis, foliolis bifariis ouatis acutis pallidis, captulis subnutantibus Swartz Prodr. p. 140. diuersissima est; Leskeae nostrae adnumeranda species.



## PTERIGYNANDRUM

CHARACTER GENERIS.

*Peristomium* simplex sedecim dentatum.

Flos masculus femineusque alaris.

## Tabula VI.

## PTERIGYNANDRUM GRACILE.

*Pterigynandrum gracile*, prolongationibus exstantibus fasciculatim ramificatis recurvis, foliis lanceolatis imbricatis; thecis oblongis erectis.

*Hypnum gracile*, furculis repentibus, ramis fasciculatis, teretibus, erectiusculis, antheris erectis ovatis, Syst. Veg. p. 952. Huds. angl. 430. LIGHTFOOT. Scot. 2. p. 766.

*Hypnum gracile* ornithopodioides DILL. Hist. Musc. 320. t. 41. f. 55.

## Explicatio Tab. VI.

- Fig. 1. 2. Plantulae naturali magnitudine.  
 3. Plantula f. 1; octies aucta.  
 4. Rami particula cum foliis; ad augmentum II.  
 5. Folium seorsim; ad idem augmentum.  
 6. Flos masculus } ad augmentum III.  
 7. Eius genitalia }  
 8. Extremitas supera thecae deoperculatae cum peristomio; ad augmentum III.  
 9. Peristomii dentes duo; ad augmentum IV.  
 10. Seminula; ad idem augmentum.  
 11. Seminula; ad augmentum V.


N. W. Tab. VI



PTERIGYNANDRUM *gracile*

*Pterigynandrum gracile* Seb.





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS rigidulus, viridis, veteranus profunde fuscus ac tum caluus, diuisionibus suis locum natalem perrexit, innouationes continuo promouens; cum descendentes caluas f. 3. radicanes, tum foliatis inde exstantes, fructificantes. Itae iterum iterumque innouationes emittunt simplices inque ramos incuruos diuisas f. 3. quae successu temporis priorum fata subeunt moremque seruant. Hinc densa et insigniter implexa agmina huius, veluti aliis similibus speciebus solemnia.

**RADICES** primitiuas non vidi; succedaneae vero cum e prolongationum demissarum caluarum extremitate, foliatarum ex alis oriundae, praepriis fasciculatae, subsimplices, breues, e fusco purpurascens sunt f. 3.

**FOLIA** lanceolata, apice subdenticulato, basi tenerrimo breuique vasorum ductulo diuergente f. 5. instructa, dense truncum eiusque ramos vestiunt, madore magis f. 6. minusque patent; sicca imbricatim adpressa, ita ramulorum nonnullorum extremitates acutas repraesentant. Color e luteo viridis.

**FLOS masculus** f. 6. in proprio indiuiduo alaris; intra folia perigomalia, absque ductulorum fasciculo, circiter quatuordecim, genitalia habet quatuor, paraphysibus filiformibus paucis sociata f. 7. *Femineus* quoque alaris sui indiuidui, duplo longior masculo, genitalia habet duodecim cum paraphysibus tenerrimis albis.

**CALYPTRA** in meis speciminibus deerat.

**VAGINULA** oblonga.

**PEDUNCVLVS** mediocris, rextus, laeuis rubens f. 3.

**THECA** oblongo-ouata, erecta, maturitate dilute fusca f. 3.

**OPERCVLVM** breue, conicum, dilutius coloratum f. ead.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** simplex f. 8. dentium sedecim, in longum acumen productorum, dilute lutescentium, basi amoene lutea, striis transuersis fusciculis f. 9.

**SEMINA** exigua, laeua; fuscilla f. 10. 11.

**LOCVS:** Arborum, praesertim Fagi in truncis prouenit saltus Enfieldensis Angliae et prope Edinburg. Breuerum etiam in saxis legisse refert Dillenius.

**TEMPVS:** maturationis thecarum Februarius.

**DVRATIO** perennis.

## T a b u l a VII.

## PTERIGYNANDRUM FILIFORME.

*Pterigynandrum filiforme*, trunco debili subramoso decumbente; foliis lanceolatis concavis, imbricatis; thecis erectis.

*Hypnum filiforme*, furculis tenerrimis, parum ramosis, foliolis ovato acuminatis, concavis imbricatis; thecis erectis cylindricis TIMM. Fl. Megap. n. 817.

## E x p l i c a t i o Tab. VII.

- Fig. 1. 2. Plantae frugiferae, et  
 3. Planta mascula; naturali magnitudine.  
 4. Planta f. 1. secundum augmentum I.  
 5. Particula ramuli cum foliis; ad augmentum II.  
 6. Folium seorsim; ad augmentum III.  
 7. Flos Masculus; ad augmentum III.  
 8. Vnum ex eius genitalibus cum paraphysi; ad idem augmentum.  
 9. Flos femineus defloratus;  
 10. Genitalia eius; impraegnatum steriliaque; } ad augmentum III.  
 11. Rudimentum fructus impraegnatum, et genitalia quatuor impraegnationis exper-  
 tia cum paraphysibus; ad augmentum IV.  
 12. Theca operculata; ad augmentum I.  
 13. Peristomatatis particula, peristomii dentibus quinque ornatum; ad augmentum IV.  
 14. Semina; ad idem augmentum.  
 15. Semina; ad augmentum V.


## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS debilis, tener, repens, cuius diuisiones adultae vnicias duas etiam excedentes, plus minus ramificatae, aequae tenerae, mox inclinantur, subinde prosternuntur, prorepunt, illiusque caluesfacti vestigia subeunt. Color etiam ramorum rubens f. 5.


**RADICES** simplices, breues, fuscae, e veteranis truncis plane decumbentibus vbertim, e diuisionum et ramificationum annotinarum alis foliorum solitariae emergunt f. 4. Hinc cespitum flagella sibi incumbentia, diuisioni varie resistunt.

**FOLIA** ovato-lanceolata, concava, vasorum fasciculo destituta f. 6. humida quoque imbricata sunt f. 5. Color atro-viridis.

FLORES



PTERIGYNANDRUM *filiforme*



**FLORES masculi** f. 7. alares ramorum, distincti indiuidui. Foliola perigonialia ad decem; genitalia quatuor ad sex; paraphyses tenerae breues. **Feminei** f. 9. quoque alares in diuisionibus prouectioribus, nunc truncum veteranum constituentibus, folia perigonialia habent circiter sedecim et genitalia decem f. 10. paraphysibus ditata. Rudimentum fructus genitalis feminei grossificatum dilute, veluti et basis genitalium sterilium, dilute virent; particula illius, stylo rubicundo subiecta, albescens est f. 11, paraphysium numerus mediocris.

**CALYPTRA** pallida, lateraliter finditur.

**VAGINULA** cylindrica fuscilla.

**PEDUNCVLVS** mediocriter longus, rectus, purpureus f. 4.

**THECA** erecta oblongo-ouata, viridis f. 12; maturitate fuscilla f. 4.

**OPERCVLVM** e conuexiuscula basi, nunc recta nunc tantillum oblique f. 12. rostratum, diluti coloris.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM** simplex, denticulorum sedecim exiguorum, tenerorum, albidorum, ceu articulorum f. 13.

**SEMINA** f. 14. 15. exigua virentia.

**LOCVS:** Cl. inuentor **TIMM.** mihi retulit, hanc speciem sibi non, nisi faxis sylvarum superstratam obuiam fuisse; praesertim in syluis ad Pisede, Ducatus Mecklenburgensis.

**TEMPVS:** ver.

**DVRATIO:** perennis.

---

*T a b u l a VIII.*
**HYPNUM MYOSUROIDES.**

*Hypnum myosuroides*, repens, ramosum; ramis incuruis; foliis ouato acuminatis, imbricatis; thecis erectis; peristomii interni ciliis exiguis.

---

*Hypnum myosuroides*, furculis ramosissimis, ramis subulatis, incuruatis utrinque attenuatis teretibus SCHREB. Spicil. p. 97.

*Hypnum myosuroides crassius*, capsulis erectis DILL. Hist. Musc. 316. t. 41. f. 50. *optima*.

*Muscus denticulatus minor sericeus nostras capitulis adianti* VAILL Par. 137. t. 28. f. 4. *minus bona*.

---

*Explicatio Tab. VIII.*

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Illa f. r. ad augmentum 0.

4. Particula ramuli, foliorum humentim situm directionemque ostendens; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad idem augmentum.

6. Flos masculus;

7. Duo ex eius genitalibus; } ad augmentum III.

8. Flos femineus decerptus cum particula superficiei diuisionis trunci, nec non folio, cuius alae infederat; ad idem augmentum.

9. Theca operculata; ad augmentum II.

10. Particula annuli, ad augmentum IV.

11. Peristomii externi dentes quinque in particula thecae; ad augmentum IV.

12. Peristomii interni particula; ad idem augmentum.

13. Semina; ad augmentum IV.

14. Semina; ad augmentum V.

---



*HYPNUM myosuroides.*

*Lathraeam myosuroides* Poit





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS adultus ac nunc generans, continuis innouationibus in diuisiones aequae multas ac varias abit. Ipse quidem tum pondere loco natali adpressus, radículas agens, reptat: innouationum vero aliae simpliciusculae, mox deflexae, radícant; aliae inflexae adscendentes, e simplicitate sua in arbusculam quasi abeunt, ramis simplicibus subdiuisisque, incuruatis f. 4. Harum altitudo bipolycari tantillum vel maior vel minor \*). *Masculus* vero vel folis paucioribus ramificationibus a femineo mox distinguendus. Color iuuenilis virens, subinde in fuscum abit.

**RADICES** plerumque simplices, profunde fuscae, truncorum depressorum et vetustate caluorum fasciculatae f. 4.

**FOLIA** ouato-acuta, concava f. 5, nunc densius, nunc laxius, alternatim partes vestientia, ubi hument, subpatent f. 4, maxime ramorum media: hinc ramorum basis ac extremitas attenuata adparet. Sicca adprimuntur et plane imbricata fiunt. Ductulorum fasciculus pallidus, duas tantum tertias folii emeritur f. 5. Color amoene luteolo-viridis, deinde in fordide luteum et fuscillum decoloratur.

**FLOS** *masculus* f. 6, proprii indiuidui, alaris; continet intra folia perigonia, vasculoso fasciculo destituta, genitalia f. 7. duodecim ad quatuordecim, paucis paraphysibus succulentis filiformibus stipata. *Femineus* contra f. 8. genitalia octo ad decem, valde numerosis paraphysibus succulentis confita recondit intra plura perigonia folia lanceolato-acuminata, quoque ductulorum fasciculo carentia.

**CALYPTRA** albida, recta, nonnunquam etiam lateraliter decedit.

**VAGINGVLA** cylindrica fusca.

**PEDUNCVLVS** mediocris, rectiusculus, tenuis rutilans f. 4; siccitate tortilis.

**THECA** oblonge-ouata, recta, maturitate ruffa f. 9.\*

**OPERCVLVM** conicum, incuruum, aut saltem obliquum, pedunculo concolor, f. 9.

**ANNVLVS** tener admodum, fimbria exigua, densa, diluta f. 10; rarius sponte cum operculo dehiscit.

**PERISTOMIVM** externum dentes sedecim dilute lutei, transuersim striati f. 11. *Internum* membrana tenera, sedecim processibus angustis coronata, quibus breuia tenerrimaque cilia interfunt f. 12.

**SEMINA** Exigua viridantia, laeua f. 13. 14.

Locvs:

\*) Reperiuntur etiam inter hos nonnunquam arcu valentiore deflexi, de extremitate vel pone eandem radícentes f. 2.

Locvs: fylvestris, praeprimis quidem ad radices Pinus *piceae* du Roi, lisdem in locis etiam faxis innasci profert Dillenius; imo mihi ad terram quoque obuiam fuit Chemnitzii. Densis stratis implexus vix non per omnem Europam, praesertim vbi montibus exasperatur, occurrit.


TEMPVS: ineunte vere thecae maturae opercula decutiunt.

DVRATIO: longaeua.

*Observatio.* Subjectum synonymon e Spicilegio III. Schreberi, hanc nunc propositam speciem indicare, certum est. Sed definitio illa ipsa a Linnaeo commutata, in speciebus Plantarum, Dilleni comprehendit Hypnum tabulae eiusdem f. 51. Haec ipsa species, cum, saltim quoad figuram, thecis cernuis, apprime a nostra diuersa sit, Linnaeus vero ibi nullam thecae faceret mentionem; dubii omnino haesimus, an vere ad nostram, sane satis vulgatam speciem, an ad proxime sequentem in opere dilleniano, necdum ad manus nostras peruentam, referenda sit.


Dillenius iamtum diserte sub hac specie meminit caespitum mere grana, bulbillos squamosos aemulancia, intra alas foliorum generantium. Gemmas esse conijcit, forte nouarum plantarum productioni inferuientes. Procul dubio huic effato innixus Neckerus, triuiale Linnaei *myosuroides*, retentum in sua Methodo Muscorum, subinde in Deliciis gallo-belgicis immutauit in *viuiparum*. At, si iniquo Viro potius placuisset, operam dare exactiori disquisitioni microscopicae, vel saltim decursui existentiae horum granulorum; dudum is ipse detexisset genuinum officium praesentiae, longe alienum a sua barbara plumulascencia nouorum indiuiduorum,





LESEEA *subtilis*

*Andlystegium subtile* B E



## Tabula IX.

## LESKEA SVBTILIS.

*Leskea subtilis*, reptans, foliis exiguis remotiusculis;  
thezis erectis.

## Explicatio Tab. IX.

- Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.  
 3. Planta f. 1. ad augmentum I.  
     a. flores masculi.  
     b. flores feminei.  
 4. Particula ramuli cum foliis; ad augmentum III.  
 5. Folium seorsim; ad augmentum IV.  
 6. Flos masculus  
 7. Folium eius perigoniale intimum } secundum augmentum III.  
 8. Genitalium masculorum duo; ad augmentum IV.  
 9. Genitalia feminea sterilia; ad idem augmentum.  
 10. Theca deoperculata; ad augmentum III.  
 11. Dentes duo perigonii externi; } secundum augmentum IV.  
 12. Perigonii interni particula;  
 13. Semina; ad augmentum IV.  
 14. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS tener, reptans, ramosus; ramis surrectis simplicibus diuisis- que f. 3. femuncialibus et femuncia minoribus f. 1. 2. Qui denique etiam decumbunt, calvescunt, prorepunt. Hinc insignis cespitum implexio. Color e luteo ochraceus.

RADICES ex his saepe fasciculatim promotae breues, simplices, fuscae f. 3.

FOLIA nudo oculo capillaria visa f. 1. 2. ad maiora augmenta f. 5. lanceolato-acuminata adparent, fasciculo vasculoso plane destituta. Concaua, remotiuscula ab inuicem, sicca aequae ac madida patent, incurua, recurua, nonnunquam etiam in vno alteroque ramulo hetermalla. Color luteo-viridis.

FLORES *masculi* f. 6. cum in decumbente ac radicante trunco solitarii vel femineis proxime iuncti f. 3. a. vel etiam in ramis f. 4. c. vnus  
 eius.

eiusdemque indiuidui reperiendi, e foliis perigonalibus circiter duodecim construuntur, quorum intima duo, acuminate-ouata, concava f. 7. proxime recondunt genitalia f. 8. quatuor, absque paraphyfibus. *Feminei* floris genitalia sex ad octo f. 9. etiamnum paraphyfibus destituta, custodiuntur foliolis perigonalibus oblongo lanceolatis; cunctis vasorum fasciculo expertibus.

**CALYPTRA** viridans, summitate fuscilla, lateraliter denique fissam sicque igitur etiam decussam reperi in cespitulo accepto.

**VAGINULA** cylindrica fuscescens.

**PEDUNCULVS** iuuenis amoene, dein profunde ruber, rectus f. 3. ramis duplo longior.

**THECA** oblonga, erecta, aut tantillum obliquata, maturitate cinnamomeum indipiscitur colorem f. 3. 10.

**OPERCVLVM** conicum, rectiusculum, rutilans.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** *externum* dentes sedecim albidi transuersim striati f. 11. *Internum* membrana alba, fulcis processibusque pro numero dentium instructa f. 12.

**SEMINA** exigua, laeua, e luteo virentia f. 13. 14.

**LOCVS:** circa Goettingum ad truncos imos arborum reperit, mihi que beneuole communicauit D. SCHRADER.

**TEMPVS:**

**DYRATIO:** annosa.






LESKEA *capillaris*

*Heliosantonium capillare* (Sw.) Besch.





ADIT *Tabula X.*

## LESKEA CAPILLARIS.

*Leskea capillaris*, trunco reptante, diuisionibus simplicibus erectis; foliis ovato lanceolatis, concavis; thecis ovatis erectis, operculo oblique conico.

*Hypnum capillare*, furculis repentibus filiformibus ramosis, ramis confertis capillaribus, foliis adpressis subulatis, capsulis ovatis erectis. SWARTZ Prodr. p. 141.

*Explicatio Tab. X.*

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Planta f. 1; ad augmentum I.

4. Particula ramuli cum foliis; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad augmentum III.

6. Flos masculus;

7. Genitalium eius duo;

8. Flos femineus;

9. Eius genitalium vnum;

} ad augmentum III.

10. Genitale femineum f. 9. cum paraphysibus; ad augmentum IV.

11. Peristomii externi dentes duo;

12. Peristomii interni particula;

} ad augmentum IV.

13. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS annosus procumbens, flexuosus f. 1. 3. tenuis, fili ad instar, in ramos diuiditur, simplices vtplurimum, sed et subdiuisos f. 2. breues, rectos, nec non- et incuruatosque, subinde illius vices subeuntes. Color horum pallide viridis, postea in croceum, denique fuscillum degenerat.

RADICES speciminibus ad me delatis, plane aberant.

FOLIA ouato - lanceolata, concaua, vasorum fasciculo destituta f. 5; madore patent f. 4. siccitate eriguntur, quasi adpressa.

FLORES masculi femineique alares, in eadem planta frequentes, vtplurimum in trunco primario, sed etiam in ramis reperiundi; haud raro vtriusque sexus coadunati. *Masculus* f. 6. intra pauca perigonia foliola, genitalia f. 7. fouet sena, absque paraphysibus: *femineus* vero decem, paraphysibus triplo pluribus f. 9. 10. ditata.

CALYPTRAM non vidi.

VAGINULA cylindrica, viridis, ora fusca.

PEDUNCVLVS respectu ramorum, mediocris, ruber f. 3.

THECA ouata, recta, maturitate fuscescens f. 3.

OPERCVLVM conicum, curuulum, rubellum f. 3.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMIUM *externum* dentes f. 11. sedecim, dilute lutel, transuersim striati: *internum* membrana tenerrima, pallida, fulcata, processibus angustis, carrinatis, f. 12. ad numerum, dentium, coronata.

SEMINA exilia viridia f. 13.

LOCVS: Iamaica; vbi reperit Cl. D. SWARTZ.

TEMPVS:



DVRATIO longaeua.



LESKEA involvens

*Thuidium involvens* (Hedw.) Mitt.

17





Tabula XI.

LESKEA INVOLVENS.

Leskea involvens, trunco repente ramisque simplicibus, erectis; foliolis ovato-lanceolatis, ficcitate involutis; thecis cernuis.

Explicatio Tab. XI.

- Fig. 1. Plantula, cum pedunculo adhuc calyptrato,
- 2. Plantula, cum theca deoperculata; utraque naturali magnitudine.
- 3. Plantula Fig. 2. ad augmentum o.
- 4. Particula ramuli; ad augmentum II.
- 5. Huius inferior particula, foliis duobus instructa; ad augmentum IV.
- 6. Flos masculus;
- 7. Huius de genitalibus unum; } ad augmentum IV.
- 8. Feminus flos, dudum desloratus; ad augmentum idem.
- 9. Pedunculi inferior pars, vaginulae particula residua; ad augmentum IV.
- 10. Peristomii externi dens unus;
- 11. Peristomii interni particula; } ad idem augmentum

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS valde tener, crocescens, flexuose prorepando decumbit, simplex, nisi ramulus vetustior, tum quoque depressus, nouas sui protensiones emoluit f. 4. a Isti siquidem, veluti etiam extremitas trunci, sursum vtplurimum spectant, hinc inde nonnullis lateraliter deflexis; cunctis simplicibus f. 4. qui denique, accedente prioris decrepita aetate, huius vices suscipiunt.

**RADICES** simplices, breues, dilutius ferrugineas, saepius fasciculatim, sed etiam hinc inde solitarias per omnem fere sui longitudinem demittit.

**FOLIA** ovato-lanceolata, concaua, laxiuscula, subbifaria f. 4. ductulorum fasciculo gaudent, qui dilutius viret pagina, et duas eius tertias emensus, euanesceit f. 5. Sicciescentia ab extremitate intro voluuntur.

**FLOS masculus** f. 6. alaris trunci proprii, e foliis perigonalibus plus decem, et genitalibus f. 7. senis absque paraphysibus componitur. **Feminei** f. 8. successu temporis e basi radiculosi, pluscula folia perigonalia, contegunt genitalium quoque sena, paraphysibus perquam numerosis sociata.

**CALYPTRA** tenuis pallide viridis f. 1.

**VAGINULA** cylindrica, viridis, ora fusca, f. 9.

**PEDUNCVLVS**, fructu adhuc exiguo intra calyptram latitante, ruber, flexuosule sursum protensus, punctulis saturatius coloratis, ceu muricatus est, f. 9. ac tortilis.

**THECA** matura fuscescens, cernua f. 3.

**OPERCVLVM** non vidi.

**PERISTOMII externii** dentes f. 6. sedecim rutilantes, transversim striati: **interni** membrana lutescens, longitudinaliter, pro numero dentium sulcata, totidemque in processus, interiori facie corinatos, imperforatos, protensa f. 11.

**SEMINA** speciminum meorum capsulis iam euolauerant.

**LOCVS**: Iamaica; fasciculo praecedentis speciei immistum reperi.

**TEMPVS**:

**DVRATIO** perennis.





Fig. 1-16. Flos, normalis, variabilis



HYPNUM rutabulum

*Brachythecium rutabulum* B.E





Tabula XII.

HYPNUM RUTABULUM.

Hypnum *rutabulum* trunco procumbente vario; ramis subramosis erectis curvatis; foliis lanceolato-acuminatis, patulis; thecis, e pedunculo muriculato, cernuis; operculo conico.

Hypnum *rutabulum*, ramis vagis subrepentibus, foliolis ornatis mucronatis imbricatis Linn. Spec. pl. p. 1590. Syst. Veg. 950

Hypnum *dentatum* vulgatissimum, operculis obtusis DILL. Hist. Musc. 295. t. 38. f. 29.

Muscus *myosuroides*, rutabuli fructu VAIL. Paris. — t. 27. f. 8.

Muscus *denticulatus* minor sericeus nostras, capitulis adianti MORIS. hist. 3. p. 626. f. 15. t. 6. f. 35.

Explicatio Tab. XII.

- Fig. 1. 2. 3. Plantae, naturali magnitudine.
4. Plantae f. 3. anterior pars frugifera; ad augmentum 0.
5. Ramuli portio cum foliis humidis; ad augmentum II.
6. Folium seorsim; ad augmentum III.
7. Flos masculus
8. Eius genitalia
9. Flos femineus
10. Huius genitalia
- ad augmentum III.
11. Theca operculata cum pedunculi particula; ad augmentum I.
12. Particula de pedunculo; ad augmentum III.
13. Dentes peristomii externi;
14. Particula peristomii interni;
15. Semina;
16. Semina; ad augmentum V.
- ad augmentum IV.

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS adultior deprimitur, prorepat, caluescit, ramos emittens vagos, diuisione simplici, duplici, directione erecta, incurua, declinata, varios; denique etiam depressos, moremque priorum sequentes. Hinc facies indiuiduorum varia f. 1. 2. 3. inter cohortem densiuscule implexam. Iuuentute viret, senio fuscescit.

RADICES breues, simplices, ferrugineae, ut plurimum fasciculatae, aut e prolongationibus extremitatis trunci aut rami decumbentis, solitariae fig. 4. Nonnunquam apices ramorum incuruatorum, locum natalem attingentes, quoque fasciculum radicanter emittunt.

FOLIA ouato-acuminata f. 6. concaua, ductulorum fasciculo instruantur, circa acuminationis principium desinente, ut ita tantum duas tertias longitudinis totius emetiat. Iste pallidius fere viret foliis, in umbrosis profundiore virore perfusis, in apricis circa summitates rufescentibus, splendentibus. Striata non sunt: visuntur tamen inter inferiora, plica vnica aut duabus instructa, hinc bi aut tristriata. Sic summis augmentis etiam versus apicem lenissime denticulata reperiuntur f. 4. Madore patent, siccitate tantillum erectilia.

FLOS masculus et femineus in eodem indiuiduo alaris. Ille fig. 7. nonnunquam femineo vicinus, plerumque autem ramorum proventus, constat e foliis perigonalibus plusculis, exterioribus ouato-acutis, interioribus longius, folio communi, acuminatis, concauis, ductulorum fasciculo expertibus, foventibus genitalia decem exigua, paraphysibus tenerrimis longiusculis sociata f. 8. Ille f. 9. e foliis, perigonalibus lanceolatis, interioribus in valde longum acumen protensis, etiam absque ductulorum fasciculo, ac multo numerosioribus masculi, et genitalibus sedecim, paraphysibus suis instructis f. 10., constatus est.

CALYPTRA iunior viridans, dein straminea, lateraliter fissa depellitur,

VAGINULA cylindrica viridis.

PEDVNCVLVS mediocris, rectus, ruber f. 4. tuberculis saturationis coloris, exasperatus seu muriculatus cernitur f. 11. 12., vitris, vel modice convexis lustratus.

THECA maturans fusca, cernens est f. 4. 11.

OPERCVLVM conicum rubens f. 4. 11.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMII externi dentes f. 13. transuersim striati, duae tertiae eleganter rubicundae, abinde in dilute croceum colorem protensi. Interni f. 14. processus pertusi; hisque intersita cilia simplicia geminaque.

SEMINA exigua viridia laeua f. 15. 16.

Locvs: Communis in sepibus et syluis ad fruticum arborum-  
que radices, praepimis putrilaginosas, aliisque locis humectis. Pascua  
vda si occupet, minus ramosa et repens est.

TEMPVS: Vere thecas maturat.

DVRATIO annosa.

Obseruatio 1. Dillenius huius speciei setas et capsulas similes Hypni *tri-*  
*quetri* praedicat. Praeterquam vero, quod istius thecae magis  
ouato-cernuae sint et euacuando striatae fiant, setae seu pedunculi  
omnino laeues sunt.

2. Weberus in Spicilegio goettingensi p. 91. de *H. rutabulo* conten-  
dit: in vno eodemque specimine opercula occurrere obtusa, acu-  
minata, etiam aristata; hinc Hypnum *ruscifolium* seu nostrum  
*riparioides* huius voluminis p. 10. t. 4. omnino varietatem tantum  
illius esse. Certe nobis id nunquam obuiam fuit. Sit autem lusus  
ille operculi; deest tamen in *riparioidi* pedunculis plane exasperatio  
tuberculosa, in *rutabuli* pedunculis vel acie intensa oculorum inar-  
matorum aduertenda; criterion discretium infallibile, ab omnibus  
obseruatoribus ac descriptoribus muscorum haftenus praetervisum.

## Tabula XIII.

## HYPNUM STRIATUM SCHR.

*Hypnum striatum*, depressum, ramis vagis recuruis, foliis vndique patentibus; pedunculo lacui; operculi rostro deorsum sursumque directo.

*Hypnum striatum*, ramis vagis, recuruis; foliis ouatis, lineatis acutis, vndique patentibus; operculis mucronatis. SCHREB. Spic. p. 92.

*Hypnum vulgare dentatum*, operculis cuspidatis. DILL. Hist. Musc. 297, t. 38. f. 30.


## Explicatio Tab. XIII.

- Fig. 1. Planta, naturali magnitudine.
2. Particula plantae; itidem naturali magnitudine.
  3. Ista aucta; ad numerum augmentorum 0.
  4. Particula rami cum foliis; ad augmentum II.
  5. Folium seorsim; ad augmentum III.
  6. Flos masculus
  7. Duo eius genitalium cum paraphysibus
  8. Flos femineus
  9. Genitalium eius nonnulla cum paraphysibus
- } ad augmentum III.
10. Pars annuli; ad augmentum IV.
  11. Thecae superior pars, duobus dentibus peristomii externi, nec non tantundem de peristomio interno ornata; ad augmentum III.
  12. Semina; ad augmentum IV.
  13. Item; ad augmentum V.



HYPNUM *striatum* Ehrh

*Leskechium striatum* BE



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS deinceps decumbens, variae longitudinis variaque diuisionis in ramos, nunc simpliciores, nunc multum demum diuisos, idque haud raro ab aliqua sui ortus distantia, hinc ceu arbusculam repraesentantes. Arcuatim inflexa vix non semper reperitur directio ramorum; quorum si quis extremitate sua terram attingat, radices etiam inde promouet. Subeunt denique rami vices et situm truncorum suorum; unde egregiae implexiones cespitum. Veterani fuscescunt; iuniorum, veluti et ramorum color dilute viridis.

**RADICES** primiceriae validiusculae, diuisae; consecutivae e ramis decumbentibus teneriores, breuiores, subsimplices, nonnunquam fasciculatae. Omnium color est fuscus.

**FOLIA** proceriora ad deltoideam seu triangularem, iuniora ouatam figuram accedunt, acuminata ex vtraque nunc magis nunc minus. Fasciculo ductulorum, qui medium paginae tenet, nec plane ad apicem pertingit, superadditae saepius sunt tres, imo quatuor striae f. 5., quae plicae tenerrimae esse videntur. Margo vero versus summitatem perquam tenerrimis denticulis instructus visitur, ope lentium conuexiorum. Conferta truncum ramosque amplexantia, concaua, sicca substridula aequae ac madida f. 4. patent. Color amoene viridis; saepe ad extremitates ramorum non attenuatorum sed ceu glomerulorum, magis luteolus, fere rufescens.

**FLORES masculi** f. 6. alares, in ramis saepius proprii, nonnunquam etiam indiuidui feminei. Genitalia paraphysibus sociata f. 7. continent octo intra perigonia foliola, vasorum fasciculo destituta. *Feminei* f. 8. communiter alas foliorum trunci vel prouectiorum ramorum tenentes, intra foliola perigonia, itidem vasorum ductulo carentia, diuaticata ac denique reflexa, recondit genitalia f. 9. duodecim, paraphysibus longis sociata.

**CALYPTRA** pallida, lateraliter fissilis secedensque.

**VAGINULA** cylindrica, viridis, ora fusca.

**PELVNVLVS** mediocris longitudinis, mediocriterque demum tortilis, ruber est ac lacuis.

**THECA** ouata, nunc erectiuscule f. 3. nunc e pedunculi ipsius summitate fig. 1. cernua, e viridi in dilute fusco-rubellum colorem maturefcit.

**OPERCVLVM** e lata conuexa rubente basi, in rostrum longum incuruum recuruumque, diluti coloris, protenditur f. 3.



**ANNVLVS** f. 10. simpliciuscule fimbriatus, valde elasticus.

**PERISTOMIVM** *externum* dentes sedecim suetae figurae constituunt, inferne rubri, superne crocescentes; *transuersim* striati: *internum* membrana lutea longitudinaliter fulcata, inde coronata processibus oblonge perforatis, ciliisque interpositis solitariis aut binis f. 11.

**SEMINA** mediocria, amoene viridia f. 12. 13.

**Locvs:** Sylvarum, dumetorumque vdorum muscosorum, septentrionem spectantium, saepius accola quam incola est, insignibus saepe cohortibus haud infrequens in Saxonia, praesertim montibus exasperata.

**TEMPVS:** Ineuntis veris calore, opercula sua decutiunt fructus maturi.


**DVRATIO:** per plures annos.

**Obseruatio** differt a praecedente specie 1) foliorum striis, 2) pedunculo laeui, 3) operculo rostrato, 4) annuli praesentia.



HYPNUM *piliferum*

*Leucobrychium piliferum* BE



Tabula XIV.

HYPNUM PILIFERUM.

Hypnum *piliferum* trunco decumbente, ramis vagis rectiusculis; foliis ovatis, extremitate in cuspidem piliformem protensa; pedunculo muriculato; operculo rostrato.

Hypnum *piliferum*, ramis vagis rectis, foliis ovatis, concavis, obtusis, apice piliferis, operculis cuspidatis SCHREB. Spic. p. 97.

Explicatio Tab. XIV.

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Planta f. 1.; ad augmentum 0.
  4. Rami particula cum foliis; ad augmentum II.
  5. Folium rami f. 2.;
  6. Folium rami f. 4.;
  7. Folium trunci;
  8. Flos masculus;
  9. Flos femineus;
  10. Huius genitalia;
- } ad augmentum III.
- } ad idem augmentum.
11. Theca operculata cum particula pedunculi; ad augmentum I.
  12. Annuli particula.
  13. Thecae deoperculatae summitas cum peristomio; externi dentibus plurimis detrusis; ad augmentum IV.
  14. Semina; ad augmentum IV.
  15. Horum nonnulla; ad augmentum V.

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS procerior procumbit, ramos agens, demum ramificatos, absque ordine, breuiores f. 1. longiores f. 2. rectiusculos, arcuatos, subinde etiam decumbentes efficientesque augmentum implexae cohortis. Senes e viridi in fuscillum abeunt colorem.

RADICES in meis exemplaribus hinc inde solitarias rubellas animaduerti.

FOLIA ovata f. 5. 6. 7. in longum mucronem protenduntur, pilum acumulantem, nunc minus sub isto f. 5. nunc magis f. 6. 7. concava rotundata

data, ductulorum fasciculo circa medium totius evanescente. Minus conferta ac in confimilibus. Madore subpatent, f. 4. ficcitate subimbricantur. Viror lutescens.

FLORES *masculi* f. 8. alares in ramis distincti inditidui, intra folia perigonalia obtusa, ductulorum fasciculo destituta, genitalia pauca continent. *Feminei* f. 9. folia perigonalia copiosa lanceolata, admodum longe mucronata, mucrone arcuato, ductulorum fasciculo quoque carentia, genitalia f. 10. tuentur octo, paucis paraphysibus stipata.

CALYPTRA pallida, lateraliter finditur atque decedit.

VAGINULA oblonga, viridis, ora fuscidula.

PEDUNCVLVS longiusculus, reclusus, ruber, muriculatus, f. 3. II. denique aliquantum tortilis.

THECA matura fusco-rutilans, ex arcu superiore valentiore cernua, f. 1. 2. 3. II.

OPERCVLVM conicum, longe rostratum, rostro deorsum f. 3. vel sursum f. III spectante. Hoc pallet, baseos colore amoene purpureo sensimque in crocescentem diluto.

ANNVLVS f. 12. valentiusculus, subtilissime fimbriatus.

PERISTOMII externi dentes, inferne quoque rubri, apice croceo, transuersim striati, medio quasi linea dilutiore notantur: *interni* membrana longitudinaliter fulecata, vascula non, vt in confimilibus, reticulata exhibet, f. 13. Processus lenissime perforati; cilia interposita solitaria.


SEMINA exigua, viridia, f. 14. 15.

LOCVS: in nemorosis vdis; Lipsiae ad Gonnewitz.

TEMPVS:


DVRATIO: per plures annos.

*Observatio.* Primo obtutu persimilis quidem est Hypno *rutabulo*; pedunculus itidem, quamuis paulo lenius muriculatus: sed 1) piliformis productio extremitatis foliorum, 2) operculi rostrum euidens, 3) annuli praesentia, hanc speciem satis distinguit ab eadem illa. Ab *H. striato* autem, distat 1) defectu plenario striarum folii, mihi certe nunquam obuiarum 2) eius apice producto 3) pedunculo muriculato, 4) peristomii interni membra vasculis non reticulatis.



*HYPNUM plumosum* L

*Poachytrichum glaucum* B.E. exp.



Tabula XV.

HYPNUM PLUMOSUM.

Hypnum *plumosum* trunco reptante ramisque primariis bifariis, depressis; foliis longius acuminatis, striatis; thecis, e pedunculo laevi, cernuis; operculo conico.

Hypnum *plumosum* furculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis subulatis, antheris erectis. LINN. Spec. pl. 1592. Syst. Veg. p. 951

Hypnum repens filicinum *plumosum* DILL. Hist. Musc. 280. t. 35. f. 16.

Explicatio Tab. XV.

Fig. 1. Planta, naturali magnitudine.

2. Varietas, pedunculis longioribus; naturali magnitudine.

3. Planta fig. 1.; aucta lente o.

4. Ramuli portiuncula foliis madentibus obfita; ad augmentum II.

5. Folium aduersum seorsim; ad idem augmentum.

6. Flos masculus; secundum augmentum III.

7. Genitalia eius desfloratorum duo; ad idem augmentum.

8. Folium intimum perigonii feminei, etiam cum genitalibus desfloratis duobus; secundum augmentum III.

9. Peristomii interni dentes duo; ad augmentum IV.

10. Peristomii interni particula, cum portiuncula parietis interni thecae; ad idem augmentum.

11. Semina; ad augmentum IV.

12. Semina; ad augmentum V.



## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS decumbens, viridis; in loco alibili longius protenditur simplex, simplices ramos confertim agens. Si plures coniunctim ita procedant, rami surrectiusculi curuati sunt; sin minus, isti etiam decumbunt, eueniuntque ex eodem ipso diuisiones, veluti f. 1. videre est: inferiores saepe bifarii.

**RADICES** fasciculatim f. 3. ut plurimum agit ex omni parte locum natalem attingente, ipsisque ramis eidem appropinquatis; ut ideo difficile admodum sit, plantam integram e cohorte seiungere. Breuiusculae, simplices subdiuisaeque rubent; hinc truncum ceu tomento ferrugineo vndique adpersum sistunt.

**FOLIA** lanceolato-vel si mauiis cordato-longius acuminata fig. 5. hinc pilifera auctoribus visa, tristriata; media stria a ductulorum fasciculo, qui circa coarctationem in acumen euanescit, proueniente, duae laterales vero, breuiiores tenerioresque \*), potius plicae esse videntur: integerima, concaua, conferta, madore subpatula f. 4. siccitate adpressa, imbricata, acuminibus exporrectis. Color e lutescente viridis.

**FLOS masculus** f. 6. alaris; intra folia perigonalia pluscula, concaua, extremitate nunc curuata, nunc recta, destituta ductulorum fasciculo, recordit genitalia, paraphysibus tenerrimis ditata f. 7. decem. *Femineus* quoque alaris, consuetae figurae, e foliis perigonalibus numerosis, exteriorioribus lanceolatis, intimis non minus absque ductulorum fasciculo, in augustum longissimum processum terminatis f. 8. et genitalibus decem, paraphysibus longe tenerrimis instructis componitur.

**CALYPTRA** pallida, demum fuscidula, lateraliter finditur feceditque.

**VAGINULA** cylindrica, virens.

**PEDVNCVLVS**, vbi plantae laetius vigent, mediocris; f. 1. 3. in macriori lapidoso loco autem ut plurimum longus f. 2. laeuis seu tuberculis non muriculatus, ruber.

**THECA** oblonga, demum ad complementum maturitatis cernua \*\*), fusca f. 3.

**OPERCVLVM** conicum rubrum.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTO-**

\*) a tergo conspecti folii sinistra longior est dextra.

\*\*) DILLENIVS in sua figura anteriores thecas erectas delineauit; hinc Linnaeus alique, vbi hanc speciem definiuere, idem perhibuerunt, non aduertentes posteriores eiusdem figurae fructus perfectiores, nunc incuruatos.

PERISTOMIVM *externum* dentes sedecim purpurei, ad extremitatem crociferentes, transuersim striati f. 9.: *internum* membrana longitudinaliter carinata, processibus pyramidalis, perforatis, interpositis ciliaformibus, terminata f. 10.

SEMINA exigua viridia f. 11, 12.

Locvs: circa basin faxorum, lapidibus nemorum sylvarumque, harumque in truncis arborum, nec non asseribus parietum terrae proximis innascitur.

TEMPVS: verè thecas maturat

DVRATIO per plures annos.

Observatio Ab. Hypno *rutabulo*, haec species illico dignoscitur cum figura, rum praesertim foliis striatis; a *sericeo*, theca matura inclinata cernua, et ab utrisque, pedunculi, per vitra conuexa lustrati, laeuitate: a *striato*, operculo conico non rostrato.

## Tabula XVI.

## HYPNUM LUTESCENS.

*Hypnum lutescens*, trunco ramisque vagis depressis, recta ex-  
porrectis; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, striatis; pe-  
dunculo longiusculo, tuberculato; thecis cernuis;  
operculo oblique conico.

*Hypnum lutescens* furculis vagis procumbentibus, foliis ovatis-lanceola-  
tis subulatis striatis, capsulis obliquis SCHREB. Spic. p. 98. Hudf.  
Angl. 421.

*Hypnum sericeum* furculis longioribus et rectoribus, capsulis incurvis  
DILL. Hist. Musc. 325. t. 42. f. 60.

## Explicatio Tab. XVI.

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Pars plantae f. 1; ad augmentum 0.

4. Particula rami cum foliis; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad augmentum III.

6. Flos masculus; } ad augmentum III.

7. flos femineus; }

8. Theca operculata, basi contracta et calyptra instructa, parata ad secessum;  
secundum augmentum I.

9. Thecae portio cum peristomio utroque; ad augmentum IV.


10. Semina; ad idem augmentum.

11. Alia; ad augmentum V.



HYPNUM *lutescens* Ehrh.

*Campylopusium lutescens* BE



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS veteranus depressus, varie in ramos longiores diuiditur subdiuiditurque, rectiuscule protensos, ut plurimum etiam depressos, ita tamen, ut in lata cohorte laxissime inuicem substrati sint. Hinc annosiora indiuidua continuis ramificationibus, spithamæ fere indipiscuntur longitudinem. Veterani fuscellum, annotinae diuisiones lutescentem, iuniores rami virentem habent colorem.

RADICES longiusculæ fuscae, e diuisionibus depressiusculis hinc inde solitarie et fasciculatim erumpentes, in truncis idemum plane depresso aut vicinis incumbente, confertiores reperiuntur.

FOLIA ouato-longius acuminata, trifariata; media tenuis apicem desinens, laterales breuiores, aequalis longitudinis f. 5. Alterna, madore etiam erectiuscula, tum laxè imbricata f. 4.; siccitate adpressiora, arctius imbricata, acuminibus tamen minus adpressis; hirsuticem aliquam repraesentant. Color luteo-viridis.

FLOS masculus f. 6. alaris ramorum. Folia huius perigonia obtusa, ouata, ductulorum fasciculo destituta, genitalia pauca, paraphysibus sociata concludunt. Feminus f. 7. diuisionum annotinarum alaris, e foliis perigonalibus plusculis, inferioribus post florescentiam reflexis, interioribus multo longioribus erectis, vel ad vnum latus flexis, ductulorum fasciculo carentibus, dilutissime viridibus et genitalibus duodecim ad quatuordecim minutulis, paraphysibus plus minus longioribus sociatis, componitur.

VAGINULA oblonga, curuata, inferne amoene viridis, genitalibus sterilibus paraphysibusque obsita.

CALYPTRA luteo viridula, ad extremitatem fuscilla, lateraliter finditur et abscedit f. 8.

PERDUNCVLVS longiusculus, gracilis, tuberculatus, f. 3. at lenius H. rotabuli: ruber est ac denique tortilis.

THECA oblonga, cernua, nonnunquam basi, apophyseos in modum, angustata f. 8., e viridi circa maturitatem magis magisque fuscescens, denique dilute fusca fit, linea ad oram coloratiore.

OPERCVLVM conicum, breuiter rostellatum, basi rubet et transparens, iam tum dentes peristomii conspectui offert; superne dilutius coloratum f. 3.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMII *externi* dentes inferne rubri, abinde ex aurantio in luteum colorem versi, transuersim striati: lateraliter conspecti interior ceu denticulata superficies lutea. *Interni* processus membranae longitudinaliter sulcatae, lutescunt; quos inter tenerrima cilia, at maxima attentione deteguntur f. 9. utpote facillime destructibiles a cono columnulae intra operculum latitante, haud adeo facile, ac in aliis speciebus marcescibili.

SEMINA exigua e luteo viridia.

Locvs: terrestris, colliculosus; apud nos praecipuis in muris argillaceis pagorum vulgaris. Ad truncos arborum etiam obseruauit Dillenius.

TEMPVS: ineunte vere Thecae maturantur.

DVRATIO: annosa.

Observatio. A *Leskea polyantha*, cuius varietatem esse perhibet Neckerus Meth. Musc. p. 180. nomine *H. ramosum*, toto coelo distare patet e Vol. huius p. 4 t. 2.: cum *Hypno myosuroide* autem, quorsum Weberus in Spicilegio p. 94. d. amandauit 1) propter folia striata, 2) pedunculum muricatum, 3) thecae directionem ac figuram differt.




2



1



12



10



11



6



7



9



8



4



3




5

LESKEA *ferrea*

*Homaltheicum ferreum* BE





1831

## Tabula XVII.

## LESKEA SERICEA.

*Leskea sericea*, repens, ramis procerioribus elevatis, crebrius  
divisis; foliis lanceolato-acuminatis, trifloratis; pedunculo  
tuberculato, mediocri; thecisque rectis; operculo conico.

*Hypnum sericeum* furculo repente ramis confertis erectis, foliis subulatis  
erectis. LINN. Sp. pl. 1595. Syst. Veg. 952.

*Hypnum vulgare sericeum recurvum*, capsulis erectis cuspidatis DILL.  
Hist. Musc. 323. t. 42. f. 59.

*Muscus terrestris luteo-viridis, sericeus repens.* MORIS. hist. 3. p. 626.  
f. 15. t. 5. f. 25.

*Muscus arboreus splendens sericeus.* VAILL. paris 132. t. 27. f. 3.

## Explicatio Tab. XVII.

Fig. 1. Planta cum divisionibus; naturali magnitudine.

2. Divisionum seu ramorum proceriorum unus; quoque magnitudine naturali.

3. Ille auclus, lente o

4. Ramuli secundarii particula, situm foliorum exhibens; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad augmentum III.

6. Flos masculus; } ad augmentum III.

7. Ejus genitalia; } ad idem augmentum.

8. Flos femineus defloratus; } ad idem augmentum.

9. Inde depromta genitalia; } ad idem augmentum.

10. Thecae summitas, utroque peristomio praedita; secundum augmentum IV.

11. Semina; ad idem augmentum

12. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS veteranus notabilis longitudinis, prorepens, fuscellus, subcal-  
vus, ramos exferit confertos, varios, alios nempe breviores simplicius-  
culos, curvulos; alios valentiores, exstantes, f. 1., nunc magis et non-  
nunquam alterne pinnatim f. 2. 3. nunc minus diuisos, qui siccescendo  
incurvantur et gregi sic crispulum conciliant habitum, hanc speciem primo  
obtutu prodentem. Posteriores, quoniam denique etiam deprimuntur,  
veteranorumque morem sequuntur, cohortem adeo dense implexam faciunt  
ut vel inde perdifficilis sit integri individui extricatio.

Tom. IV. Fasc. II.

M

RADICES

**RADICES**, cum ex omni decumbente trunco f. 1. tum maiorum ramorum ima parte, iam tum declinata f. 2. 3, prorumpunt copiosae, fasciculatae, breuiusculae, ferrugineae.

**FOLIA** lanceolato-acuminata, concava, conferta, madore subpaula imbricataque f. 4., tribus striis notantur; e fasciculo nimirum ductulorum medio valentiore, circa acumen euanescente, duobus lateralibus breuioribus f. 5. Color e luteo viridis, saepe summitatum, solis radiis vexatorum, quasi rufescit.

**FLOS masculus** f. 6. sui indiuidui alaris. Folia eius perigonia circiter decem, ouato-acuta, concava, concludunt genitalia f. 7. quatuor vel sex, paraphysibus ditata. *Feminei* f. 8. praeprimis in ramorum proceriorum alis copiose erumpentis folia perigonia interiora, angustiora, in longissimum acumen protensa, custodiunt genitalia sex, copiosis admodum paraphysibus circumfusa f. 9. adeo quidem, ut saepe Autumno vergente reperiantur calyptrae iam fissae ac inclinatae, nonnullis harum paraphysium obsitae.

**VAGINULA** vero tota iisdem operitur, aegrius extricabilis, cylindrica figura, dilute virens, demum fuscidula.

**CALYPTRA** viridula, lateraliter finditur seceditque.

**PEDUNCULVS** mediocris, subrectus, rubens, tuberculis teneris exasperatus, per vitra modice conuexa iustitatus, reperitur f. 3. demum tortilis.

**THECA** erecta ex ouato-lagenulata, matura amoene rutilans, f. 3.

**OPERCULVM** conicum, rectum, aut tantillum obliquatum.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMII externi** dentes pallidi, transuersim striati, madore intro se recipientes post casum operculi: *internum* multo pallidius externo; processus valde angusti f. 10.

**SEMINA** mediocria virentia, f. 11. 12.

**LOCVS**: Truncos arborum, maxime salicum, saxa, muros vetustos, saepe lata cohorte obducit.


**TEMPVS**: inेतunte vere thecas maturat.

**DVRATIO**: annosa.



*HYPNUM serpens*

*Amblyotrym serpens* BE



Tabula XVIII.

HYPNVM SERPENS.

*Hypnum serpens* trunco repente; ramis erectis simplicibus subramosisque; foliis ovato-acuminatis; thecis oblongis cernuis.

*Hypnum serpens* furculis repentibus, ramis filiformibus: foliis oblitteratis LINN. Sp. pl. 1596. Syst. Veg. 452.

*Hypnum trichodes serpens*, fetis et capsulis longis erectis DILL. Hist. Musc. 329. t. 42. f. 64.

Muscus terrestris omnium minimus, capitulis maiusculis oblongis erectis VAILL. parif. 138. t. 28. f. 6. *indubia*. BVB. Cent. IV, p. 36. t. 63. f. 2. MORIS. hist. 3. p. 625. f. 15. t. 5. f. 14. 21.

Explicatio Tab. XVIII.

- Fig. 1. 2. 3. Plantae nativa magnitudine.  
 4. Planta F. 1. ad augmentum 0.  
 5. Ramuli particula cum foliis; ad augmentum II.  
 6. Folium seorsim; ad augmentum III.  
 7. Flos masculus; } augmento III.  
 8. Huius genitalia; }  
 9. Genitale masculum, genituram suam eructans; ad augmentum IV.  
 10. Flos femineus; } ad augmentum III.  
 11. Eius genitalia; }  
 12. Genitale femineum cum paraphysibus; ad augmentum IV.  
 13. Summa pars parietis externae thecae cum peristomii externi denibus; ad augmentum IV.  
 14. Internae parietis de theca particula cum peristomio interno; ad augmentum IV.  
 15. Semina; ad idem augmentum.  
 16. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS exigui diametri, longius proserpit, continuo ramos agendo, cum simplicibus, tum diuisos, breuiusculos, admodum subtiles, surrectos in societate, extra societatem bifariam depresso, suppletes deinceps emortui vetustioris trunci vices. Huius color e luteo in fuscidulum vergit; illorum dilute viridis est.

RADICES e trunco omni ad eius extremitatem vsque f. 4. prorumpunt, anteriores fasciculatim, antiquae partis eomam aemulantes. Idem etiam in ramorum depresso parte euenit. Breues sunt, tenerae, simplices, fuscae. f. 4.

FOLIA exigua, nudo oculo fere capillaria, siccitate fere disparentia; vitris armato, ouato-acuminata, tenera, ductulorum fasciculo destituta f. 6. alterna, suo modo remota, patentia f. 5. Viror pro loci varietate, varius.

FLORES vtriusque sexus in eodem indiuiduo, alares. *Masculus* f. 7. ramorum productum, tetra aut hexaphyllus, foliolis ouato-acutis concavis, absque ductulorum fasciculo, genitalia quatuor exigua continet, viridia f. 8, paraphysibus breuissimis, lentibus augmentioribus tantum conspicuis, praedita, f. 9. *Femineus* f. 10., trunco decumbenti proprius, intra perigonium decaphyllum, genitalia f. 11. 12. recondit sex aut octo, minutula, paraphysibus eiusdem longitudinis instructa.

VAGINULA oblongo ouata viridans.

CALYPTRA pallida, summitate fuscella.

PEDUNCVLVS ab vncia vix vna ad biuncialem, variae longitudinis, laeuis est, inferiora versus amoene rubens, abinde dilutioris coloris; senescens torquetur.

THECA etiamnum magnitudine variat; siquidem nunc breuior, nunc longior, pro conditione loci nutriticii, at semper basi contractiore recta quidem e pedunculo adscendens, inde vero in cylindricam figuram elongatur, etiam recentissima si fuerit, incuruatam; hinc cernens. Contractior pars, in theca plane matura ac secundum augmenta vitrorum luci aduersa, apophyseos aemula transparentior, reliqua parte feminibus referta. Color virens, maturitate ruffedine quadam adpersus f. 4.

OPERCVLVM e conuexo acutum seu breui acuminis instructum, crocescens. f. 4.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMIVM externum efficiunt dentes sedecim, inferne dilute crocci, transuersim striati f. 13: internum pallidius luteum, e membrana fulcata, productos processus habet perforatos et interpositos ciliaeformes fig. 13.


SEMINA perquam exigua viridia f. 15. 16.

LOCVS: Terra, arborum trunci, ligna putrescentia, tegulae, lapides coracei, humore imbuti, vix non omnium regionum.

TEMPVS: Cum, fauente loco ac coelo, perpetim prorepat, ab inualescente vere in autumnum vsque reperiuntur greges cum thecis maturis et maturefcentibus.

DVRATIO perennis.

Obferuatio. Magnitudine, ramorum directione, foliorum ab inuicem distantia et volumine, pedunculorum et thecarum longitudine variabilis species. Humoso siquidem loco lacte nutritae, rami paulo longiores, folia maiora, remotiora, pedunculi longiores, thecae maiores fiunt. Lapidis coraceos si inhabitet, tenerrima est planta, omnis fere repens, folia minutula, pedunculi breues f. 1. thecae minutae. Hinc facile Willichii sententiam inirem, nempe, Hypnum trichodes serpens DILL. Hist. Musc. 331. t. 42. f. 65. nonnisi varietatem nostrae speciei constituere. At eandem hanc Dillenii speciem 65. cum Hypno ramis teretibus, breuibus, foliis pilo terminatis, capsulis erectis aristatis. Hall. Hist. 3. p. 32. n. 1751. vnam esse, vix cum Webero, Spicil. p. 97. crediderim.





*Tabvla XIX.***HYPNVM TOMENTOSVM.**

*Hypnum tomentosum*, trunco repente; ramis vagis erectiusculis; foliis ovato-lanceolatis, apiculatis, bifariam patentibus, accessoriiis minimis, diffitis, aristatis; thecis cernuis; operculo rostrato.

*Hypnum tomentosum*, furculis repentibus tomentosis, ramis vagis confertis erectiusculis, foliis acutis patentibus distantibus, capsulis cylindricis nutantibus, operculis incuruis. SWARTZ Prodr. p. 141.

*Explicatio Tab. XIX.*

Fig. 1. 2. Plantulae nativa magnitudine.

3. Planta f. r.; ad augmentum 0.

4. Ramuli extrema portio; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad augmentum III.

6. Foliolum accessorium; ad idem augmentum.

7. Flos masculus;

8. Vnum ex eius genitalibus;

9. Flos femineus;

10. Huius folium perigoniale exterius;

11. Eiusdem folium perigoniale intimum;

12. Annuli portio;

13. Peristomii externi dentes tres;

14. Peristomii interni particula;

15. Semina;

16. Semina; ad augmentum V.

} ad augmentum III.

} ad augmentum IV.



HYPNUM *tenentifolium*

*Rhacomitrium tenentifolium* (Hedw.) Brid



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS accumbens loco natali, continuo supra eundem proserpit, spargendo ramos subconfertos ex alterutro latere f. 1. 3. vel ex utroque f. 2. erectiusculos, inclinatos, declinatos, simplices ac subdiviosos, denique radicanes, ubi sui productoris veterani ac caluescentis vices subeunt. Huius color fuscus fit, qui antea viridis erat.

**RADICES** veterani trunci copiosissimae, simpliciusculae, breues, tenerae, in ferrugineum colorem vergentes, tomentum aemulantur f. 3. Tum etiam e ramis valentioribus prodire inchoant.

**FOLIA** primaria ovato lanceolata, versus extremitatem, si lentibus paulo conuexioribus lustrantur, tenerrime serrulata, apiculata fiunt e ductulorum fasciculo extra eandem producto, f. 5. Alterne utroque lateri ex opposito transuersim affixa, aduersa, patent f. 4. Concaua ficescendo marginibus contractis, triangula fere adparent. Accessoria his, multo minora, cordato acuminata f. 6. in prona tantum parte reperiunda, magis minusque diffita, erecta f. 5., acumine hinc illic verso, fugitiuo obtutu, pronam foliatarum partium superficiem quasi aculeatam mentiuntur. Cuncta amoene virent.

**FLOS** utriusque sexus in eodem indiuiduo. *Masculus* f. 7. quem etiam femineo proximum in planta delineata f. 3. nempe ad peripodium pepunculi obseruavi, saepius tamen e foliorum alis ramificationum prorumpit. Foliola eius perigonialia circiter decem, ovato-acuminata, concaua, ductulorum fasciculo destituta, genitalia operiunt duodecim, paraphysibus demum duplo longioribus instructa. *Femineus* f. 9. intra foliola perigonialia, exteriora ovato-longius acuminata, ductulorum fasciculo, circa productionem in acumen euanescente, instructa, f. 10. intimis, f. 11. ovato acutis, fasciculo ductulorum expertibus, custodiunt genitalia quatuor, paraphysibus copiosis circumfusa.

**VAGINULA** cylindrica, viridans, paraphysibus his prominulis tum e pedunculi peripodio, tota operata est.

**CALYPTRA** a me non visa.

**PEDVNCVLVS** mediocris, ruber, laevis f. 3. denique aliquantum tortilis.

**THECA** oblonga, cernua, maturitate e fusco rutilans.

50 *HYPNUM TOMENTOSUM. TABULA XIX.*

**OPERCULUM** conuexo-rostratum rubens, rostro dilucius colorato deorsum f. 3. sursumque f. 2. flexo.

**ANNVLVS** f. 12. valde elasticus.


**PERISTOMII** *externi* dentes extremitate aristati, f. 13. pallidi, transuersim striati: *interni* processus membranae longitudinaliter sulcatae, ad extremitatem vsque pertusi, saepius illa diuisa, quasi bifidi, interpositis ciliis breuioribus tenerrimis f. 14.

**SEMINA** exigua fuscilla erant. f. 15. 16.

**Locvs:** Hispaniolae legit singularem hanc speciem Cl. SWARTZ.


**TEMPVS:**

**DVRATIO:** longaeua.



PTERIGYNANDRUM *julaceum*

*Leucodry julaceus* (L.) Dill.



*T a b u l a* XX.

PTERIGYNANDRUM IULACEVM.

*Pteriginandrum julaceum*, serpens, ramificationibus surrectis; foliis ouato-lanceolatis, confertis, imbricatis; pedunculis breuiusculis, peripodio subaequali.

---

*Hypnum iulaceum*, ramis erectis teretibus imbricatis obtusis, perichaetiis longitudine fere pedunculorum LINN. Sp. pl. 1596. Syst. Veg. 952.

*Hypnum iulaceum*, perichaetio fetas paene aequante DILL. Hist. Musc. 321. t. 41. f. 56.

---

*Explicatio Tab. XX.*

Fig. 1. Planta naturali magnitudine.

2. Figura dilleniana t. 41. f. 56.

3. Planta f. 1. a ramus siccitate contractior; aucta lente 6.

4. Rami extremitas madida; ad augmentum II.

5. Folium seorsum; ad augmentum III.

6. Flos femineus; ad idem augmentum.

7. Thecae summitas, cum peristomio; ad augmentum IV.

---

HISTORIA ANALYTICA.

---

TRUNCVS veteranus decumbendo repens, innouationes seu ramos, folios Dillenio dictos, emittit surrectos, subsimplices, ac crebros f. 1. 2. 3. nonnunquam etiam deflexos radicales, vt e Dilleni delineato specimine, hic f. 2. repetito, videre est. Hinc implicatio cohortis necessaria. Color trunci eiusque diuisionum croceus.

RADICES breues, simplices, ferrugineae, fasciculatim vt plurimum e decumbente trunco procedunt f. 3.

FOLIA ouato-lanceolata concava, ductulorum fasciculo destituta, leniter plano marginata, indeque, vitris augmentioribus si in guttata aquae  
Tom. IV. Fasc. II. O lustrantur,



lustrantur, propter plicam seu angulum, inter concavitatem et planitiem marginalem ortam, quasi bistirata visuntur f. 5. Circum circa conferta, madore plane patent f. 4. ficitate densius imbricantur f. 3. a. Color luteo-viridis.

FLOS *masculus*, procul dubio sui individui, alaris; pauca enim mea specimina nullum habebant. *Femineus* f. 6. e foliis perigonalibus octo ad decem, interioribus oblongo-lanceolatis, subinde in longum admodum peripodium thecae maturescentis, protensis f. 3. b. diluitori quoque colore conspicuis; porro genitalibus duobus exiguis, paraphysibus destitutis constat. Oritur tenus summitatem intra foliorum alas; saepe plures sibi appropinquati f. 2. et f. 3. in ramo *proecltore*.

CALYPTRA fuscilla, denique obliqua inque duas portas fissa.

VAGINULA oblonga, viridis.

PEDUNCVLVS breuiusculus, rectus, demum tortilis, rutilans.

THECA ouata, recta, vetustate spadicea f. 4.

OPERCVLVM acuminatum ochreum.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMIVM dentes sedecim, teneri, albidi f. 7.

SEMINA valde exigua.

LOCVS: Arborum truncis parasitica in Pensylvania et Virginia.

TEMPVS:

DVRATIO longaeua.

### C O R R I G E N D A.

Pag. 28. *lin.* 4. et 6. fig. 4.; *leg.* fig. 3.

— — — 26. fig. 6.; *leg.* fig. 10.

— 37. — 20. interni; *leg.* externi.

— 41. — 30. nonnunqua; *leg.* nonnunquam.


— 42. — 5. destructibiles; *leg.* destructibilia.

— 43. — 25. praedita; *leg.* praedita.

— 49. — 20. pepunculi; *leg.* pedunculi.



HYPNUM *Thallus*





Tabula XXI.

HYPNUM HALLERI.

Hypnum Halleri trunco prostrato, ramulis erectiusculis simplicibus; foliis lanceolatis, fasciculo destitutis, undique e basi imbricata recurvis.



Hypnum Halleri ramis approximatis brevibus, foliis planis recurvatis  
LINN. Dissert. Meth. Musc. p. 34. Syft. Veg. p. 952.

Hypnum caulibus prostratis, foliis lanceolatis reflexis, operculo conico  
HALL. Hist. Stirp. III. p. 27. n. 1734.

Explicatio Tab. XXI.

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Planta Fig. 1; ad augmentum 0.

4. Ramuli extrema portio; ad augmentum II.

5. Folium seorsim; ad augmentum III.

6. Flos masculus;

7. Eius genitalium duo cum paraphybis;

ad augmentum III.

8. Flos femineus;

9. Peristomii externi dentes tres; ad augmentum IV.



ANNALES

---

 HISTORIA ANALYTICA.
 

---

**T**RUNCVS prostratus simplex f. 1. diuisus f. 2. tri - quadriuncialis et ultra; ramos agit simplices, breues, saepe per interualla confertiusculos, surrectos, subinde depresso occupantesque locum ac vices sui trunci. Hinc densiusculi complexus cespitum huius etiam speciei.

**RADICES** secundariae hinc inde e trunco procumbente fasciculatim emergunt breues, simplices, ferrugineae f. 3. *a. a.*

**FOLIA** ouato - acuminata, concaua, ductulorum fasciculo orba f. 5. conferta f. 4. e basi erectiuscula indeque imbricata, cuncta reflectuntur, reflexaque manent semper, vt hinc facies in sicco aequae ac madente statu trunci ramorumque vndique crispula adpareat. Ramulorum summa, inferioribus longiora maioraque, extremitatem eorum exhibent discoideam. Calor luteo - viridis; vbi solis radiis magis vexatur, in rutilantem vergit, quem inde potissimum extremitates truncorum ramulorumque contrahunt.

**FLOS masculus** f. 6. proprii individui in trunco alaris; intra foliola perigonialia ouato - lanceolata circiter duodecim, tuetur genitalia sui sexus f. 7. octo, paraphysibus breuibus instructa. Feminus itidem sui individui f. 8. foliis perigonialibus numerosioribus, denique patentiusculis, neque reflexis, operit genitalia sedecim, paraphysibus longis stipata. Vtriusque foliola ductulorum fasciculo destituuntur.

**CALYPTRA** tenera; iunior viridula f. 3. *b.* postmodum decolor. Abscedere coacta, lateraliter finditur.

**VAGINULA** cylindrica, viridans.

**PEDUNCVLVS**, duplo longior ramulis, mature rubedinem contrahens, denique rectiuscule ascendens profunda purpura totus perfunditur f. 3.

**THECA** oblonga erectiuscule cernua, maturitate rutilans aut fusca fit f. 1. 2. 3.

**OPERCVLVM** conicum dilutioris coloris fig. ead.

**ANNVLVS** nullus.

PERISTOMIVM *externum*, dentes sedecim luteolo - albidis leniterque tranſuerſim ſtriatif. 9. *Internum* membrana alba ſulcata, proceſſibus pro numero dentium terminata, interpoſitis ciliis tenerrimis.

SEMINA exigua viridantia, ſiccitate fufcella.

Locvs: in ſubalpinis, ſecundum Hallerum. Amiciſſimus Froelich, cuius beneuolentiae mea ſpecimina debeo, ad Bockſtein Salifburgii legit.

TEMPVS.

DVRATIO annoſa.

Hypnum hibernum ſericum molle et pallidum. Dicitur Hall. Musc. 28. p. 36. f. 2. Muscus terreſtris repens ſubſtans, ſolitoſis ciliis, minoribus, ſilique conſertis VALL. Hall. p. 27. f. 14.

Hypnum Halleri Tab. XXI

- Fig. 1. a. 2. Plante naturaliſſime habitans.
- 3. Plante E. 1. ad augmentum III.
- 4. Pericula 1. 2. 3. ad augmentum I.
- 5. 6. Folia a tergo et a fronte ad augmentum III.
- 7. Filos masculinos.
- 8. Filos femininos.
- 9. Filos femininos.
- 10. Filos ſolium perigoniale internus.
- 11. Gemmae huius horti.
- 12. Dentium peristomii externi quatuor.
- 13. Pericula peristomii internis.
- 14. Gemmae ad hanc augmentationem.
- 15. Folia trunci Hypni huiusmodi.
- 16. Alia eadem e trunculo decedunt.

Tabula XXII.

HYPNVM MOLLVSCVM.

*Hypnum molluscum*, procumbens, ramis simplicibus curuatis; foliis confertis varie distortis incurvis, ductulorum fascicula destitutis.

*Hypnum filicinum sericeum molle et pellucidum, mucronibus aduncis*  
DILL. Hist. Musc. 286. t. 36. f. 22.

*Muscus terrestris repens subflauus, foliolis crispis, minoribus, ramulisque confertis* VAILL. Paris. t. 27. f. 14.

Explicatio Tab. XXII.

Fig. 1. 2. 3. Plantae naturali magnitudine.

4. Planta f. 1; ad augmentum 0.

5. Particula rami; ad augmentum I.

6. 6 Folia a tergo et 6 \* antice visa; ad augmentum III.

7. Flos masculus; }  
8. Huius genitalia; } ad augmentum III.

9. Flos femineus; }  
10. Eius folium perigoniale interius; } ad idem augmentum.  
11. Genitalia huius floris; }

12. Dentium peristomii externi quatuor; }  
13. Particula peristomii interni; } ad augmentum IV.


14. Semina; ad idem argumentum.

a. Folium trunci Hypni *diastrophylli*; }  
b. Aliud ejusdem e ramulo decerptum; } ad augmentum III.



HYPNUM *molluscum*





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS saepiuscule simplex, depressus; ramos agit, praesertim circa extremitatem, confertiores, frondium filicinarum ad normam, distichos, continuo decrescentes, incurvatos, f. 4. Successu temporis veterani caluescunt, innouantes: hinc denique diuisiones variae decrepiti. Si vero id intra densum consortium euenit, erectiusculum situm tenere coguntur rami. Color viridis.

**RADICES** perquam tenerae, in truncis veteranis saepe fasciculatim egredientes, fuscae.

**FOLIA** f. 6. ovato - longius acuminata, acumine decurvato f. 5. hinc heteromalla. Tenuia, molliuscula, concava, ductulorum fasciculo destituta sunt, splendentque e luteolo pallide viridia.

**FLOS masculus** f. 7. proprii, vel etiam communis individui, e foliorum alis, ut plurimum trunci oriundus, e foliis perigonialibus plufculis ovato - lanceolatis, concavis, absque ductulorum fasciculo, et genitalibus quatuor, paucis breuibufque paraphyffibus stipatis f. 8. constat. *Femina* valentioris f. 9. foliola perigonialia longe numerosiora, longius acuminata, ductulorum fasciculo destituta, ab intimis f. 10. ex eius praesentia quasi tristriata, operiunt genitalia sex f. 11, paraphyffibus numerosis sociata.

**CALYPTRA** tenera, iuuenis dilutissime viridans, lateraliter finditur feceditque.

**VAGINULA** conico - cylindrica, viridula, fructu maturo e peripodio seu perichaetio communiter prominula est f. 4.

**PEDUNCVLVS** mediocris, vncialis circiter, fusco - rufilans, f. 4.

**THECA** matura cernua, dilute ferruginea, f. ead.

**OPERCVLVM** apiculato - conicum dilutius theca coloratum.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMII** externi dentes e luteolo albidu, teneri, lenissime transversim striati f. 12: interni f. 13. color longe dilutior.

**SEMINA** exigua viridula f. 14.

**Locvs:** uda turfosa. Ego hanc speciem hic inueni in pratis illis spongiosis ante *Klein - Doelzig* cum *Hypno scorpiode*, sed nunquam frugiferam. Celebris floriae isenacensis auctor, D. GRIMM ad Inselberg legit, cuius beneuolentiae etiam specimina thecis onusta debeo. DILLENIVS ad arborum radices et virgultorum stipites prope Londinum in


*Sylva Tottenham*: suspicatur vero, exemplaria Sherardi, a Vaillantio accepta, atque setis longioribus instructa, quorum vnus delineationem tab. supra citata, adauxit, loco vliginoso lecta fuisse. Accepi etiam a Dn. FROELICH e rupibus Bockstein, alpium salisburgenfium.

## TEMPVS.


## DVRATIO continua.

**ANIMADVERSIO I.** Hudsonus ad suum *Hypnum compressum* furculis pinnatis compressis, foliis acuminatis recuruis, antheris erectiusculis ouatis, *Flora angl.* 443, idem synonymon dillenianum, tabulam et figuram, nostrae definitioni *Hypni mollusci* subiectum, refert. Huius auctoritate commotus Murrayus, editioni Systematis Vegetabilis Linnaei decimae tertiae p. 800. et deinde subsequenti p. 951. inferuit, vt taceam Gmelini mendosissimam editionem huius Systematis, praefertim quoad vltimam classem. Weberus in suo spicilegio goettingensi eadem Murrayi vestigia premens, p. 58. e Weiffii plantis cryptogamicis, *Hypnum filicinum* var. *β.*, *ramoso-pinnatum* p. 229. subiecit. Cum vero iste in descriptione perhiberet folia apice vaga directione modo sursum modo deorsum spectantia et in pilum tenuem terminata; Ille autem insuper adderet, potius lateraliter, imo sursum secundis, capsulis maturis non incuruatis, quamuis in diagnosi capsulas ouatas, maturitate inclinatas praedicaasset; Hudsonus porro etiam folia recurua esse dixerit: dubito certe an vnus horum virorum vere nostram hic datam speciem voluerit. Dillenianam autem, eandem esse, indubium est. Idem fere crediderim de Vaillantii, *Muscus terrestris repens*, subflauus, foliis crispis minoribus ramulisque confertis *Bot. Paris.* p. 141. t. 27. f. 14. modo aliquam vltiorem descriptionem addidisset.

2. Perquam beneuole communicauerat mihi olim mature admodum, proh dolor! e viuis ereptus filius Equitis Linnaei inter alias plantas, specimen Musci, habitu et colore nostrae speciei primo intuitu simillimum, cum designatione *H. Halleri* ex eius Dissertatione, methodus Muscorum. Cum vnum esset, et e tam charis manibus acceptum, sustinui eius destructionem disquisitione plenaria; idque eo libentius, quoniam iam contemplatio exactior foliorum (vide sis fig. a. b. nostrae tabulae) mihi differentiam specificam offerret; quorum ad ductum hanc speciem *Hypnum diastrophyllum*, mihi quidem cognominare luberet. Cui, meo iudicio, *Hypnum* ramis pinnatis, pinnis ramosis, foliis cincinatis *Hall. Hist.* III. p. 34. n. 1767. forte maiori iure subscribendum foret, quam illo Weiffii *H. ramoso-pinnato*.



HYPNUM *cupressiforme*



Tabula XXIII.

HYPNUM CUPRESSIFORME.

Hypnum *cupressiforme* decumbens, ramis simpliciusculis curvulis; foliis ovato-acuminatis, incuruatis, secundis, fasciculo ductulorum destitutis; thecarum cernuarum operculo conico-acuminato.

Hypnum *cupressiforme*, furculo subpinnato, foliis secundis recurvis apice subulatis LINN. spec. pl. p. 1592. Syst. Veg. p. 951.

Hypnum crispum *cupressiforme*, foliis aduncis DILL. Hist. Musc. 287. t. 37. f. 23.

Muscus terrestris curvus minor, flagellis clavisque brevioribus. MORIS hist. 3. p. 624. f. 15. t. 5. f. 8.

Muscus squamosus ramosus minor et crispus VAILL. Paris. 139. t. 27. f. 13.

Explicatio Tab. XXIII.

Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.

3. Planta f. 1. aucta; ad augmentum 0.

4. Ramuli particula cum foliis; secundum augmentum II.

5. Folium aversum;

6. Folium aduersum;

} ad idem augmentum.

7. Flos masculus;

8. Huius genitalia tria;

9. Flos femineus;

10. Huius genitalia;

} ad augmentum III.

11. Theca operculata; ad augmentum II.

12. Dentes peristomii externi;

13. Particula peristomii interni;

14. Seminula;

} ad augmentum IV.

A. Fol. Hypni *rugosi* L.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS procerus, decumbens, in ramos utrobique diuiditur simpliciusculos, variae directionis. Etenim minus densa cohorte implexi, frondium filicinarum modo diuergunt, praecipue ad extremitatem; contra in erectam tantillum curuati. Superstites prouectiores denique in truncorum suorum locum adolefcunt, moremque gerunt. Caluescunt etiam decrepiti, tum decolores e viridi iuniorum facti.

RADICES solitariae, saepius tamen quasi fasciculatim coniunctae hinc inde erumpunt, coloris obscuri.

FOLIA ovato-acuminata, ductulorum fasciculo plane destituta f. 5. 6, confertiora aequae ac decolora rupestrium plantarum, imbricata, praecipue circa extremitatem trunci, ut plurimum versus unum latum incuruantur recuruanturque f. 4.; nonnunquam tamen cunctis rectiusculis. Densus truncum operientia, etiamnum siccitate transversales rugas contrahunt, Hypni *rugosi* in modum. Haud nimium folis radiis vexata, amoene virent.

FLOS *masculus* f. 7. communiter proprii individui proventus, et tum quidem satis creber est: reperi tamen nonnullos etiam inter femineos. Intra foliorum alas prolongationis iunioris trunci ramorumque occurrit. E foliolis perigonalibus plusculis concavis, et genitalibus f. 8. duodecim, paraphysibus brevibus paucisque dotatis, constat. *Femineus* f. 9. foliola perigonalia multo numerosiora habet, quorum intima subinde longius procedunt, pedunculo adpressi. His tuentur genitalia f. 10. quatuordecim, paraphysibus copiosis sociata. Horum nonnunquam etiam duo impraegnata, gemellum promunt fructum.

CALYPTRA viridula, post solutionem humore materno destituta, pallet; lateraliter finditur seceditque.

VAGINULA conoidea dilute viridans.

PEDUNCULVS uncialis dilutiuscule ruber, recta aut flexuose ascendit f. 3. laevis est, modice tortilis.

THECA oblonga, maturitate fuscescens ac cernua fit, f. 3. II.

OPERCULVM conico-acuminatum, siccitate quasi mucronatum, rutilat, extremitate profundius colorata f. II.

ANNULVS nullus.

HYPNUM CUPRESSIFORME. TAB. XXIII. 61

PERISTOMII *externi* sedecim dentes, dilute rubent, inferne ceu interrupte transuersim striati; vnde media longitudinalis linea diluor f. 12. *Internum* luteolo - albicans, inter singulos processus pyramidatos imperforatos, vnam tantum ciliam interpositam habet f. 13.

SEMINA exigua viridia f. 14.

LOCVS: terra, arborum trunci et rami, saxa.

TEMPVS: ineunte vere floret et Maio capsulas maturat.

OBSERVATIO. Adeo vulgarem speciem hic proposuimus, vt superflua in hoc opere videri possit. Cum vero nonnullae aliae nouae et dubiis, ob insignem cum hac similitudinem, implexae occurrant; analysin eius fundamenti loco ponere, necesse visum est. Inter has primam proximamque exhibet Hypnum *rugosum* seu Hypnum lutescens crispum, Lycopodii facie DILL. H. M. 289. t. 37. f. 24. cui primo obtutu simillimi cupressiformis caespites occurrunt locis lapidosi petrosi. Perquam doleo, me haecenus oleum operaque perdidisse, potiundi rugosi specimina fructu onusta. Secundum illa vero, quae mihi ad manus sunt, differt foliis ductulorum fasciculo instructis, nunc versus summitatem euanescente, vide sis Tab. nostra XXIII. A. nonnunquam etiam ad apicem vsque pertingente.



*Tabula XXIV.***HYPNUM ADVNCVM.**

*Hypnum aduncum*, trunco erecto ramis patulis, foliis ovato-acuminatis incurvis, summitatum secundis; foliolis perichaetii intimis apiculatis: operculo acute - conico.

*Hypnum aduncum* furculis erectiusculis subramosis, foliis secundis recurvatis subulatis, ramis recurvis LINN. spec. pl. p. 1592. Syst. Veg. p. 951.

*Hypnum palustre erectum*, summitatibus aduncis DILL. Hist. Musc. 292. t. 37. f. 25.


*Explicatio Tab. XXIV.*

- Fig. 1. Planta magnitudine nativa.  
 2. Eadem aucta lente o.  
 3. Particula rami superioris infera et  
 4. similis summitatis; ad augmentum I.  
 5. Folia, aduersum et \* auersum; secundum augmentum II.  
 6. Flos masculus.  
 7. Huius genitalium euacuatorum duo; secundum augmentum III.  
 8. Flos femineus.  
 9. Genitalium eius unum; ad augmentum III.  
 10. Folium ex intimis perichaetialibus, apicula longiore instructum et  
 10. b. extremitas alterius, brevius apiculati; vtriusque augmentum III.  
 \*\* Pedunculus, impedimento emerfionis in gyros complicatus; naturali magnitudine.

HISTORIA ANALYTICA



HYPNUM *aduncum*



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RVNCVS altitudinem trium, quatuor aut quinque vnciarum tenere quidem consuevit; reperi tamen etiam palmam excedentes cohortes, ubi in lacubus profundiusculis degerent. Debilis, erigitur tamen intra aquam, eius superficiem petens. Rami breuiuseuli, simplices, patentes f. 1. 2. Annosus inferne caluus fit, rutilat; excrescit vero continuo iste color pro ratione aetatis partium, in viridantem iuuentutis.

**RADICES** fundo natalitio immerfae, extractas plantas non sequuntur: laterales seu secundarias e foliorum alis nunquam vllae.

**FOLIA** lanceolata, acuminata, acuminatione incuruata, summitatem versus heteromalla, concaua, ductulorum fasciculo instruuntur tenero, circa extremitatem euanido, f. 3. 4. 5. Superiora trunci confertiora sunt, inferioribus ramorumque f. 2. Color superficiei aquae proximorum, praepremis plantarum sexus masculi, amoene viridis; abinde perpetim deflectens in xerampelinum seu rufescentem.

**FLOS masculus** f. 6. distincti indiuidui, maturationis thecarum tempore abunde e trunci innouatione summa intra foliorum alas erumpens, foliolis plusculis lanceolatis concauis, ductulorum fasciculo expertibus, custodit genitalia sena, paraphysibus orba f. 7. **Femineus** f. 8. annotinae partis trunci productum intra multo plura foliola perigonialia, exteriora lanceolato-acuminata recurua, interiora linearia apiculata, quoque cunctis ductulorum fasciculo destitutis, his vero denique fructu maturo lenissime striatis f. 10. genitalia, paraphysibus stipata f. 9. recondit duodecim.

**VAGINULA** cylindrica viridans, ad oram fufcescit.

**CALYPTRA** pallida, recta; lateraliter secedit.

**PEDVNCVLVS** ruber, laeuis; non tortilis, plerumque biuncialis; laepe tamen etiam longior in plantis aquae submersis, vtpote prominentiam thecarum supra superficiem nitentibus. Impeditus hoc in molimine e. g. complexu denso cohortis, varios contorsionum gyros format f. 11.

**THECA** oblonga nunc magis, nunc minus cernua f. 2. matura fuscidulum induit colorem.

**OPERCVLVM** profundius coloratum, conuexo-acutum, siccitate apiculam offert.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIVM;** *externi* dentes transuersi striati, pallidi, ad basin purpurascens: *interni* processus inperforati, interpositis ciliis solitariis.

**SEMINA** exigua, viridantia, laeuia.

**Locvs:** paludes et aquae stagnantes, praecipuis accliuum montosarumque regionum, procul dubio per totam Europam. Omnium tamen laetissime crescit aqua submersa. Chemnitzii Saxonum ad pagum Rotluf in piscinula syluatica ego reperi olim ingentem cohortem, quae vlnarem longitudinem excederet, numquam tamen frugiferam; procul dubio procero incremento facultate generandi absumta. In fossis autem aqua ad vlnae semissem refertis, quotannis flores vtriusque sexus, ergo et fructus proferebat. Per omnem Hercyniam frequentem esse hanc speciem, Weberus perhibet in Spicilegio suo p. 66. Dillenius in ericetis accliuibus inter West-Wikham et Addington, prope Croydon in Anglia copiosissime crescere scribit in sua Hist. Muscorum p. 292. Neque tamen etiam depressiora nostra prata vda schoenfeldensia respuit.

**TEMPVS:** Maio Iunioque ineunte thecas maturat.




**DVRATIO** plurium annorum.

**OBSERVATIO.** *Hypnum xerampelinum* Villars Hist. des Plantes de Dauphiné 3. p. 902. nostra est species.



HYPNUM naccatum

1711



Tabula XXV.

HYPNUM VNCINATVM.

Hypnum vncinatum, trunco prostrato; foliis subulato - carinatis, striatis, heteromalle-vncinatis; perichaetiis gracilibus longis.

Explicatio Tab. XXV.

- Fig. 1. 2. Plantae nativa magnitudine.  
 3. Illa f. 1. aucta lente o.  
 4. Rami particula; ad augmentum II.  
 5. Duo folia seorsim, a latere visa; ad idem augmentum.  
 6. Flores masculi;  
 7. Genitalium hujus sexus duo; } ad augmentum III.  
 8. Flos femineus defloratus; }  
 9. Hujus genitale impraegnatum grossificans cum foliolis intimis perigonalibus; ad idem augmentum.  
 10. Theca operculata cum pedunculi particula; ad augmentum I.  
 11. Peristomii externi dentes duo; } ad augmentum III.  
 12. Peristomii interni particula; }

HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS decumbens bi-triuncialis, ut plurimum simplex, nonnunquam tamen, praeprimis loco fauentiore, ad extremitatem ter quaterque diuisus \*) ramos agit saepe bifarios simplices breuiusculos, at continuo ab extremitate innouans, denique, velut ipse, caluescentes et perituros f. 3.

RADICES

\*) Possideo specimina a Froelichio ad Rathsborg Salisburgi lecta, egregie diuisa, quarum longitudo sex septemque vncias aequat.



**RADICES** secundariae ex ima parte veterascentis trunci, saepe etiam fasciculatim prodeutes, breues, simplices fuscae.

**FOLIA** e mediocri ouata concava basi, in longissimum subulato-canaliculatum processum protenduntur, superiorum egregie incuruato, inferiorum recuruato, lateralium falcato - heteromalle-vncinatorum f. 4. hocque praeprimis in iuniore annotinaque parte trunci et ramis iunioribus; reliquorum ramorum tenerioribus incuruatis f. 3. Dilute virent cum splendore, nonnunquam etiam rufescunt. Soluta praeprimis, in basilari parte strias tres offerunt, quarum media e ductulorum fasciculo provenit; duae laterales vero plicarum forma e basilari concava parte oriuntur, efficientes abinde margines processus f. 5.

**FLORES** utriusque sexus ex alis foliorum trunci vnus eiusdemque prodeunt. *Masculi* f. 6. ut plurimum vberiores atque extremam prolongationem tenentes, inter folia perigonia plura, exterioribus nunc magis nunc minus longis curuatisque, ductulorum fasciculo instructis, interioribus multo minoribus, isthoc destitutis, genitalia, paraphysibus instructa f. 7, fouent quatuor, sex, aut octo. *Femineus* f. 8. non minus exteriora foliola perigonia habet ductulorum fasciculo notata. Reliqua isthoc destituta, longius exporriguntur, quoque cunctis ad vnum latum curuatis. At intima tum quoque rectiuscula, lineari-lanceolata perquam tenera sunt conteguntque, ut ego quidem reperi genitale non nisi vnum, paraphysibus destitutum f. 9. Fructu deinde maturescente, in perichaeium egregie longum, pallescens promouentur, foliolis erectiusculis, f. 3.

**CALYPTRA** longiuscula, pallida, lateraliter secedit.

**VAGINULA** cylindrica, viridis.

**PEDUNCULVS** vnciali etiam quandoque paulo longior, rectiusculus amoene rubet, ac laeuis est, f. 10.

**THECA** cylindrica, magis minusque f. 3. cernua, e viridi rufescit, denique fuscidula.

**OPERCVLVM** purpurascens conuexo - conoideum, saepius, dum ficatione haec conuexitas confidet, quasi apiculatum f. 1.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMII** *externi* dentes pallidi, ad basin dilute rubentes, transversim striati f. 11. *Interni* processibus conicis, imperforatis, duo cilia intersunt f. 12. Color albidus.

**SEMINA** virentia laeua.


**LOCVS:** Elegans ac nitida haec species procul dubio haecenus cum *H. adunco* confusa, solummodo in montosis regionibus mihi obuia, ad radices Pinuum, vel earum in vicinia humecta laete prouenire solet. Ego in

in nostra Saxonia circa Chemnitium, praeprimis vero ad radices sylvae oppidi Tschopau haud infrequenter reperi. Accepi etiam specimina e Suecia ab amicissimo O. Swartz, interque ista varietatem, truncis simplicifolius seu minus ramosis.

TEMPVS: Iunio thecas maturat.

DVRATIO plurium annorum.

OBSERVATIO. Loco, situ, statura, fractu, ad primum adspectum, facile cum Hypno *cupressiformi* confundi potest; considerata vero foliorum, praeprimis extremorum curvatura nec non perichaetii longitudine, potius Hypni *adunci* varietas esse videtur. Differt vero ab isto etiam 1) foliorum figura praeprimis striis, 2) flore vtriusque sexus monophyto, femineo monogono, 3) Perichaetio cum longiore, tum intimis eius foliolis non apiculatis, 4) pedunculis breuioribus.



---

*Tabula XXVI.*
**HYPNUM COMMUTATUM.**

*Hypnum commutatum*, trunco procumbente ramoso, ramulis subramosis; perichaetiis magnis, albicantibus, striatis; pedunculis validiusculis.

---

*Muscus filicinus palustris* VAILL. parif. 138. t. 29. f. 9.


---

*Explicatio Tab. XXVI.*


- Fig. 1. Planta naturali magnitudine.
2. Ramus frugifer cum particula trunci decumbentis; itidem magnitudine nativa.
3. Ille auctus; ad augmentum 0.
4. Trunci particula cum foliis; } ad augmentum I.
5. Ramuli extremitas foliata; }
6. Folium trunci; } ad augmentum III.
7. 7. 7. Folia ramuli; }
8. Flos femineus; ad augmentum III.
9. 9. Foliola perigonialia interiora; ad augmentum III.
10. Genitale femineum foecundatione grossificatum cum infocundis; ad idem augmentum.
11. Radicula interfoliaris; ad augmentum III.
- A. Folium diuisionis adfurgentis trunci ex *Hypno filicino*.
- B. Folium e ramulo eiusdem.
- 

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS primarius decumbens, aequae ac eius diuisiones valentiores, nunc surrectiusculae f. 1. nunc declinatae, simplices aut diuisae ramulos crebros habent, nonnunquam etiam subdivisos f. 2, ut plurimum bifarios, filicum plurimorum more decrescentes. Longitudo priorum est bi aut triuncialis, si florent et fructum perficiunt; excedens vero sterilium. Color veteranorum lutescit, qui antea dilute viridis erat.



HYPNUM commune



**RADICES** secundariae inter folia, praepimis decumbentium truncorum, nonnunquam etiam diuisionum, sat copiosae reperiuntur breues, diuisae f. 4 II. tenue tomentum ferugineum aemulantes.

**FOLIA** trunci eiusque diuisionum valentiorum e latiuscula basi longius acuminata f. 4. 6. ramulorum lanceolata, concava f. 7. variabilis quidem directionis, ut plurimum tamen heteromalla, ad apicem confertiuscula f. 5. Vtrorumque fasciculus ductulorum tenuis extremitatem disparet. Valde tenuia sunt, hinc dilute at amoene virentia, siccitate vero contracta, praepimis ramulorum faciem, ut etiam Vaillantius p. c. inuit, quasi spinulosam reddunt.

**FLORES masculas** in paucis ad me peruentis speciminibus non reperi; procul dubio proprii individui. *Feminei*, constanter e diuisionibus procerioribus truncorum veteranorum decumbentium prouenientes f. 1. 2. 4. genitalibus impregnationem perpeffis f. 8. interiora foliola perigonia habent lineari-lanceolata albertia, ductulorum fasciculo destituta, at egregie striata f. 9. 9. His genitalia insunt quatuor, paraphysibus paucis tenerrimis ditata f. 10.

**CALYPTRA** longa, pallida, lateraliter fissilis secedensque.

**VAGINULA** cylindrica viridis.

**PEDUNCVLVS** validiusculus, partim tortilis, reftus, nonnunquam etiam egregie flexuosus factus, propter difficiliorem emerfionem inter gregem densum; laeuis, senio totus rubicundus f. 1. 2. 3.

**THECA** speciosa, oblonga, cernua, viridans f. 2. 3. denique fusca f. 1.

**OPERCVLVM** conoideum, rutilans f. 3.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMII externi** dentes validiusculi rubentes; *interni* albicantis processus perforati.

**SEMINA** exigua, viridia.

**LOCVS:** in palustribus Algoviae copiose crescentem legit, mihi que beneuole communicauit Cl. Froelich.

**TEMPVS:**

**DVRATIO:** longaeua, innouationum beneficio.

**OBSERVATIO.** Propositam hic speciem illam a Vaillantio citato loco exhibitam esse, at nequaquam ad Hypnum *filicinum* Linnaei referendam, vacat dubio. Eximia quidem vtramque, primo obtutu, intercedit similitudo, ut confusio sit facillima. Sed differt Hypnum *filicinum* a nostro *commutato* 1) cum foliorum figura et magnitudine, tum horum fasciculo ductulorum extra paginae apicem emergente apicula facta vid. Tab. nostram f. A. B. 2) ramulis etiam radicales agentibus f. B. 3) fructu semper truncos decumbentes, occupante neque ramos proceriores surrectiusculos veluti in nostra planta.

Tabula XXVII.

HYPNUM VELUTINUM.

*Hypnum velutinum* trunco prostrato repente, foliis lanceolatis confertiusculis, perichaetialibus interioribus crinitis; operculo conico.

*Hypnum velutinum*, furculo repente, ramis confertis erectis, foliis subulatis LINN. Spec. p. 1595. Syst. Veg. p. 952.

*Hypnum velutinum* capsulis ouatis cernuis DILL. Hist. Musc. 326. t. 42. f. 61.

Explicatio Tab. XXVII.


- Fig. 1. Planta ramis simplicibus, naturali magnitudine.  
 2. Planta subramosa; naturali magnitudine.  
 3. Planta f. 1; ad numerum 0. aucta.  
 4. Particula ramuli cum foliis; ad augmentum II.  
 5. Folium trunci seorsim; ad idem augmentum.  
 6. Flos masculus;  
 7. Huius genitalia;  
 8. Flos femineus;  
 9. Foliolum perigoniale interius; } ad augmentum II,  
 10. 11. Folia olim perigonialia interiora, nunc fructu maturo decerpta; ad augmentum III.  
 12. Nonnulla genitalium femineorum; ad idem augmentum.  
 13. Annuli portio;  
 14. Peristomii interni particula; } ad augmentum IV.  
 15. Semina; ad idem augmentum.



HYPNUM *velutinum*

*Bryothecium velutinum* BE





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS vtplurimum arcuatim procumbens extremitate incumbente, radicante, innouante: in ramos diuiditur magis minutique confertos, plerumque simplices, in denso cespite; alias tamen etiam subdivi-  
fos f. 2. breuiusculos surrectos. Mascula planta minus ramosa, ramu-  
lis breuioribus, rarioribus. Color viridis subinde lutescens.

RADICES continuo e trunco emergunt simplices, solitariae, vtplurimum tamen fasciculatim, purpurascens. Accidit vero nonnunquam, vt etiam extremitas rami, locum idoneum attingens, in radicias dissoluatur f. 3. b.

FOLIA lanceolata, concauala, tenuissime a medio versus apicem, ad maiuscula augmenta, denticulata, ductulorum fasciculo euidente, apicem versus euanescente instructa; vage alterna, confertiuscula, luteo-  
viridia; subpatula madore, siccitate adpressiuscula f. 3. 4. 5.

FLORES masculi f. 6. in foliorum alis trunci proprii sexus. Folia eius perigonialia pliuscula concaua, vasculoso fasciculo expertia, tuentur genitalia f. 7. sex ad octo paraphysibus longioribus stipata. *Femineus* f. 8. etiamnum sui trunci, quandoque etiam e ramo oriundus, constat e foliolis perigonialibus exterioribus obtusiusculis, interioribus in processum filiformem f. 9, denique maturo fructu egregie longum plerumque recurvum e summitate rotundata, f. 10. 11. protensis. Cuncta ductulorum fasciculo destituta, fovent genitalia sedecim, quoque paraphysibus longiusculis instructa f. 12.

CALYPTRA pallida lateraliter fissilis secessilisque.

VAGINULA cylindrica viridans.

PELVNCVLVS modice longus, tuberculofus, obscure ruber, f. 3. saepius ex vno perichaetio duplex.

THECA ventricofa, cernua aut cernens, viridis e rubro in fuscum colorem maturat.

OPERCVLVM conicum purpurascens.

ANNVLVS simpliciter fimbriatus f. 13.

PERISTOMIVM duplex. *Externi* dentes rubri apice lutei; *interni* processus e membrana sulcata egregie perforati, ciliis interpositis simplicibus geminisque f. 14. color lutescens.

SEMINA paruula, viridia f. 15.

Locvs: in vmbrosis ad arborum stipites, aggeres, nonnunquam muros vetustos haud infrequens.

TEMPVS: ineunte vere thecas maturat.


DVRATIO: protracta.

OBSERVATIO. Synonymon et figura e Vaillantii botanico parisiensi, a Linnaeo in speciebus plantarum huic supposita, ad Hypnum albicans pertinet.



*HYPNUM intricatum* Schreb

*Paralythecium velutinum* B.E.  
var. *intricatum* Hedw.



Tabula XXVIII.

HYPNUM INTRICATVM.

*Hypnum intricatum* trunco prostrato repente, ramis breuibus simplicibus; foliis lanceolato - acuminatis patulis, perichaetialibus interioribus oblongo - lanceolatis; pedunculo muriculato; operculo conico.

*Hypnum intricatum* furculis repentibus, ramis breuibus; foliis lanceolatis acuminatis, capsulis obliquis cernuis mucrone obliquo SCHREB. Spic. p. 99.

Muscus terrestris omnium minimus, capitulis masculis oblongis erectis VAILL. Paris 138. t. 28. f. 6. 7.

Muscus terrestris minor, cauliculis repentibus tenuissimis. Buxb. Cent. 4. p. 36. t. 63. f. 2.

Explicatio Tab. XXVIII.

- Fig. 1. 2. 3. Plantae naturali magnitudine.
4. Planta f. 1. ad numerum 0. aucta.
  5. Particula rami; ad augmentum II.
  6. Folium seorsim, ad augmentum IV.
  7. Flos masculus; ad augmentum II.
  8. Huius genitalium duo cum paraphyfibus; ad augmentum III.
  9. Flos femineus; ad augmentum II.
  10. Huius genitalia; ad augmentum III.
  11. Theca operculata; ad augmentum I.
  12. Annuli particula; ad augmentum IV.
  13. Operculum; ad augmentum III.
  14. Dentes peristomii externi duo, alter averse visus; ad augmentum IV.
  15. Peristomii interni dimidia pars; ad idem augmentum.
  16. Semina; ad augmentum IV.
  17. Horum quinque; ad augmentum VI.

---

**HISTORIA ANALYTICA.**


---

**T**RUNCVS vncialis, biuncialis, nonnunquam paulo longior f. 1. 2. 3. tener, arcuatim procumbens, ramos emittit, saepissime vtrinque breues, simplices, laetius vicens etiam diuisos surrectos omnes f. 2. denfiore in cespite, in laxiori explicatos f. 1. 3. 4. Innouationes vtplurimum circa extremitatem agit. Color viridis, senio luteus.

**RADICES** ex eius parte, quae natali loco appropinquata est, crebrae congregatae solitariaeque, simplices, breues ferrugineae, luci aduersae purpureae f. 4.

**FOLIA** lanceolata, longiuscule acuminata concava f. 5, margine denticulato ad maiora augmenta f. 6. ductulorum fasciculo duas tertias emetiente; alterna, nunc laxiora, nunc confertiora, patula, e luteo amoene viridia.

**FLOS masculus** f. 7. ex alis foliorum trunci nonnunquam etiam ramorum sui indiuidui ortus, foliolis perigonalibus lanceolatis, concavis, ductulorum fasciculo destitutis, genitalia, paraphysibus filamentosis ditata, f. 8, fouet octo. *Femineus* f. 9. quoque sui trunci, foliolis perigonalibus lanceolatis omnibus, ductulorum fasciculo carentibus, recondit genitalia sex aut octo f. 10. cum suis paraphysibus.

**CALYPTRA** fuscilla, mucronem longum mentiens, lateraliter finiditur seceditque.

**VAGINULA** cylindrica valentiuscula, viridis; genitalia non foecundata cum suis paraphysibus effert, vnde nonnunquam succretum reperi vnum eorum, capsula maturitatem indepta. Tum saepe etiam inter folia perichaetii exteriora radicae copiosae erumpunt.

**PEDUNCVLVS** saepe breuiusculus, tuberculis egregie exasperatus, purpureus f. 4. II.

**THECA** cernua, quandoque ad angulum rectum f. II. turgidula seu ventricosa, viridis, plane matura fusca; operculo decusso sub ora contractior.

**OPERCVLVM** conicum f. 4. II, saepe siccescedo quasi rostellum, seu III. **SCHREBERI** cuspidem eiusdem longitudinis mentiens, nonnunquam apici ceu globulum impositum offerens per maiora augmenta f. 13. Amoene circa basin rubet, theca adhuc viridi; subinde fusco - rutilans.

**ANNVLVS** tener fimbria composita f. 12.

*HYPNVM INTRICATVM. TABVLA XXVIII. 75*

**PERISTOMII** *externi* dentes sedecim, basi e ruffo - rubentes f. 14, ad extremitatem albidis: *interni* processus leniter perforati, cilia interposita simplicia, nonnulla quasi fissis f. 15.

**SEMINA** f. 16. 17. amoene viridia, laeuis.

**LOCVS:** In aggeribus syluaticis, tenus truncorum arboreorum basin, nec non foedis illis tuberibus falicum annosarum, periodicae truncationi obnoxiarum, frequens; caespitulis angustis valde implicatis lutescentibus facile dignoscibilis.

**TEMPVS:** Incunte vere, Martio nempe et Aprili maturae thecae opercula decutunt.

**DVRATIO:** per annos innouando protracta.

**OBSERVATIO.** Adeo similis primo obtutu est haec species praecedenti, vt facile saltem pro varietate eius habeas, eoque relata sit a pluribus huius familiae scrutatoribus, primo omnium ab Ill. Schrebbero in suo spicilegio distincte indicata. Sed vere distinctam docent cum foliola tum maxime perigonialium interiora floris feminei et annuli fimbria.

**Synonymon Buxbaumii**, a Schrebbero l. c. subiectum equidem omittere ratus sum, cum propter figuram diuersissimam, tum descriptionem nec quidquam docentem.



Tabula XXIX.

HYPNUM PRAELONGUM.

*Hypnum praelongum*, trunco decumbente, varie diuiso; foliis ovato-lanceolatis patentibus; pedunculo muriculato; operculi rostro longo diuersimode directo.

---

*Hypnum praelongum* furculis subpinnatis decumbentibus; ramulis remotis; foliis ovatis, capsulis cernuis LINN. Sp. pl. 1591. Syst. Veg. p. 951.

*Hypnum repens*, triangularibus paruis foliis praelongum DILL. Hist. Musc. 278. t. 35. f. 15.

An muscus filicinus minor Casp. Bauphini? VAILL. Paris. 140. t. 23. f. 3.

Muscus terrestris minor, foliolis crispis Buxb. Cent. 4. p. 37. t. 63. f. 3.

---

Explicatio Tab. XXIX.

Fig. 1. 2. Planta magnitudine natua.

3. Planta f. 2. secundum o. aucta.

4. Rami procerioris diuisi particula; ad augmentum II.

5. Folium ramuli; ad augmentum IV.

6. Flos masculus;

7. Eius genitalium duo;

8. Flos femineus;

9. Huius genitalia;

} ad augmentum III.


10. Portio thecae superior, peristomio externo explicato; ad augmentum III.

11. Semina; ad augmentum IV.

12. Semina; ad augmentum VI.

---

HISTORIA ANALYTICA.



HYPNEM praelongum

*Hypnum praelongum* BE



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS rigidulus decumbendo repens, saepe caluulus, pro loci societatisque differentia, ramificationum numero, situ, directione non semper idem. Etenim in terra pinguiori vdiufcula, societate minus confertim implexa degens, laxè ramificatus est f. 1. e contra crebriores emittit nunc vnilaterales ramos, nunc vtrinque, filicina forma, praesertim in truncis putrescentibus degens, breuiiores simplices, longiores subdivisos f. 2. 3. Longitudinem nostris in oris vix vnquam palmarem, veluti Dillenius perhibuit, indipiscitur. Color viridis.

**RADICES** ex omni parte loco natali incumbente, vtplurimum fasciculatim erumpunt, successu temporis in veterana trunci parte tomentum ferrugineum referentes. Occurrere etiam quasdam in ramis iunioribus, ipsamque horum extremitatem in radículas fatiscentem, docet f. 3.

**FOLIA** varia; ouato-lanceolata f. 4. 5, in acutum mucronem exporrecta, alterna, densiora, laxiora f. 1, magis minusque patentia, profunde aut e luteo viridia: in terra pinguiori lautius nutritorum stirpium praeprimis siccitate conuolubilia. Ad maiora augmenta eleganter denticulata ductulorumque fasciculo ad apicem euanescente f. 5.

**FLOS masculus** f. 6. intra foliola perigonalia, ductulorum fasciculo destituta, genitalia fouet octo, paraphysibus duplo longioribus instructa f. 7. *Femineus* f. 8. e foliolis perigonalibus, quoque ductulorum fasciculo destitutis, denique reflexis, et genitalibus sedecim constat, paraphysibus copiosis stipatis, fructu maturo saepe extra perichaetium prominulis.

**CALYPTRA** longa, viridans, lateraliter fissilis secedensque f. 3.

**VAGINULA** cylindrica viridula.

**PEDUNCVLVS** mediocris, purpureus, ad vitrorum augmenta egregie tuberculis exasperatus; senio tortilis.

**THECA** ventriculosa, vtplurimum cernua f. 3, nonnunquam suberecta, viridis, maturitate dilute rutilat.

**OPERCVLVM** rostro longo instructum, deorsum, sursum, aut ad latus flexum, basi rubet f. 3.

**ANNVLVS** exiguus fimbria destitutus, thecae concolor.

**PERISTOMII** *externi* dentes inferne rubelli, apicem versus pallidi, interna superficie egregie valuis membranaceis ornati f. 10. *Interni* processus perforati, interpositis ciliis duobus tenerrimis.

**SEMINA** mediocria, viridia, laeua f. 11. 12.

**LOCVS:** Terra, arbores vetustae, ligna putrescentia, vix non per totam Europam.

**TEMPVS:** thecae maturae opercula decutiunt Februario Martio, quamprimum colliquata niue amoeniusculam aurum veris appropinquantis experiuntur.

**DVRATIO** plurium annorum.

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



1



12



13



14



15



11



10



9



8



7



6



5

HYPNUM *aurule*

*Rhynchostegium aurule* BE



Tabula XXX.

HYPNUM MURALE.

Hypnum *murale* trunco declinato subramoso, ramis compressiusculis; foliis ovatis acutis teneris; operculo rostrato.

Hypnum *murale* furculis repentibus, ramis teretibus; foliis ovatis concavis; capsulis cernuis DICKS. plant. crypt. fasc. 3. p. 10. (H. *murale* Neck. del. Gallo-belg. p. 479. Ej. H. *velutinum* var.  $\beta$ . Meth. Musc. p. 172. H. *myosuroides*  $\gamma$ . Hudf. angl. 508.)

Hypnum *myosuroides* brevius et crassius, capsulis cernuis DILL. Hist. Musc. 318. t. 41. f. 52.

Explicatio Tab. XXX.

Fig. 1. 2. 3. Plantae naturali magnitudine.

A. Figura dilleniana.

4. Planta f. 1; ad augmentum 0.

5. Particula ramuli cum foliis;

6. Folium alius plantae seorsim;

a. Folium Hypni *clauellati*;

7. Flos masculus;

8. Duo ex eius genitalibus;

9. Flos femineus;

10. Foliolum perigoniale intimum;

11. Genitalium vnum cum suis paraphysibus;

12. Dens peristomii externi;

13. Peristomii interni pars;

14. Semina; ad idem augmentum.

15. Semina; ad augmentum V.

ad augmentum II.

ad augmentum III.

ad augmentum IV.

HISTORIA ANALYTICA.

TRUNCVS vnus aut duarum vnciarum inclinatus, dum senescit basi vltimum caluescens, circa extremitatem paucis innouat ramis, simplicibus f. 1. 2. 3, qui subsequente anno florent, et deinde fructu illius absoluto, in prioris locum succedunt. Quamuis vero is, a maturatione absoluta aegrius altero anno superstes sit; tamen cohortatim implexiusculus degit, quod



quod saepe ramulorum, natali loco inclinatum apex in radículas diffolvatur. Senio lutescit.

**RADICES** ferrugineae, simplices, tenerrimae in parte trunci terrae incumbente f. 4. et e ramulorum extremitate eandem attingentis.

**FOLIA** ovata, acuta, integerrima concava, e vario virore pellucencia ut plurimum; ductulorum fasciculo tenerrimo, lentibus augmentibus conspicuo, circa folii extremitatem evanescente f. 5. 6. instruuntur. Alterna, humiditate semper patentiora; at nonnunquam id praepressis lateralibus, anterioribus posterioribusque paulo adpressioribus: hinc tum ramulorum foliatorum facies compressa.

**FLORES** utriusque sexus in vno eodemque individuo copiosi, hinc fructuum ut plurimum abundantia. *Masculus* f. 7. intra foliola perigonialia, ductulorum fasciculo destituta, tuetur genitalia f. 8. quatuor, raro sex. *Femineus* vero f. 9. genitalia habet octo: utraque paraphysibus stipata. Istius foliolum perigoniale intimum, in apicem filiformem protenditur f. 10; perichaetii subinde apiculatum.

**CALYPTRA** pallida tenera, inualefcente theca lateraliter fissilis secedensque f. 4.

**VAGINULA** cylindrica viridans.

**PEDUNCULVS** oblique exprorectus, ruber, laevis.

**THECA** diversifilata semper, ut plurimum cernua nonnunquam etiam erecta, maturitate fusca f. 4.

**OPERCULVM** conuexo-rostratum, rostro recta exprorecto, incurvo, recuruo f. 4. rubens

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMII externi dentes** profunde aurantiaci, extremitate pallida f. 12. *Interni* f. 13. processus imperforati, interpositis ciliis simplicibus.


**SEMINA** exigua, laevis, viridia f. 14. 15.

**LOCVS:** Ego ante viginti annos ad sylvas submontosas Chemnitzii primum legi hanc speciem. Misit subinde Rev. STARCKE in cemeterio Gros-Tschirma, Rev. WULFEN Klagenfurthi, Cl. PERSON Goettingae lectam.

**TEMPVS:** vere fructus maturat.


**DVRATIO** protracta.

**OBSERVATIO.** Facile cum *clauellato* Linn. confundi potest, quo nomine etiam a duobus optimis amicis accepi. Differt vero id a nostro; foliis dense imbricatis, lanceolatis, ductulorum fasciculo valentiore omnem paginam emetiente f. a. Ab *H. velutino* et *myosuruide* speciem propositam longe distare, illico patet e foliorum, superficiei pedunculi, et operculi paulo curatiori contemplatione. Adjicere etiam placuit Dillenii figuram, propter habitum a meis exemplaribus aliquo modo abludentem.



HYPNUM *denticulatum*

*Plagiothecium denticulatum* B. E.



HISTORIA

*T a b u l a XXXI.*

HYPNUM DENTICVLATVM.

Hypnum *denticulatum*, trunco brevi depresso sub simplici, foliis oblique lanceolatis imbricato bifariis, circa basin pedunculifero.

---

Hypnum *denticulatum*, fronde pinnata simplici: pinnis duplicatis, basi pedunculifera. LINN. Spec. 1588. Syst. Veg. 950.

Hypnum *denticulatum* pennatum, pinnulis duplicatis recuruis DILL. Hist. Musc. 266. t. 34. f. 5.

Muscus *denticulatus* pennatus minor. VAILL. Paris 137. t. 29. f. 8. (folia nimis recuruata).

Muscus *pennatus*, capitulis Adianti MORIS hist. 3. p. 626. f. 15. t. 6. f. 36.

---

*Explicatio Tab. XXXI.*

- Fig. 1. 2. 3. 4. Plantae forma diuersae; naturali magnitudine.
5. 6. Plantae f. 1. 2. exhibitae ad augmentum 0.
7. Particula plantae cum foliis madore egregie expansis; secundum augmentum III.
8. 8. 8. Folia anteriora, lateralia, posteriora;
- \* \* folium basin tenuis e dorso radicum; cuncta ad augmentum II.
9. Flos masculus; ad augmentum III.
10. Hujus foliorum perigonialium unum et
11. genitalia duo; ad augmentum IV.
12. Flos femineus; ad augmentum III.
13. Hujus genitalia duo; ad augmentum IV.
14. 15. Thecae operculatae; ad augmentum I.
16. Peristomii externi dentes quatuor
17. totidemque processus peristomii interni; ad augmentum IV.
18. Semina secundum augmentum IV.
19. Semina secundum augmentum V. exhibita.
-

---

 HISTORIA ANALYTICA.
 

---

**T**RUNCUS semuncialis, uncialis, longiorque; primordialis simplex ceu lanceolatus, extremitate attenuata. Depressus aut procumbens, unam alteramque innouationem promouet; hinc subramosus visus, praesertim ubi lautius vitit liberiusque crescit. Annotinus, maxime inferior cespitum densiorum, terra obuolitante obrutus, caluus factus confumitur, f. 6. *plantuala simplex*. Color dilute viridis.

**RADICES** tenerae diuisae fuscellae, e quauis trunci parte, natali loco incumbente, perigonii basi f. 3. ad innouationum diuisuras, oriundae. Reperi etiam folia inferiora, quorum quasi ductuli medii, ad basin in radículas emerferant f. \*\* sed raro.

**FOLIA** f. 8. 8. 8. oblique lanceolata, concaua, acuta, acumine recto, deorsum, sursum directo; magis minusque conferta, imbricatula, laterilibus praeprimis vtrinque diuergentibus, seu patentioribus f. 5. 6. 7. hinc quasi pinnata simpliciter duplicatoque visa, neque tamen, vel madentissima, vere recuruata, quin nunc magis nunc minus petentia. Color amoene viridis cum aliquo splendore. Fasciculus ductulorum nullus; at aliquando mentitus uno alteroque vasculo, aut breui plicula in medio baseos.

**FLOS** utriusque sexus alaris, in trunculo annotino ut plurimum ad innouantem diuisionem emergens, hinc saepe saepius illa destructa, saltem leuiter tunc huic adhaerens, fructus basilaris subinde fit. *Masculus* f. 9. e foliis perigonalibus circiter decem, intermediis ouato lanceolatis f. 10. ductulorum fasciculo carentibus, et genitalibus quatuor f. 11. constat. *Femineus* f. 12. intra pluscula perigonii foliola lanceolata ductulorum fasciculo expertia, recondit genitalia f. 13. sex ad decem. Paraphyses utrisque nulla.

**CALYPTRA** angusta, pallida, lateraliter findens, nonnunquam pedunculo, theca jam maturescence inhaeret f. 6.

**VAGINULA** cylindrica viridans.

**PEDUNCULVS** variae longitudinis f. 1. 2. 3. amoena purpura dilute perfusus; subinde tortilis.

**THECA** nunc incuruato f. 6. 4. nunc obliquato f. 15. cernua aliquando erectiuscula, e viridi fuscescit, denique dilute fusca.

**OPERCULVM** albescens, vel exacte conicum f. 5. 14. vel paullo longius productum seu acuminatum f. 6. 15. est; acumine recta f. 5. sursum f. 15. deorsum f. 6. spectante.

**ANNVLVS** nullus.

**PERISTOMIUM** duplex. *Externum* dentes sedecim albiduli, transversim striati f. 16. *Internum* f. 17. pertenuae, album, intra processum cilia certe

certe habet simplicia omnium fere tenerrima, hinc ab introuersione dentium facile destructibilia, saepe etiam mediam tantum altitudinem suorum processuum emercentia.

SEMINA exigua, laeua, viridantia f. 18. 19.

LOCVS: Syluestris, nemorosus, udus umbrosus; ibidemque ad terram aggerum, truncorum basin, densis cespitibus prouenit.

TEMPVS: Iunio, Iulio thecas maturat.

DVRATIO: protracta innouando.

OBSERVATIO. Num Hypnum denticulatum pennatum, pinnulis simplicioribus rectoribus DILL. 267. t. 34. f. 6. quod auctores *syluaticum* cognominauere, omnino specie ab hoc nostro distet, sane perquam dubius haereo, non nisi exemplari ex ipso Dillenii herbario confirmandus. Ad unum omnia indiuidua, nomine *syluatici* ad me peruenta, ac quam sollicitissime disquisita, ne ullum quidem genuinum et constantem characterem distinctiuum secum habebant. Quid enim illa, saltem ita reputata pinnatio foliorum simplex duplex, triplex? quid ista magis aut minus patentia seu rectora? quid pedunculiferum minus magisque remotum a basi totius, certe ita tantum apparens? quid operculi productio in cuspidem paulo magis minusque valentior? quid denique thecae disparium laterum, major aut minor incuruatio? Equidem sane cunctas istas varietates, sollicite lustrans numerosas cohortes hujus speciei, conjunctas in grege reperi. Weberus in suo spicilegio p. 44. ubi hanc speciem describit, ejus folia, ad lentium augmenta, denticulata perhibat; mihi nequaquam obuia.

*Tabvla XXXII.**HYPNVN ABIETINVM.*

*Hypnum abietinum*, trunco decumbente radiculis villosulo, pinnatim ramificante; ramis simplicibus; operculo conico opiculato in thecis oblongis cernuis.

*Hypnum abietinum* furculis pinnatis teretiufculis remotis inaequalibus  
LINN. Spec. p. 1191. Syft. Veg. p. 951.

*Hypnum lutescens* alis fabulatis tenacibus DILL. Hist. Musc. 280. t. 35. f. 17.

*Muscus pennatus minor*, caulibus ramosis, in fummitate veluli spicatus  
VAILL. Parif. t. 29. f. 12.

*Muscus terrestris*, furculis filamentosis tenacibus abietinis femel tantum diuifis MORIS Hist. 3. p. 625. f. 15. t. 5. f. 22.

*Explicatio Tab. XXXII.*

Fig. 1. 2. Plantae natua magnitudine.

3. Planta f. 1. aucta; secundum o.

4. Villi radiculosi inter folia trunci; ad augmentum IV.

5. Particula ramuli; secundum augmentum III.

6. Folium trunci; }  
7. Folium rami; } secundum augmentum III.

8. Extremitas incrassata ramuli; ad augmentum I.

9. Flos femineus; ad augmentum II.


10. Hujus genitalia cum paraphyfibus; secundum idem augmentum

11. Operculum; ad augmentum II.

12. Peristomii externi dentes quinque; ad augmentum III.

13. Peristomii interni particula; ad augmentum IV.

14. Semina; secundum augmentum IV.




Phacium

*Phacium abietinum* L.

*Phacium abietinum* B.E.





HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS, biuncialis triuncialis longiorque, decumbendo varius. Principalis nempe simplex, irregulariter pinnatim ramificatus, si frugifer fit, ita permanet per omnem fructificationis decursum. Tum, veluti etiam sterilis, ab extremitate vnam alteramque innouationem promouet: neque tamen insolita res est, vt vno plures ramuli hoc stadio valentius recipiant incrementum inque truncum renouatum abeant, et sic veteranum, nunc caluescentem, ceu pinnatim diuisum, similiter ramificantem sistant. Rami sunt simplices, versus extremitatem decrecentes: inferiores attenuati, nonnunquam tamen ad apicem in gemmae formam incaffati f. 8. Color trunci ramorumque profunde croceus.

RADICES consuetae figurae, in stirpe prouecta nullae: at harum vices explet stupa albicans, ceu articulata f. 4. quae omnem trunci superficiem, maxime supinam, quasi hirtellam reddit.

FOLIA Cordato-acuminata, e ductulorum fasciculo, versus apicem euanescente et duabus striis lateralibus quasi tristriata f. 6. 7. visuntur. Ramorum oncaua; trunci, praesertim supina, planiuscula, atque hic magis minus alternatim ab inuicem distant; tum, veluti ramulorum, siccitate praepressis, imbricata, madore patentiuscula f. 5. Superficies dorsalis papillis exiguis obducta reperitur lentibus maxime, argutibus; quare nitoris expertia. Color luteo viridis.

FLORES *masculi* mihi nondum obuiam fuere. *Femineorum* f. 9. folia perigonialia externa, ductulorum fasciculo non plane destituta sunt. Genitalia hujus sexus duodecim, paraphysibus numerosis quasi obulata f. 10.

CALYPTRAM non vidi.

VAGINULA cylindrica.

PEDUNCVLVS biuncialis f. 1. et longior f. 2. inferne dilute rubicundus, superne pallefcens f. 3. modice tortilis.

THECA oblonga, viridans, cernua f. 1. 5. demum fuscilla f. 2.

OPERCVLVM conoideum cum apicula, coloris rubelli f. 3. 11.

ANNVLVS nullus

PERISTOMII *externi* dentes e luteolo rutilantes, summitate pertenui alba, transversim lenissime striati f. 12. *Interni* color albicans, processus graciles imperforati, interposita cilia tenerrima f. 13.

SEMINA exigua virentia f. 15.

LOCVS. Montanarum regionum praeprimis incola; neque tamen re-  
spuens depressiorum fabulosa, macriora, e. g. ad decliuitates viarum cauarum.

TEMPVS: circa aestatem maturat.

DVRATIO: per annos.

OBSERVATIO. Causa raritatis fructus in raritate indiuiduorum mascu-  
lorum, tum et infolatione tenelli quaerenda est, tantundem huic  
infesta ac quidem in *Mnio ligulato* animaduertisse credo attentos  
obseruatores. Num autem Linnaei succincta descriptio in Specie-  
bus plantarum p. 1592. veritas sit aut figmentum, veluti audacter  
adeo perhibet futilissimus asexualismi horum vegetabilium de-  
fensor, in propatulo nunc esse crediderim. Denique quibus e fo-  
liorum adumbratione et descriptione, videt, Cl. Weis perperam  
perhibuisse *Plant. Crypt. p. 237. pilum ista terminalem.*

Florum masculi nulli nondum olimini fuerit. *Feminorum* e q.  
In peribonata externa, desolatorum talento non plane desitua sunt.  
In talia huius sexus duodecim, paragraphibus numeratis quasi obul-  
lata sunt.

ANNAVS nullus

OPERCVLM conoidem cum apicula, coloris tubelli e. g. n.

THECA oblonga, viridans, cornu e. i. g. dentum falcella e. a.


PERIVELVS binaclis e. i. et longior e. a. interno dilute rubicun-  
dus, liquore pallidans e. g. modice cortilis.

VAGINVA cylindrica.

CALYTRAM non vidi.


PARISTOMI calami dentes e lactoso tralantes, summitate perie-  
ni alba, nasserim bostium fiant e. i. a. Autum color albicans, pro-  
colus graciles imperforati, inaequosia cilia tenerina e. i. g.

SEMINA exigua vitreata e. i. g.



HYPNUM *delicatulum*

*Phacium delicatulum* Sch.



Tabula XXXIII.

HYPNVM DELICATVLVM.

Hypnum *delicatulum*; trunco procumbente ramisque pinnatim ramificatis: operculo longius rostrato; processibus interni peristomii imperforatis, ciliis interpositis simplicibus.

Hypnum *delicatulum* furculis subproliferis, plano - pinnatis cuspidatis, pedunculis aggregatis: LINN. Spec. pl. p. 1590. Syst. Veg. p. 950?

Hypnum *filicinum*, tamarisci foliis minimis non splendens, setis capsulis brevioribus. DILL. Hist. Musc. 546. t. 83. f. 6.

Explicatio Tab. XXXIII.

- Fig. 1. Plantula naturali magnitudine.  
2. Icon Dillenii t. 83. f. 6.  
3. Planta f. 1. ad augmentum I.  
4. Particula trunci cum ramis; ad augmentum III.  
5. Stupae radiculosae trunci una particula; ad augmentum IV.  
6. Item ad florem masculinum repertae; secundum idem augmentum.  
7. Similis particula figurae 5; ad augmentum V.  
8. Folium trunci; }  
9. Folia rami; } ad augmentum III.  
10. Folium ramuli; }  
11. Flos masculinus; secundum augmentum III.  
12. Hujus genitalium duo; augmento IV.  
13. Flos femineus; }  
14. Hujus perigonii foliolium externum; } ad augmentum III.  
15. Genitalia feminea cum foliolo perigoniali intimo paraphysisque; ad augmentum IV.  
16. Peristomii externi dentes duo.  
17. Peristomii interni particula; utraque augmento IV.  
18. Semina; ad idem augmentum.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCUS saepiuscule arcuata directione procumbens, vncialis, ramos agit vtrinque versus apices decrescentes, demum pinnatim diuisos. Isti, praeprimis in ramis inferioribus valentioribus nonnunquam vnam alteramque diuisionem promouent. Continuata vegetatio, quosdam ex his ramis procerioribus, trunco decrepito ac ad sui consumptionem propinquo, substituit. Color veterani fuscescens ramorum ramulorumque plus minus viridans.

**RADICES** hinc inde e trunci inferiore parte prodeunt longae, diuisae, admodum tenerae, ferrugineae f. 3. At reliqua ejus superficies omnis obsita est stupa densiuscula breui radiculosa, varie diuisa, ad majora augmenta articulato-denticulata, albicante, f. 5. Tenuis flores masculos autem reperi etiam particulas quasi palmatas f. 6.

**FOLIA** cordato lanceolata, semiamplexicaulia. Illa trunci f. 8. planiuscula, praeter ductulorum fasciculum, duas tertias tantum emetientem, duabus lateralibus striis notata; quae minoribus rameis f. 9. desunt, veluti minimis ramulorum f. 10. vna cum ductulorum fasciculo. Superficies exterior papillulis exasperata, interior laeuis; hinc splendore orba. Humida patentia, siccitate adpressiuscula. Color luteo viridis.

**FLORES** diphyti, e trunco vegeto prorumpentes. *Masculus* f. 11. foliola perigonia habet pluscula, interiora acuminato-lanceolata, tenera, genitales falliculos quatuor, paraphysibus filiformibus stipatos f. 12. recondentia. *Femineus* f. 13. e foliolis perigonalibus constat numerosioribus tenerioribusque mascululi, pallide virentibus, fructu maturo albidis. Horum extima obtusiuscula f. 14. subsequentiisque nonnulla ductulorum fasciculo instructa. Interiora intimaque, latitudine ac teneritate decrescunt, longius acuminantur marginibus versus summitatem, ad majora augmenta, denticulatis. His velantur genitalia sex cum suis paraphysibus f. 15.

**CALYPTRA** straminei coloris, lateraliter fissa ac decedens.

**VAGINULA** cylindrica, virens ora fuscilla.

**PEDUNCULVS** ruber, laeuis, siccitate tortilis.

**THECA** cernua, ad secessum operculi vsque virens f. 3.

**OPERCULVM** conoideo-longius rostratum, rostro recta, sursum, aut deorsum directo, pallido, basi rutilante f. 13.

**ANNVLVS** nullus

**PERISTOMIVM** *externum*; dentes sedecim, transuersim striati; inferne aurantii coloris, apice albidis f. 16: *interni* processus albidis imperforati, singulis singulum cilium interpositum f. 17.





## T a b u l a XXXIV.

## HYPNVN MINVTVLVM.

Hypnum *minutulum*, trunco minuto decumbente, pinnatim  
ramificante, ramis simplicibus: operculo tenuius rostrato;  
processibus peristomii interni imperforatis, ciliis-  
que simplicibus duplicibusque.


## Explicatio Tab. XXXIV.

- Fig. 1. 2. Plantae natua magnitudine.  
3. Planta f. 1. ad augmentum 0.  
4. Trunculi particula; secundum augmentum II.  
5. Folium trunci; }  
6. Folium ramis; } secundum augmentum III.  
7. Flos masculus; ad augmentum III.  
8. Folliculus masculus effoetus; augmento IV.  
9. Flos femineus; augmento II.  
10. Hujus genitalia, vno jam grossificante; ad augmentum IV.  
11. Peristomii externi dentes quatuor; }  
12. Peristomii interni partiuncula; } ad augmentum IV.  
13. Semina; secundum augmentum IV.  
14. Semina; ad augmentum V.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS nunc tertia vice innouatus vix vnciam excedens f. 1. etiam  
num arcuata directione decumbit. Vegetus vltimae prolongationis,  
pinnatim ramificatus est, ramis simplicibus, versus extremitatem decre-  
scentibus; inferioribus valentioribus nonnumquam vno alteroque ramulo  
subdiuisis. Ille viridis; secundus, jam caluesces, luteolus; tertius fere totus  
caluus, ferrugineus f. 3. Nonnumquam etiam plures rami vegetiores,  
trunci emeriti fiunt successores f. 2.

**RADICES** ferrugineae, admodum tenerae, breues, simplices, lon-  
giores diuisae, cum e truncis veteranis, tum etiam ramorum apicibus,  
natale solum attingentibus oriuntur. Illae ceu fasciculares, dissoluta ni-  
mirum



11

12

13

14



7

8

9

10



1

15

16

17


18



3

HYPNUM minutulum

Hypnum minutulum BE



mirum vasculorum farragine atque elongata, f. 3. Tomentum radiculo-  
sum inter folia, vix vllum.

FOLIA exigua, acuminata, ductulorum fasciculō circa acuminatio-  
nem euanescente f. 5. 6. concava, madore patula f. 4. siccate contrahun-  
tur ita, vt rami praesertim, ceu crispuli appareant. Color obscure viri-  
dis, superficies vix tuberculosa neque tamen splendens.

FLOS *masculus* f. 7. sui trunci, ex ipsius, nec ramorum, alis folio-  
rum oritur. Foliola perigonialia lanceolata concava, ductulorum fasci-  
culo destituta, folliculos genitales f. 8. (effoetos) concludunt quatuor, pa-  
raphysibus stipatos. *Femineus*, f. 9. itidem sui trunci, e foliorum alis haud  
procul ab eius basi procedit; vnde saepius, florescentia absoluta, quo-  
que radículas promouet. Foliola perigonialia huius oblongo lanceolata,  
absque ductulorum fasciculo, etiamnum quatuor genitalia cum suis para-  
physibus defendentia.

CALYPTRAM non vidi.

VAGINULA cylindrica viridis.

PEDUNCVLVS demum ruber f. 3. tortilis.

THECA cernua, maturitate fusca f. 3.

OPERCVLVM conoideo - rostratum, rostro recto, de aut reflexo,  
pallido; basi rubente, f. 3.

ANNVLVS nullus.

PERISTOMII *externi* dentes rubelli, transuersim striati, apice pallido  
albicante, f. 11. *Interni* processus imperforati, interpositis ciliis tener-  
rimis, f. 12.

SEMINA f. 13. 14. exigua virentia, siccate fuscilla.

Locvs: Pensylvania; circa Lancaster legit, mihique communicauit  
Reuerendus D. MVHLENBERG.

TEMPVS

DVRATIO: protracta.

OBSERVATIO. Differt a delictulo praepimis simplicitate ramulorum,

**R**ADICES primariae hinc inde etiam a ramorum extremis, si  
certam amplexu, longiusculas, subulquas, dilute ferrugineas, et  
dant se interstitiales trunci ramorum, simillimas Hypnorum, in-  
peritiam vixitque con hircellam teduunt.  
FOLIA trunci et ramorum f. 2. 6. distoico - conuoluta, planis-  
culis; ductulorum fasciculo circa summum euanescente, et vix  
Tabula  
Aa 2

*Tabvla XXXV.*

**HYPNUM RECOGNITVM.**

*Hypnum recognitum*, trunco decumbente ramisque pinnatim diuisis; operculo conoideo; peristomii processibus perforatis.

*Hypnum delicatulum*. Florarum Europaearum.

*Explicatio Tab. XXXV.*

- Fig. 1. 2. Plantae natua magitudine.  
 3. Planta f. 1. ad augmentum I.  
 4. Rami valentioris portiunculae; ad augmentum II.  
 5. Folium trunci; } secundum augmentum III.  
 6. Folium rami; }  
 7. Folium ramuli; }  
 8. Elos femineus; ad augmentum II.  
 9. Particula thecae cum dentibus peristomii externis.  
 10. Particula peristomii interni; secundum augmentum IV.  
 11. Semina; ad augmentum I.

**HISTORIA ANALYTICA.**


**T**RUNCVS variae longitudinis decumbens, vtrinque in ramos diuiditur pinnatim diuisos; inferiorum ramulis hinc inde demum subdiviuis f. 3. Commodo loco degentis rami praeualescentes in novos truncos adulescunt insolubili a veterano, iamtum etiam caluescente, nexu. Color e luteolo viridans; ramorum et ramulorum viridis.

**RADICES** primariae hinc inde etiam e ramorum extremitatibus, si terram attingant, longiusculae, subsimplices, dilute ferrugineae. Secundariae seu interfoliariae trunci ramorumque, simillimae *Hypni delicatuli*, superficiem vtriusque ceu hirtellam reddunt.

**FOLIA** trunci et ramorum f. 5. 6. deltoideo - acuminata, planiuscula; ductulorum fasciculo circa summitatem euanescente, vtrinque stria tenera



11



9

10



5

6

7

8




3



4

*HYPSUM recognitum*

*Phuridium recognitum* Edl



tenera sociata est: ramulorum minorum f. 7. lanceolata, ductulorum fasciculo, striisque destituta, concauula. Superficies exterior omnium tuberculis vesiculosis exasperata omni splendore orbata. Color e viridi lutescens.

FLORES utriusque sexus distincti, distincto in individuo, trunci intra alas foliorum reperiendi. *Masculi* foliola perigonia perquam tenuia, e viridi albentia, contegunt genitalia duodecim et paraphyses filiformes unam tertiam longiores. *Feminei* f. 8. quoque albi genitalia recondunt octo cum paraphysibus simillimis Hypni *delicatuli*.

VAGINULA longa, cylindrica viridis.

CALYPTRA pallida, lateraliter fissilis secedensque.

PEDUNCULVS ruber f. 1. 2. 3. siccitate tortilis.

THECA oblonga, cernua, viridis; maturitate e luteo fuscilla f. 3.

OPERCULVM conicum, dilute rubellum f. 3. siccitate quasi apiculatum.

ANNVLVS adesse videtur f. 9. sed valde tener neque secedens.

PERISTOMII *externi* dentes sedecim, basi profundius, subinde pallidius crocei, versus apicem, albescentes, transuersim striati, mediotenus lineam perpendicularem, ad majora adgmenta, offerunt, f. 9. *Interni* albensis processus perforati; cilia interposita solitaria, bina, terna in vno eodemque peristomio f. 10.

SEMINA exigua, virentia, laeuis f. 11.

LOCVS: nemorum sylvarumque editiora denso cohorte obtegit.

TEMPVS: Aprili floret, et Iulio thecas maturat.

DVRATIO: annosa.

OBSERVATIO. Perperam pro Hypno *delicatulo* a Floristis venditata, a nonnullis pro varietate tantum Hypnum *tamariscifolium* non splendentibus Dilleni habita haec species, illico vel sola operculi figura ab isto et a genuino H. *delicatulo* discernibilis est.

Vaillantii Muscus filicinus major t. 25. f. 1. quem Neckerus in sua Meth. Musc. cum ad suum H. *tamariscifolium* tum ad *delicatulum* citat, et ejusdem Muscus filicinus minor t. 23. f. 9. in suspenso reliqui, quoniam ex utrisque nihil liqueat certi ac indubitati.



Tabula XXXVI.

HYPNUM FLUITANS; Linn.

Hypnum fluitans, trunco gracili longo; foliis oblongo lanceolatis acuminatis, remotiusculis: theca cernua.

Hypnum fluitans, foliis lanceolatis, alternis, remotis. LINN. Flora Suecica. ed. 2. p. 399.

Hypnum erectum aut fluitans, foliis oblongis, angustis, peracutis DILL. Hist. Musc. 299. t. 38. f. 33.

Hypnum caule fluitante, praelongo, foliis raris, lanceolatis, ascendentibus. HALL Hist. III. p. 33. n. 176.


Muscus fluitans, foliis et flagellis longis tenuibusque. VAILL. Paris. 139. n. 26. t. 33. f. 6.

Explicatio Tab. XXXVI.

- Fig. 1. Particula plantae frugiferae et
- 2. Planta masculina; naturali magnitudine.
- 3. Planta f. 1. aucta lente o.
- 4. Particula ramuli cum foliis; augmento I.
- 5. Folium trunci; aucta lente II.
- 6. Folium ramuli; aucta lente II.
- 7. Flos masculus; ad augmentum II.
- 8. Genitalia ejus unum; ad augmentum III.
- 9. Flos femineus; augmento II.
- 10. Fructus operculatus, cum suo pedunculo et perichaetio, e planta in exsiccato palude repante, depromptus; ad augmentum I.
- 11. Semina; ad augmentum IV.



HYPNUM fluitans



HISTORIA ANALYTICA.

**T**RYNÆVS, pro ratione profunditatis aquae, lacum aut paludem replentis, a dodranciali ad pedalem longitudinem varius; erectus aut fluitans; imo, ubi aqua evanuit, decumbens ac repens, prae tenuitate. Rami, cum frequentia tum longitudine, quoque varii; plurimi ceu distichi, inferiores tamen semper breviores f. 3. Color veterani luteus, juvenis virens.

**RADICES** submersi solummodo basilares; reptantis etiam ramulorum fuscellae.

**FOLIA** oblonge - lanceolata, acuminata, concaula, semiamplexicaulia; ductulorum fasciculo circiter duas tertias emetiente f. 5. 6; tenera, pellucida, alterna, superiora ramorumque diffusa, patentia f. 4: summa e luteolo amoene virentia; inferiora lutea aut vetustate xerampelina f. 3.

**FLORES masculi** f. 7. in proprio indiuiduo circa summitatem trunci frequentes. Folia absque ductulorum fasciculo, folliculos genitales, paraphysibus breuiusculis stipatos f. 8. tuentur octo. *Feminei* f. 9. quorum foliorum perigonalium, etiam ductulorum fasciculo destitutorum, intima, non nisi longius acuminata sunt, genitalia amiciunt quatuor, paucis paraphysibus stipata.

**CALYPTRA** pallida, lateraliter fissilis secedensque.

**VAGINULA** longa, cylindrica viridis.

**PEDUNCULVS** etiam ad aquae supernatantis altitudinem, variae longitudinis, utpote semper emerfionem thecae moliens. Hinc, si exsiccat palus, veluti in nostra sylva Rosenthal dicta ante aliquot annos accidit, perquam mediocre longitudinem acquirit, vix pollicarem, ut LINNAEVS recte perhibet. Tenuis est, pro ratione longitudinis, ruber, tortilisque ficitate.

**THECA** oblonga, cernua, virens f. 3. 10; euacuata fuscilla.

**OPERCULVM** convexo-acutum, apicula fusca; croescentis coloris, vel solummodo propter transparentiam dentium peristomii externi f. 3. 10.

**ANNVLVS** nullus

**PERISTOMIVM externum** dentes sedecim, transversim striati, inferiora versus saturate crocei: *internum*, membrana sulcata, pro numero dentium, e medio coronata totidem processibus non perforatis, interpositis ciliis breuiusculis.

**SEMINA** exigua f. 11. viridantia, subinde fuscescentia.

**LOCVS:** Aquae puriores stagnantes, praecipuis in lacubus, vix non totius Europae.

TEMPVS maturationis fructuum circa aestatem.

DURATIO protracta.

OBSERVATIO. Cum Hypno adunco, loco et modo nascendi similitudo egregia intercedit; differt foliorum directione, perigonii intimis foliolis acuminatis at non apiculatis; genitalium masculinorum femineorumque numero; nec non paraphyphis hic praesentibus.

F. 1. 2. 3. secundum exemplaria e Suecia, ab amicissimo D. Ol. Swartz accepta, delineavi; id quod praepimis Cl. Neckeri gratia monitum valo.

Radicis submersi solimmodo bastares; repantia etiam tam-

Folia oblonga - lanceolata, acuminata, concavata, semisimplici-

Floris vixit A. 7. in proprio indubio circa summitatem cruci-

CAULIS vixit, lanatus, fissus, sedus vixit.

TERMINA longa, cylindrica vixit.

FRUCTUS vixit ad aquae submersae altitudinem, variae lon-

THECA oblonga, ceteris A. 3. 10; cucurbita sulcata.

OPERCVLI convexo-acutum, apicula sulca; croceocoloris coloris


ANALVS nullus

PERISTOMIVM exterrum dentes sedecim, transversum fissis, inte-


SEMEN exigua e in viriditate, subinde fulcescentia.

Locas: Adiac pruitores stagnantes, praecipuis in lacubus, vix

non totius Europae.



HYPNUM *cuspidatum*



**Tabvla XXXVII.**  
**HYPNV M CORDIFOLIVM.**

*Hypnum cordifolium*, trunco innouato subfimplice; follis cordatis diffitiufculis, femiamplexicaulibus, bafi tenerafcente albida; theca cernua.

**Explicatio Tab. XXXVII.**

- Fig. 1. 2. Plantae natiaa magnitudine,  
 3. Planta f. 1. ad augmentum o.  
 4. Trunci innouati particula; ad augmentum I.  
 5. Folium ejus feorfim; ad augmentum II.  
 6. Flos mafculus; fecondum augmentum III.  
 7. Hujus e genitalibus vnum cum paraphyfibus; augmento IV. exhibitum.  
 8. Flos femineus; ad augmentum III.  
 9. Dens periftomii externi; ad augmentum IV.

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS ab vnciis tribus, quinque etiam excedens, variae longitudinis, erectus, debilis, hinc fenefcens faepe depreffus, f. 3. Ramos paucos et breues agit, quorum duo, tres, imo et quatuor, praeprimis fi extremitas trunci deperdita fuerit, promouentur in veras ejus innouationes recta protenfas; alias vt plurimum inde vna tantum procedere folet innouata prolongatio, f. 2. Color iuuenis virens, veterani in rufefcentem decoloratus.

**RADICES** hinc inde longiufulae fimplices vetuftiorem truncum occupant; at innouationum bafis, femper ceu tomento radiculofe, minus denfo obfta eft f. 3. a.

**FOLIA** exacte cordata, tenera, patula, fuperiora dilute viridia, faepe lutefcencia, inferiora e luteo fufcidula, ductulorum fafciculo ad extremitatem pertingente f. 4. Lentibus augentioribus confpecta rete vafculofum tenerum exhibent, cujus nafae ad bafin maxime ampliatae, partem hanc albentem fiftunt, adeo firmiter trunco nexam, ut detracta, vix non femper fibras fuperficii trunci fecum ducat f. 5.







3

4

5



9

10

11

12



5

6

7

8




1

3

HYPNUM laudum

*Hypnum pilatum* L.



*Tabvla XXXVIII.*

**HYPNUM LVRIDVM.**

Hypnum *luridum*, repens, folis lanceolatis concavis, imbricatis, rectis vnũque latus spectantibus, absque vasculo ductulo; thecis cernuis, operculo conico.

*Explicatio Tab. XXXVIII.*

- Fig. 1. 2. Plantae naturali magnitudine.
3. Planta f. 1. ad augmentum 0.
4. Particula rami; ad augmentum I.
5. Folium trunci; }  
6. Folium rami; } ad augmentum II.
7. Flos masculus;
8. Hujus genitalium duo; }  
9. Flos femineus; } ad augmentum III.
10. Hujus foliolam perigoniale intimum;
11. Genitalia, alterum incrassatum alterum sterile;
12. Theca operculata; ad augmentum I.
13. Peristomii externi particula; }  
14. Similis peristomii interni; } secundum augmentum IV.
15. Semina;

**HISTORIA ANALYTICA.**

**T**RUNCVS decumbens ac repens, variae et vix determinandae longitudinis, propter implexiones insignes. Ramos emittit surrectos, femunciales, vnciales, simplicissimos. Horum color fordide virens; trunci veterascens rufescens, veterani calui, niger.

**RADICES** conjunctim prodeuntes breues, simplices, ferrugineae f. 3.

**FOLIA** lanceolata, concava, ductulorum fasciculo plane expertia f. 5. 6. imbricata nunc recta, nunc ad vnum latus vergentia f. 3. 4. praecipuis indiuiduorum femineorum: masculorum etiam ab inuicem paulo remotiora. Color luridus seu fordide viridis.

*Flos masculus* f. 7. plerumque in ramis e foliorum alis numerosè erumpens, intra foliola perigonia, ductulorum fasciculo destituta, recondit folliculos genitales quatuor, paraphysibus filiformibus sociata f. 8. *Feminei* f. 9. interiora foliola perigonia tenerum fasciculum ductulorum recipiunt, contrahuntque perpetim latera paginae adeo, ut intimum, augmentis spectatum f. 10. plane subularem figuram offerat. His insunt, quantum mihi videre licuit, genitalia duo f. 11. quae nonnunquam vtraque impregnantur.

*CALYPTRA* lateraliter fissilis secedensque.

*VAGINULA* cylindrica, ad basin valentior ex altero latere.

*PEDUNCULVS* mediocris, rubens, siccitate tortilis.

*THECA* f. 3. 12. viridis, maturitate e luteo fuscidula, cernua.

*OPERCVLVM* exacte conicum, rutilans f. 3. 12.

*ANNVLVS* nullus

*PERISTOMII externi* dentes sedecim, inferne crocei, inde albi, tranuersim striati f. 13. *interni* lutescentis processus imperforati; cilia interposita tenerrima f. 14.

*SEMINA* exigua, laeua e luteo fuscilla f. 15.

*LOCVS*: ad palos putrescentes molendinum Sueciae legit D. O. Swartz mihiq; beneuole communicauit.

*TEMPVS* maturationis thecarum, mense Iunio.

*DVRATIO*: annosa.

*OBSERVATIO.* Habitu *Leskeae palustris* t. 1. quodammodo similis; at, praeter generis characterem, mox dignoscibilis est haec nostra species ab illa; defectu ductulosi fasciculi foliorum.


HISTORIA ANALYTICA

*Flos masculus* f. 7. plerumque in ramis e foliorum alis numerosè erumpens, intra foliola perigonia, ductulorum fasciculo destituta, recondit folliculos genitales quatuor, paraphysibus filiformibus sociata f. 8. *Feminei* f. 9. interiora foliola perigonia tenerum fasciculum ductulorum recipiunt, contrahuntque perpetim latera paginae adeo, ut intimum, augmentis spectatum f. 10. plane subularem figuram offerat. His insunt, quantum mihi videre licuit, genitalia duo f. 11. quae nonnunquam vtraque impregnantur.



PTERIGYNANDRUM *fulgens*

*Phyllogonium fulgens* Sw. & David



Tabula XXXIX.

PTERIGYNANDRUM FVLGENS.

Pterigynandrum fulgens, longum pendulum, ramorumque foliis carinatis, distichis, nitidis, theca ovata, operculo acuminato tecta.

Hypnum fulgens, furculis vagis longissimis pendulis; frondibus compressis foliolis distichis complicato-carinatis nitidis SWARTZ Prodr. p. 140.

Explicatio Tab. XXXIX.

- Fig. 1. Planta naturali magnitudine.
2. Trunci particula cum ramulo frugifero ab anteriori facie visa; ad augmentum 0.
3. Particula ramuli cum fructu, a facie posteriore; ad idem augmentum.
4. Foliolum trunci seorsum et 4<sup>o</sup> rami; ad augmentum II.
5. Flos femineus; ad augmentum III.
6. Genitale inde exsertum; ad augmentum IV.
7. Calyptra e perigonio emersa; secundum augmentum II.
8. Theca operculata; ad idem augmentum.
9. Thecae summitas cum peristomio; ad augmentum IV.
10. Semina; ad idem augmentum.

HISTORIA ANALYTICA.

TRUNCUS vel ultra spitamæ longitudinem e loco natali dependens, simpliciusculus, ramos breues emittens f. 1. si innouationi ab extremitate nihil obstat. Abruptus vero, ramos protendit plures, longiores, subdiuisos, quibusdam denique suæ originis vices subeuntes. Itaque cum ramosior ac minoris longitudinis. Color ejus obscurus esse videtur, in recente planta forsân aurantiacus.

RADICES solummodo ad basin f. 1. a. obseruare mihi licuit, breuiusculas, simplices, dilute ferrugineas.

FOLIA exacte carinata, compressiuscula, semiimplexicaulia, basi paginae ceu in auriculam producta f. 4. ductulorum fasciculo destituta,



lateo nitentia. Difficite truncum ejusque diuisiones inuestientia, hos compressos et quasi ancipites sistunt. At ramulorum inferiora lanceolata imbricata f. 2.

FLORES masculi speciminibus meis decrant; procul dubio proprii indiuidui. Feminei f. 5. semper ramei, alares. Horum perigonialia foliola exteriora lanceolata, interiora acuminata, acumine subinde, dum fructus incrassatur, in mucronem aristaeformem producto f. 7. Cuncta absque ductulorum fasciculo. Genitalia duodecim; paraphyses longiores, filiformes non pullucentes f. 6.

CALYPTRA oblongo conica fuscilla, vnam alteramque paraphysium secum euehens f. 7. Vidi aliam lateraliter fissam.

VAGINULA ouata.

PEDUNCVLVS rectus, breuis, parum e perigonio persistente prominens, pallidus f. 3.

THECA exigua ouata f. 2. a. 8. coriacea.

OPERCVLVM oblique cuspidatum, f. 8.

ANNVLVS nullus

PERISTOMIUM simplex, sedecim dentatum. Dentes subulati, rufescentes, transuersim striati. Madore in conum conuergung, f. 9; siccitata incuruantur.

SEMINA exilia f. 10.

LOCVS; ex arboribus pendere, suadet particula Lichenis adhaerens parti basilari. In Iamaica legit amicissimus D. O. SWARTZ, cuius beneuolentiae debeo.

TEMPVS:

DVRATIO protracta.

## HISTORIA ANALYTICA

**T**ERMINOS vel vltra spissitate longitudinem e loco nati dependens, supplicatus, ramos breues emittens f. 1. si inuentioni ab ex-  
 A. ramos vero, ramos protractos, longiores, subulatos, quibusdam genibus sine originis vices libentes. In parte cum  
 Color eius obscurus esse videtur, in


RADIX solummodo ad partem f. 1. a. operante nihil licet, premis-  
 cibus, simplicibus, gliscie tenuibus.

FORIS ex parte carinata, compressiuscula, (semipliciscula, basi  
 paginae cum in anteriorum producta f. 4. ductulorum fasciculo desinens  
 latio



LESKEA mollis

*Selaginella mollis* (Hedw.) Jenz.



## Tabula XL.

## LESKEA MOLLIS.

*Leskea mollis*, flexuose pendula, ramis compressiusculis pedunculisque breuibns.

## Explicatio Tab. XL.

Fig. 1. Planta naturali magnitudine, de particula *a*. lichenis dependens.

2. Particula plantae; ad augmentum 0.

3. Particula ramuli; ad augmentum II.

4. Folium trunci;

5. Folium rami a latere interno;

6. — — a latere externo visum;

7. Flos masculus; ad augmentum III.

8. Genitalium folliculus vnus; ad augmentum IV.

9. Flos femineus; ad augmentum II.

10. Hujus genitalia; ad augmentum IV.

11. Fructus cum perigonio residuo; ad augmentum I.

12. Thecae superior particula cum peristomio; ad augmentum IV.

13. Interni peristomii particula; ad idem augmentum.

14. Semina; quoque ad augmentum IV.

## HISTORIA ANALYTICA.

**T**RUNCVS longus, tener, flexuose dependens, ramos breues, vnciales ac minores, nonnullis subdiuisis, ditiche patentes emittit f. 1. 2.

**RADICES** sub lichenis particula f. 1. *a*. reconditae, breues.

**FOLIA** spatulato-lanceolata, concaua ductulorum fasciculo destituta: truncorum f. 4. basi contractiore rameorum f. 5. 6. Ista imbricata, vtrinque magis subpatula sunt; hinc rami compressiusculi.

**FLORES masculi** f. 7. sui indiuidui, alares; genitalium folliculis quatuor, paraphysibus paulo longioribus instructi. *Feminei* quoque alares, saepius bini in vno ramo: genitalia octo, paraphysesque copiosae. Vterque non nisi ramulorum productum et expers ductulorum fasciculo in foliolis perigonalibus.

CALYPTRA nulla aderat specimenibus ad manus meas peruentis.

VAGINULA cylindrica viridans.

PEDUNCULVS brevis rubellus f. II.

THECA ovata, fuscilla f. 2. II.

OPERCULVM oblique acuminatum, theca pallidius coloratum f. II.

ANNULVS nullus.

PERISTOMIUM externum dentes sedecim exigui, lutescentes, transuersim striati f. 12. apicibus ficitate incuruatis. Internum e tenerrima alba membrana, longitudinaliter sulcata, processibus sedecim exilibus, absque ciliis interpositis coronata f. 13- exstructum est,

SEMINA f. 14. ad thecae modulum majuscula, tenerrime muricata.

Locvs: in insulis maris pacifici, Neu-Seeland lectam, mihi communicauit peregrinator.

TEMPVS: II. autumnus ad augmentum II.

DVRATIO: protracta.

- I. Fructus cum perigonio retiduo; ad augmentum I.
- II. Fructus tenuis; ad augmentum II.
- III. Fructus tenuis; ad augmentum III.
- IV. Fructus tenuis; ad augmentum IV.
- V. Fructus tenuis; ad augmentum V.
- VI. Fructus tenuis; ad augmentum VI.
- VII. Fructus tenuis; ad augmentum VII.
- VIII. Fructus tenuis; ad augmentum VIII.
- IX. Fructus tenuis; ad augmentum IX.
- X. Fructus tenuis; ad augmentum X.
- XI. Fructus tenuis; ad augmentum XI.
- XII. Fructus tenuis; ad augmentum XII.
- XIII. Fructus tenuis; ad augmentum XIII.
- XIV. Fructus tenuis; ad augmentum XIV.
- XV. Fructus tenuis; ad augmentum XV.
- XVI. Fructus tenuis; ad augmentum XVI.

HISTORIA ANALYTICA.

**T**ERMINVS longius, tenet, flexuose dependens, ramos breues, vicia  
 ies ac minores, nonnullis subulnis, drachis partes emittit f. 1. 2.  
 RADICES sub lichens partibus f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

I N D E X  
T O T I V S O P E R I S.


Numerus romanus volumen, alter ejus paginam, tertius tabulam indicat.

- B**ARBVLA *agraria* III. 17. t. 6. b.  
*convoluta* I. 86. t. 32.  
*curta* III. 75. t. 31. b.
- BARTRAMIA** *halleriana* II. 177. t. 40.
- BRYVM** *teuellum* f. *carneum* I. 52. t. 20.  
*pulchellum* III. 95. t. 38. b.
- DICRANVM** *aciculare* III. 79. t. 33.  
*ambiguum* II. 87. t. 36.  
*crispum* II. 91. t. 33.  
*flagellare* III. 1. t. 1.  
*heteromallum* I. 68. t. 26.  
*latifolium* I. 39. t. 33.  
*longifolium* III. 24. t. 9.  
*ouale* III. 81. t. 34. a.  
*puffillum* II. 80. t. 29. b.  
*spurium* II. 82. t. 30.  
*varium* II. 93. t. 34.  
*virens* III. 77. t. 32.
- DIDYMOBON** *puffillum* I. 74. t. 28.  
*rigidulum* III. 8. t. 4.
- ENDOCARPON** *puffillum* II. 56. t. 20. a.
- FISSIDENS** *adiantoides* III. 61. t. 26.  
*asplenioides* III. 65. t. 28.  
*bryoides* III. 67. t. 29.  
*palmatus* III. 69. t. 30. a.  
*polycarpus* II. 85. t. 31.  
*polypodioides* III. 63. t. 27.  
*semicompletus* III. 34. t. 13.  
*strumifer* II. 88. t. 32.
- FONTINALIS** *falcata* III. 57. t. 24.  
*squamosa* III. 32. t. 12.
- GRIMMIA** *apocarpa* I. 104. t. 39.  
*cribrosa* III. 73. t. 31. a.  
*recurvata* I. 102. t. 38.
- GYMNOSTOMVM** *heimii* I. 80. t. 30.  
*lapponicum* (Hedwigia) III. 10. t. 5. a.  
*microstomum* III. 71. t. 30. b.  
*ouatum* I. 15. t. 6.  
*pennatum* I. 77. t. 29.  
*recurvirostrum* II. 68. t. 24.  
*truncatulum* I. 13. t. 5.
- HEDWIGIA** *aquatica* III. 29. t. 11.  
*ciliata* I. 107. t. 40.  
*lapponica* III. 10. t. 5. a.
- HYPNVN** *abietinum* IV. 84. t. 32.  
*aduncum* IV. 62. t. 24.  
*albicans* IV. 13. t. 5.  
*commutatum* IV. 68. t. 26.  
*cordifolium* IV. 97. t. 37.  
*cupressiforme* IV. 57. t. 23.  
*delicatulum* IV. 87. t. 33.  
*denticulatum* IV. 81. t. 31.  
*fruitans* IV. 94. t. 36.  
*Halleri* IV. 54. t. 21.  
*intricatum* IV. 73. t. 28.  
*luridum* IV. 99. t. 38.  
*lutescens* IV. 40. t. 16.  
*minutulum* IV. 90. t. 34.  
*molluscum* IV. 56. t. 22.  
*murale* IV. 79. t. 30.  
*myosuroides* IV. 20. t. 8.  
*praelongum* IV. 76. t. 29.  
*piliferum* IV. 35. t. 14.  
*plumosum* IV. 37. t. 15.  
*recognitum* IV. 92. t. 35.  
*riparioides* IV. 10. t. 4.  
*riparium* IV. 7. t. 3.  
*rutabulum* IV. 29. t. 12.  
*serpens* IV. 45. t. 18.  
*spiniforme* III. 59. t. 28.  
*striatum* IV. 32. t. 13.  
*tomentosum* IV. 48. t. 19.  
*vincinatum* IV. 65. t. 25.  
*velutinum* IV. 70. t. 27.
- LEERSIA** *ciliata* I. 49. t. 19.  
*lanceolata* II. 66. t. 23.  
*vulgaris* I. 46. t. 18.
- LESKEA** *attenuata* I. 33. t. 12.  
*capillaris* IV. 28. t. 10.  
*inuolvens* IV. 27. t. 11.  
*mollis* IV. 103. t. 40.  
*paludosa* IV. 1. t. 1.  
*polyantha* IV. 4. t. 2.  
*sericea* IV. 43. t. 17.  
*subtilis* IV. 23. t. 9.
- LICHEN** *atratus* II. 61. t. 21. a.  
*cerinus* II. 62. t. 21. b.  
*citrinus* II. 60. t. 20. c.  
*cupularis* II. 58. t. 20. b.  
*decipiens* II. 7. t. 1. b.  
*proboscideus* II. 5. t. 1. a.

- M**EESSIA *longifeta* I. 56. t. 21. 22.  
*vliginosa* I. 1. t. 1. 2.
- M**NIUM *crudum* I. 99. t. 37.  
*marchicum* II. 108. t. 39.  
*pseudotriquetrum* III. 19. t. 7.  
*Sphaericum* III. 93. t. 38. a.  
*turbinatum* III. 22. t. 8.
- N**ECKERA *difficha* III. 53. t. 22.  
*filicina* III. 45. t. 18.  
*filiformis* III. 41. t. 16.  
*heteromalla* III. 38. t. 15.  
*hypnoides* III. 43. t. 17.  
*macropoda* III. 55. t. 23.  
*pennata* III. 47. t. 19.  
*pumila* III. 49. t. 20.  
*vndulata* III. 51. t. 21.
- O**CTOBLEPHARVM *albidum* III. 15. t. 6. a.
- O**CTOSPORA *albidula* II. 30. t. 9. b.  
*applanata* II. 18. t. 5. c.  
*bulbosa* II. 34. t. 10. c.  
*calyciformis* II. 64. t. 22. b.  
*citrina* II. 28. t. 7. b.  
*craterella* II. 55. t. 19. c.  
*discolor* II. 65. t. 22. c.  
*elastica* II. 23. t. 6. E.  
*fasciculata* II. 14. t. 4. b.  
*fungoidaster* II. 53. t. 19. a.  
*haemastigma* II. 17. t. 5. b.  
*hirta* II. 12. t. 3. b.  
*leucolumma* II. 13. t. 4. a.  
*lutescens* II. 21. t. 9. c.  
*miniata* II. 21. t. 6. c.  
*nana* II. 29. t. 9. a.  
*porphyrostoma* II. 25. t. 7. a.  
*purpurea* II. 63. t. 22. a.  
*pustulata* II. 19. t. 6. a.  
*pyriformis* II. 32. t. 10. a.  
*rhizophora* II. 15. t. 5. a.  
*seutellata* II. 10. t. 3.  
*tuberosa* II. 33. t. 10. b.  
*varia* II. 22. t. 6. a.  
*villosa* II. 54. t. 19. b.  
*viridans* II. 20. t. 6. b.
- O**RTHOTRICHVM *anomalum* II. 102. t. 37.  
*crispum* II. 96. t. 35.  
*striatum* II. 99. t. 36.
- P**HASCVM *crispum* I. 25. t. 9.  
*curuicollum* I. 31. t. 11.  
*nitidum* I. 91. t. 34.  
*patens* I. 28. t. 10.  
*subulatum* I. 93. t. 35.
- P**OHLIA *elongata* I. 96. t. 36.
- P**OLYTRICHVM *aloides* I. 37. t. 14.  
*hercynicum* I. 40. t. 15.  
*nanum* I. 35. t. 13.  
*vndulatum* I. 42. t. 16. 17.
- P**TERIGYNANDRVM *filiforme* IV. 18. t. 7.  
*fulgens* IV. 101. t. 39.  
*gracile* IV. 16. t. 6.  
*julaceum* IV. 51. t. 20.
- S**PLACHNVN *ampullaceum* II. 41. t. 14.  
*angustatum* II. 37. t. 12.  
*breuerianum* II. 105. t. 38.  
*froelichianum* III. 99. t. 40.  
*luteum* II. 48. t. 17.  
*mnioides* II. 35. t. 11.  
*rubrum* II. 51. t. 18.  
*sphaericum* II. 46. t. 16.  
*urceolatum* II. 39. t. 13.  
*vasculosum* II. 44. t. 15.
- S**WARTZIA *capillacea* II. 72. t. 26.  
*inclinata* II. 74. t. 27.  
*trifaria* II. 76. t. 28.
- T**IMMIA *megapolitana* I. 83. t. 31.
- T**RICHOSTOMVM *caulescens* II. 5. t. 3.  
*fontinalioides* III. 36. t. 14.  
*glaucescens* III. 91. t. 37. b.  
*heterostichum* II. 70. t. 25.  
*lanuginosum* III. 3. t. 2.  
*pallidum* I. 71. t. 27.  
*puffillum* (Didymodon) I. 74. t. 28.
- W**EBERA *nutans* I. 9. t. 4.  
*pyriformis* I. 5. t. 3.
- W**EISSIA *acuta* III. 85. t. 35.  
*controuersa* III. 12. t. 5. b.  
*heteromalla* I. 22. t. 8.  
*nigrita* III. 97. t. 39.  
*puffilla* II. 78. t. 29.  
*recuruifrostra* I. 19. t. 7.  
*Starkeana* III. 83. t. 34. b.











UNIVERSITÄT  
ZÜRICH  
MUSEUM



UNIVERSITÄT ZÜRICH

J. NEUBERG

*Descriptio et descriptio  
microscop. analyt.*

MUSEUM

ZÜRICHENSEM.



II. PARTES.

UNIVERSITÄT ZÜRICH